BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM

OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XII. SECT. I.

CONTINENS

PLATONIS DIALOGOS SELECTOS

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE

SUMPTIBUS HENNINGS.

MDCCCLXI.

LONDINI APUD DULAU & C°. (37 SOHO SQUARE). D. NUTT (270 STRAND).
WILLIAMS & NORGATE (14 HENRIETTA STREET).
NEW-YORK APUD B. WESTERMANN & C°. (440 BROADWAY).
ATHENAE APUD K. WILBERG.

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. II. SECT. I.

CONTINENS

GORGIAM.

EDITIO TERTIA

PLURIMUM AUCTA ET EMENDATA NOVISQUE PROLEGOMENIS INSTRUCTA.

GOTHAE
SUMPTIBUS HENNINGS.
MDCCCLXI.
LONDINI APUD DULAU & C°. (37 SOHO SQUARE). D. NUTT (270 STRAND).
WILLIAMS & NORGATE (14 HENRIETTA STREET).
NEW-YORK APUD B. WESTERMANN & C°. (440 BROADWAY).
ATHENAE APUD K. WILBERG.

PLATONIS
GORGIAS.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO TERTIA
PLURIMIS PARTIBUS AUCTA ATQUE EMENDATA NOVISQUE PROLEGOMENIS INSTRUCTA.

GOTHAE
SUMPTIBUS HENNINGS.
MDCCCLXI.

LONDINI APUD DULAU & C°. (37 SOHO SQUARE). D. NUTT (270 STRAND).
WILLIAMS & NORGATE (14 HENRIETTA STREET).
NEW-YORK APUD B. WESTERMANN & C°. (440 BROADWAY).
ATHENAE APUD K. WILBERG.

PROLEGOMENA

AD

GORGIAM PLATONIS.

Quadripartita erit omnis haec quam instituturi sumus de Gorgia Platonis disquisitio. Primum enim disputationis in hoc libro habitae summam eo modo referemus, ut quaenam ei subiecta sit materia quaeque huius ipsius sit tractatio, ita perspiciatur, ut non modo difficillimi et rerum varietate admodum impediti sermonis tanquam iter aperiatur, verum etiam legentibus quasi filum quoddam Ariadneum tradatur, cuius prudenti usu omnem disputationis viam et rationem tutius permeare queant. Quod certe ad Platonem intelligendum tantum valere putamus, ut qui tali lectionis adiumento careant, quale comparare sane difficillimum esse vel ex eo intelligitur, quod qui nuper de argumentis et consiliis librorum Platonicorum subtilius disputare instituerunt, ii non aliam ob caussam ad miras saepe nugas delapsi sunt, quam quod non tenuerunt librorum summam, ut igitur illi, qui tali careant adiumento et praesidio, multam in legendo operam frustra consumturi videantur. Exposita autem disputationis summa deinde quaeremus de eius consilio et proposito, siquidem hoc demum indagato fieri poterit, ut ad pleniorem accuratioremque universi operis intelligentiam perveniatur. Iam vero huius rei quaestione absoluta tertio loco disputabimus etiam de rerum dispositione atque arte compositionis, qua philosophus in tractando disputationis argumento usus sit. Quo ipso efficietur, ut quod proposuerimus de summa libri sententia et ultima ratione iudicium certius confirmetur atque uberius illustretur.

Denique etiam de temporibus explicabimus, quibus sermo vel scriptus sit vel habitus fingatur, quandoquidem etiam harum rerum notitia ad totius operis rationes atque caussas in illustriore luce ponendas non una ex parte erit utilissima. His omnibus autem utcunque dilucidatis futurum esse speramus, ut apud Platonis amicos, sive illis utantur

ante libri lectionem, sive ea libro iam perlecto ad rem praesentem adhibeant, aliquam gratiam iniisse videamur. Verum accedamus protenus ad id, quod agere constituimus.

I. Enarratio disputationis.

Gorgias, rhetor ac sophista Leontinus, et Polus Agrigentinus, eius discipulus ac familiaris, Athenis deverterant apud Calliclem, hominem ex aliquo tempore (p. 515. A.) rerum civilium studiosum, ibique orator clarissimus coram pluribus aliis eloquentiae suae artificiosae, nuper demum e Sicilia in Atticam allatae, splendida quaedam documenta exhibuerat. Eum audire voluerant etiam Socrates eiusque familiaris Chaerephon *). Quos ubi Callicles advenientes est e longinquo conspicatus, eos ante aedes suas salutat, atque sero ipsos venire monens magna cum laetitia narrat, quam praeclaras modo Gorgias orationes artis suae ostentandae caussa habuerit. Confert Socrates istius tarditatis suae culpam in Chaerephontem, qui ipsum iusto diutius in foro remoratus sit. Quippe erat Chaerephon utique sermonum Socraticorum avidissimus, ut existimandus sit magistrum quam diutissime in foro cum opificibus aliisque id genus hominibus colloquentem audire voluisse. Confitetur vero Chaerephon sua culpa accidisse de quibus conqueritur Socrates; sed idem ait damnum facillime posse resarciri: Gorgiam enim pro ea quae sibi iam cum illo intercedat familiaritate, quocunque tempore libitum fuerit, artem suam esse ostentaturum. Tum vero Callicles Socratem et Chaerephontem ad se domum invitat, ut sophistam audiant declamitantem. Qua invitatione accepta continuo ad eum pergunt, inter viam paucis de natura artis confabulantes, quam Gorgias profiteatur. Socrates enim, Num vero, o Callicle, inquit, Gorgias nobiscum volet conferre sermones? Scire enim cupio, quae sit vis et ratio artis illius, quam factitare solet. Nam artem declamitandi alio tempore nobis ostentato. Respondet Callicles hoc ipsum esse unum quiddam ex iis, in quibus ille se ostentaverit: nam professum illum esse antea se ad omnia esse responsurum, de quibus quisque quaerere vellet. Tum vero Calliclis aedes ingressi coram aliis **) cum eo statim ordiuntur colloquium.

---

*) De personis dialogi v. Commentar. ad p. 447. A. et p. 448. A.

**) Nam κωφὰ πρόσωπα adesse patet ex p. 458. C. D. 473. E. 490. B. coll. p. 447. C. 455. C.

Quaerit enim ex eo Chaerephon Socratis hortatu, verumne sit, quod ante narraverit Callicles, eum ad omnia, quae quis interroget, respondere posse. Affirmat ille rem gravissime aitque licere huius rei capere periculum. P. 447 — 448. A.

Hic vero Polus, Gorgiae amicus et familiaris, magistrum, declamitandi labore fatigatum, disputandi onere levaturus et suam ipsius artem, ut videtur, ostentaturus, se paratum esse ait ad partes illius suscipiendas. Miratur Chaerephon hominis confidentiam, qui se speret magistro melius disputaturum esse; ne tamen ei deesse videatur, cum eo instituit disserere de natura et vi artis rhetoricae. Sciscitatur igitur, cuiusnam artis Gorgias peritus sit et quo nomine ipse ab ea recte appelletur. Respondet Polus eum profiteri artem longe pulcherrimam. Quae responsio quemadmodum laudis plena est, ita artem sophistae parum accurate describit. Itaque Socrates ad Gorgiam, Praeclare vero, inquit, Polus se videtur ad dicendum composuisse, ad illud tamen, quod interrogatum est a Chaerephonte, minime respondit apte. Nam artem tuam laudibus extulit summis, quasi quis eam reprehendisset, eius naturam autem non patefecit. Etenim quod facere solent apud Platonem sophistarum discipuli, ut rerum genera et formas turpiter confundant atque in definiendis notionibus mirifice ruant, idem etiam Polo accidit, qui, quum sophistae ars accurate definienda ac describenda esset, eam in universum laudibus celebrat. Neque tamen Polus, quid illud sit, quod a Socrate reprehendatur, ullo modo perspicit, sed eo usque procedit imprudentiae, ut suam artis definitionem etiam tueri conetur. P. 448. A. — 449. A.

Itaque Socrates, sermone iam ad ipsum Gorgiam converso, Age vero, inquit, ipse nobis dicas, quo nomine te appellandum arbitreris, et quaenam sit ars illa, cuius te peritum profitearis. Respondet ille se artem factitare rhetoricam; in qua tractanda quum non sine laude versatus sit, rhetoris nomine se appellandum censet. Quibus auditis Socrates, quo facilius hominem possit deinde argumentis confutare, continuo eum interrogat, velitne ea qua nunc usi sint disserendi ratione etiam porro uti, longiores autem illos sermones, quibus plerumque uti soleat, in praesenti missos facere. Affirmat sophista hoc ipsum quoque unum ex iis esse, quae profiteatur, neminemque ipso melius posse de eodem argumento quam brevissime disputare. Itaque Socrates ab eo petit, ut huius breviloquentiae nunc exemplum

aliquod exhibeat; copiam et ornatum orationis alio tempore ostentet. Id quod Gorgias se facturum non sine iactantia pollicetur. P. 449. A. — C. — Postquam igitur perpetuae orationis flumen, quo sophistae fere solebant abripere audientium animos, veluti obstructum est, Socrates consueto disserendi genere utens artis rhetoricae naturam explorare instituit. Age dum, inquit, Gorgia, quoniam te rhetorices peritum dicis, edoceas me, in quanam re illa contineatur. Respondet Gorgias versari eam in orationibus habendis. Sed hanc responsionem ita refutat Socrates, ut eandem rationem etiam reliquarum artium esse doceat, quippe quae item versentur in verbis de iis rebus faciendis, quae ad ipsas pertineant. Cur igitur, inquit, o bone, alias artes non putas rhetoricas esse appellandas, quum et ipsae in orationibus versentur? Haec vero Socratis dubitatio efficit, ut sophista vim rhetoricae ceterarumque artium rationem diligentius indicare cogatur. Respondet igitur ceterarum artium scientiam fere omnem ad opus faciendum referri, rhetoricam autem unice in dicendo versari, actionem omnem aspernari. P. 449. C. — 450. B. Quae quamquam speciose disputata sunt, tamen Socrati nondum satisfaciunt, unde de artium generibus uberius dicere instituit. Omnium artium, inquit, aliae in operibus faciendis magnam partem occupatae sunt indigentque sermone vel exiguo vel plane nullo, veluti ars pingendi, statuaria, aliae multae. Aliae autem fere totae versantur in orationibus verbisque faciendis ac nullam vel admodum exiguam adiunctam habent actionem, ut arithmetica, geometria, aliae, quae aut parem actioni sermonem requirunt aut plane in verbis faciendis sese continent. Et in huius quidem generis artibus tu mihi videris habere rhetoricam. At enim nullam harum puto a te rhetorices nomine appellatum iri, licet antea artem, cuius vis in oratione cernatur, dixeris esse rhetoricam. Age igitur, quum appareat artem oratoriam unam esse ex iis, quae maximam certe partem in verbis faciendis occupantur, accuratius iam definias, quidnam illud sit, ad quod pertineat huius artis oratio. Nam quemadmodum geometria de mensuris atque arithmetica de numeris disserunt, ita etiam rhetorice necesse est in uno aliquo genere rerum potissimum versetur, de quibus verba faciat. P. 450. B. — 451. C. Quibus auditis sophista, artis suae dignitatem et praestantiam declaraturus, rhetoricae artis orationes referri ait ad gravissimas quasque optimasque rerum humanarum. At enim quum magnifica sit haec professio, tum Socrates id valde ambigue dictum esse

iudicat, quandoquidem quid sit hominibus gravissimum atque optimum, semper fuerit summa dissensio, ideoque explicari sibi cupit diligentius, in quanam re cernatur gravissimum illud ac summum bonum, quo tandem rhetoricae vis et dignitas plane cognoscatur. P. 451. C. — 452. D. — Ad quae Gorgias utique habet quae respondeat. Satis enim constat sophistas illius aetatis sese professos esse etiam magistros virtutis civilis atque artis administrandi rempublicam. Itaque mirandum non est, quod Gorgias, qui se et ipse dictitabat non modo dicendi, sed etiam gerendae reipublicae peritum, summum hominis bonum in eo ponit, ut quis et ipse liber sit et in sua ipsius patria aliis possit imperare. Effici autem hoc ait arte rhetorica, cuius ope in iudicio iudicibus, in senatu senatoribus, in concionibus populo, in aliis coetibus aliis sententiam tuam persuadere queas, ita ut, qui dicendi facultate plurimum valeat, is alios sibi maxime habeat obnoxios plurimumque utilitatis ex eorum artibus studiisque percipiat. P. 452. E. Postquam autem sophista eloquentiam eo pertinere iudicavit, ut aliorum voluntatem ac studia ad tuam ipsius sententiam flectere et regere possis, Socrates ei haec respondet: Nunc demum, inquit, intelligo te rhetoricen dicere opificem quandam persuadendi omnemque eius virtutem referre eo, ut aliis persuadeamus id, quod volumus. Sed illud quoque me edoceas velim, qui finis sit illius persuasionis et in quibusnam rebus ea cernatur. Num igitur tibi sola rhetorice videtur efficere posse hanc persuasionem, an aliae quoque artes? nonne quicunque rem quampiam docet, is eam aliis persuadet? Concedit Gorgias, quicunque doceat, eum aliis etiam persuadere. Inde vero Socrates concludit etiam arithmeticen, geometriam aliasque artes plurimas cum persuasione esse coniunctas, ut ea minime rhetoricae propria esse putanda sit, ideoque censet definiri oportere diligentius, qualis tandem sit et quorsum spectet illa persuasio, quam efficiat rhetorice. P. 453. A. — 454. A. Et huic quidem desiderio Gorgias statim satisfacit. Ait enim eam se intelligere persuasionem, quae in iudiciis aliisque hominum coetibus regnet quaeque ad iusta et iniusta pertineat. P. 454. B. — Sed quamquam nunc tandem apparuit sophistam dicere rhetoricen eam artem, qua aliis tuam sententiam de rebus iustis vel iniustis in publicis conventibus persuadeas, tamen ne in hac quidem sententia Socrates censet esse acquiescendum, ac deinceps id agit, ut hanc definitionem erroris coarguat. Itaque ante omnia docet multum interesse

inter scientiam (ἐπιστήμην) et inter fidem (πίστιν): scientiam enim semper cum veritate esse coniunctam, fidem autem saepenumero a veritate multum abesse. Id quod hac conclusione efficit: Fides sive πίστις vera et falsa esse potest ideoque errori obnoxia. Scientia sive ἐπιστήμη non est nisi vera ideoque errori non obnoxia. Ergo πίστις est ab ἐπιστήμη diversa. Quocirca duo iam discernit genera persuasionis, alterum, quo fides efficiatur scientia veri destituta *(Ueberredung)*, alterum, quo veri scientia vel augeatur vel confirmetur *(Ueberzeugung)*, ut fraudis et erroris suspicio aliena sit. Quibus expositis e Gorgia quaerit, utrius generis persuasionem arte rhetorica effici arbitretur. P. 454. B. — E. Et hic quidem non dubitat profiteri sibi omnem rhetorices vim ad fidem de iusto aut iniusto utcunque faciendam *(zu überreden)* referendam videri. Verum enim vero quod iustitiae et iniustitiae rursus mentionem iniicit Gorgias, hoc eiusmodi est, ut Socrates facillime inde capere queat reprehendendi argumentum. Quocirca hic iam sciscitatur, putetne ille rhetorem tantummodo de iusto et iniusto consuli, de aliis rebus, veluti de medicis publice creandis, de muris exstruendis, de ducibus eligendis, non audiri. Quo facto sophista, ne quid de artis suae dignitate detractum videatur, Themistoclis et Periclis exemplum ait satis testari etiam in his rebus deliberandis plus valere oratorum iudicium quam opificum auctoritatem: omnino enim rhetorices regnum tam late patere, ut prope omnia complectatur ceterasque artes in se contineat ac longissime dignitate superet. Ne vero Socrati orationis huius reprehendendae ullam relinquat occasionem, caute addit quaedam de recto usu artis rhetoricae. Arbitratur enim oratorem, etsi de quibuscunque rebus ita possit verba facere, ut aliis sententiam suam maxime probet, tamen non de ceterorum opificum fama turpiter detrahere, sed iuste adhibere artem suam debere: esse enim hanc communem legem artium omnium concertatoriarum, ut ne ad iniustum usum convertantur. Si igitur quispiam eloquentia sua abutatur, eius rei culpam non in artis magistros esse conferendam, sed illi ipsi tribuendam, qui ea male utatur. P. 454. E. — 457. C. — Haec postquam ille exposuit oratione satis copiosa, Socrates de quibusdam huius disputationis partibus diligentius cupit cum eo disserere eiusque rei veniam ab eo ita petit, ut simul se alienum ostendat ab inani contentione rixandique studio. P. 457. C. — 458. B. Sentiens autem Gorgias novis se difficultatibus irretitum iri, praesentium amicorum ra-

tionem habendam esse ait, quos vereatur ne harum rerum taedium iam diu ceperit. Sed tantum abest, hi ut ei assentiantur, ut omnes se hoc colloquio mirifice delectari fateantur. Quocirca Gorgias, ne caussam suam turpiter deseruisse videatur, Socratem iubet quaecunque voluerit interrogare: se enim ad omnia esse responsurum. P. 458. B. — D. — Itaque ille: Audi iam, inquit, o bone, quid mihi in superiore disputatione tua mirum acciderit. Profiteris enim te institutione ac disciplina tua alios reddere posse oratores, qui coram populo de omnibus rebus probabiliter dicturi sint, idque sic, ut non doceant, sed persuadeant. Igitur ex tua sententia inscius apud inscios perito dicet probabilius, nec opus erit oratori, ut cuiusque rei, de qua dicturus sit, vim et naturam perspexerit; sufficit potius aliquod persuadendi artificium tenere, quo quidque videatur melius rectiusque cognitum habere, quam viri prudentes ac periti. P. 458. D. — 459. C. Ait Gorgias hoc ita esse, in eaque re dicit cerni quam maxime artis rhetoricae virtutem ac praestantiam. Tum igitur Socrates: De hoc vero argumento disputabimus alias, si qua opus fuerit; nunc illud potius quaeramus, valeatne idem de iusto atque iniusto. Quid igitur censes? num rhetor, neglecta veri cognitione, solo usus persuadendi artificio id efficiet, ut apud insipientes verba faciens iustum et iniustum melius sapiente cognitum habere videatur, an ei, qui rhetoricen percepturus sit, necesse esse iudicabimus, ut, priusquam ad eam tractandam accedat, iusti et iniusti, turpis et honesti, boni et mali cognitione iam imbutus sit? utrum igitur tu, artis illius scilicet magister, horum omnium nihil trades discipulis tuis efficiesque institutione tua, ut illi, quamvis iusti et iniusti nullam habeant notitiam, tamen multitudini videantur eius cognitione ceteros antecellere; an ne poteris quidem cuiquam rhetoricen tradere, nisi quis iam ante cognoverit iustitiae iniustitiaeque naturam et rationem? P. 459. C. — 460. A. Sentiens Gorgias, quorsum haec spectent, ne quid absurdi dixisse videatur aut deinde turpis erroris coarguatur, Equidem arbitror, inquit, Socrate, haec quoque ex mea disciplina hausturum esse eum, qui eorum fuerit ignarus et imperitus. Sed quamquam haec satis caute et prudenter respondit, tamen ne sic quidem effugit structas ei insidias. Quum enim in superioribus dixisset non esse artis rhetoricae magistris vitio vertendum, si ipsorum discipuli arte sua abutantur, ideoque concessisset posse iniustum esse oratorem, Socrates iam subtiliter docere instituit repugnare ea, quae modo concessa

sint, superioribus mirifice. Quum enim oratorem oporteat ea, quae iusta sint, didicisse, ille vero, qui aliquid didicerit, talis evadat necesse sit, quale sit illud ipsum, quod didicerit, consequi arbitratur atque effici, ut rhetor nunquam non iuste agat ideoque semper et ubique iustus esse videatur. Haec igitur, quum superiori Gorgiae sententiae adversari videantur, digna esse ait, quae examinentur diligentius. P. 460. A.—461. A. Enimvero argumentatur hic Socrates callide e sua ratione, qua virtutis fundamentum ac principium positum esse statuebat in scientia et interiore animi persuasione, quae hanc haberet vim, ut quod quis verum, bonum, iustum, honestum esse cognovisset, id etiam in agendo sequeretur, quandoquidem virtutem censebat in vitae et actionis cum ratione et intellectu concordia contineri. Quam quidem sententiam apud Platonem saepissime ad ludificandos eos adhibet, qui virtutem unis rebus externis metiuntur et veritatis scientiae nomine suo dignae expertes levibus indulgent vitae quotidianae opinionibus, ita tamen, ut ista ratione simul callidissime veram sententiam suam veluti per transennas ostendat. De qua ipsius ratione v. Prolegg. ad Lachet. p. 20 seqq. ed. 2. Itaque hoc quoque loco significat rhetoricen, si iusti scientiam sibi adiunctam habeat, idem etiam in agendo esse sequuturam. Quod tamen quum deinde a Polo, Gorgiae assectatore, haud dubie secundum illius mentem negetur, consequens est, ut artem oratoriam iustitiae virtute carere appareat.

Etenim committit deinde Gorgias caussae disceptationem ultro amicis suis. Quod argumento est Platonem ipsi noluisse turpitudinis alicuius notam inurere, quippe cuius arti et ingenio ceterum plurimum tribuerit. Artificiose igitur sic instituit, ut iam prodeant in scenam qui illius decretis abusi turpem et inhonestam rationem defendant. Polus enim ostendit artis oratoriae commoda et utilitates eas esse, quae turpitudinis inhonestatem longissime superent. Callicles autem etiam ulterius procedit atque iniustitiae nihil prorsus turpis maculae adhaerere evincere conatur.

Primum igitur Polus, iuvenis ingenii calidioris, sermonem suscipit. Et hic quidem, sive non intellecta sive parum curata Socratis sententia, primum Gorgiae caussam defendit sic, ut eum dicat pudore quodam conturbatum concessisse rhetori rerum iustarum et iniustarum notitiam esse necessariam, videlicet ne fateretur eloquentiae magistros neque ipsos iustitiam tenere, nec aliis illius cognitionem posse impertire. Deinde admodum inclementer in Socratem invehitur,

qui interrogatiunculis suis soleat alios vexare et in errores implicare. Sed hic eleganti cum urbanitate ei respondet iuvenum esse viros labantes erigere et sustentare, adeoque eum modeste rogat, ut si qua vel Gorgias vel ipse erraverint, id velit indicare et corrigere; modo orationis ambages evitentur. Data autem vel interrogandi vel respondendi optione Polus suscipit partes interrogandi. Itaque Socratem rogat, quamnam artem rhetoricen esse censeat. P. 461. A. — 462. B. Respondet ille sibi eam videri non artem esse, sed usum quendam exercitatione collectum atque peritiam gratiae et voluptatis conciliandae, ut inter adulationis instituta numeranda sit. Esse autem eam censet civilis rationis (*πολιτικῆς*) particulae simulacrum admodum turpe. P. 462. B. — 463. D. Quae sententia neque Polo perspicua est et Gorgiae ipsi tam mira videtur, ut eam a Socrate cupiat dilucidius explicari. Itaque Socrates sic pergit disputare. Duae sunt, inquit, nostri partes, animus et corpus: ex quibus utrique sua est valetudo, vel bona illa atque prospera vel mala et aegra. Utriusque autem partis sanitas artibus quibusdam potest vel effici vel sustentari atque conservari. Sunt enim quae corpus sanum praestent, sunt etiam quae animi sanitatem tueantur et restituant. Et eam quidem artem, quae ad animum spectat, civilem (*πολιτικήν*) appello; illam vero, quae ad corpus refertur, non possum sic uno nomine comprehendere, sed corporis curationis, quae una est, duas pono particulas, unam artem gymnasticam, medicam alteram. Civilis autem rationis itidem duas discerno partes, unam artem legum scribendarum, quae ex altera parte respondet gymnasticae, alteram scientiam iudicialem, respondentem illam medicinae. Et hae quidem artes vere curant vel corporis vel animi salutem. Sed iis fraudulenter se admiscere solent quattuor artificia ab adulatione profecta, quae non salutem hominis, sed voluptatem spectant, neque ratione aut veri cognitione, sed solo usu et exercitatione nituntur. Nam arti medicae adiunxit adulatio coquorum artificium; gymnasticae addidit mangonum fraudes, qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiuntur; arti legali adiecit sophisticam; denique iustitiae rhetoricen comitem addidit. Quae si vera sunt, apparet rhetoricen esse speciem quasi quandam atque umbram scientiae illius, quae in iustitia colenda tuendaque versatur, mentientem illam atque cum fraude simulantem verae artis virtutes atque dignitatem. Quoniam autem hae artes

omnes cognatione quadam inter se continentur, mirandum non est, quod vulgo sophistae atque rhetores commisceri neque satis diligenter discerni solent: qui error ipsis etiam iis, qui rhetoricen et sophisticen profitentur, communis est. Videtis igitur, quo iure dixerim rhetoricen esse adulationis particulam et civilitatis particulae simulacrum. P. 463. D. — 466. A. Quae quidem omnia nemo erit quin protenus videat maxime eo pertinere, ut rhetoricen intelligatur non immunem mansisse a sophisticae contagione, sed potius cum ea mixtam esse et conflatam. Nimirum hoc ipsum demum ubi tenemus, clara et perspicua fiunt ea, quae in proximis de eius vi et potestate deque iustitia et iniustitia aliter atque vulgo fiat informanda disseruntur.

Suscipit enim nunc denuo sermonem Polus, qui transmissis iis, quae modo exposita sunt, — ad quae tamen infra Socrates identidem revertitur, adversarium ita refutare studet, ut moneat oratores certe plurimum in civitatibus valere. Hoc autem iudicat non fuisse futurum, si rhetorice tam vilis tamque abiecta esset, quam illi videatur. Sed negat Socrates eam esse potentiam appellandam, quae habenti non sit utilis: nullam autem utilitatem oratoribus per illam potentiam afferri ex eo apparere arbitratur, quod nullam habeant earum rerum cognitionem, de quibus agant. Ad haec vero Polus ita respondet, ut summam esse eorum auctoritatem et potentiam demonstrare conetur. Possunt enim, inquit, quoscunque voluerint tyrannorum instar interficere, bonis suis spoliare, in exsilium eiicere, denique maximis malis afficere. Tum vero Socrates: Faciunt quidem isti quod lubet, non autem id, quod volunt, si quidem illud tantum volumus, quod nobis optimum sit. Quid quod facere, quae lubeat, adeo non est potentem esse, ut non raro summae insaniae argumentum habeatur. Cui quidem disputationi Polus quum non habeat quod recte opponi posse videatur, Socrati facile concedit, ut dictorum suorum sententiam dilucidius illustret. Itaque hic ita pergit disputare. Quae volumus, inquit, ea non propter se ipsa expetimus, sed propter finem aliquem nobis propositum; veluti medicamenta sumimus non propter ipsa, sed valetudinis caussa. Iam quum omnia aut bona aut mala sint aut nec bona nec mala, ea, quae in horum numero habentur, non sui, sed bonorum caussa velle atque facere solemus. Quorsum pertinent non solum illa, quae ire, sedere, currere, edere, bibere vocamus, sed etiam ea, quae tu oratori tribuisti, buem dicebas alios posse interficere, bonis suis privare, in

exsilium eiicere. At enim vero si quis orator aut tyrannus aliquem occidat aut bonis suis exuat, id existimans sibi esse melius, quum tamen sit peius, facit is quidem quod ipsi lubet, non autem quod vult, praesertim quum alteri malum inferat. Si autem id, quod non vult, facit, facile apparet haec non potentiae esse argumenta, sed potius imbecillitatis, si quidem ita demum aliquis multum valet, si boni alicuius caussa quidque perficit. P. 466. A. — 468. E. Sentiens Polus huius disputationis vim et gravitatem, ne ad silentium redigatur, Quasi vero tu, o Socrate, inquit, non cuperes in civitate gratia et auctoritate multum valere! Sed egregie Socrates: Nollem equidem hoc, si coniunctum esset cum iniuria: maius enim malum esse arbitror alios iniuria afficere quam ipsum affici; nec is, qui iniusto supplicio afficitur, tam miser est, quam qui alterum iniuste interfecit. Facere autem posse quae lubeat mihi quidem non videtur magnum quiddam esse: potest enim quilibet pugione arrepto aliis vim inferre ac tyranni personam sustinere; at poena sine dubio iniustum consequetur. Omnis igitur potentia, quae habenti damnum affert, nomine suo indigna; quodcunque autem iniuste perpetratur, id illi ipsi, qui perpetrat, damnosum iudicandum est. P. 469. A. — 470. C. — Hic vero Polus sibi videtur Socratem facile refutare posse. Affert enim exempla eorum hominum, qui, quum multa iniuste et improbe fecerint, tamen ab omnibus felices et beati habeantur, imprimisque commemorat Archelaum, Macedoniae regem. At ne haec quidem virum sapientissimum commovent, ut sententiam suam corrigat aut abiiciat. Negat enim quenquam beatum esse posse, qui iniuste agat, adeoque contendit miserum quidem esse eum, qui iniuste faciat sic, ut poenas iniuriae luat, sed multo miseriorem illum esse iudicandum, qui, quum improbe et iniuste fecerit, male factorum poenam solvat nullam. P. 470. D. — 472. E. — Hanc vero sententiam certius probaturus et argumentis luculentioribus confirmaturus disputationem deinceps hoc modo persequitur. Dico equidem, inquit, iniuriam facere peius esse quam iniuriam accipere eosque, qui iniuste agant, omnino esse miseros, miserrimos autem illos, qui iniuriae nullam poenam dent. Quamquam scio hoc permirum videri magnae multitudini. P. 473. A. — 474. B. Etenim si iniuriam facere turpius (αἴσχιον) est quam accipere, de quo plerique omnes consentiunt, consequitur, ut etiam peius (κάκιον) sit. Nam quaecunque pulchra sunt, ea pro pulchris habentur vel propter volu-

ptatem, quam afferunt, vel propter utilitatem vel propter utrumque, pariterque turpia vel ob dolorem vel propter damnum vel propter utrumque simul turpia censentur. Itaque si quid alio quopiam pulchrius est, tale illud exsistit maiore quam habet vel utilitate vel voluptate, vicissimque si quid turpius alio quopiam censetur, turpius iudicatur vel propter maiorem dolorem, quocum est coniunctum, vel quia maius damnum affert. Si igitur turpius est iniuriam facere quam accipere, id apparet ita esse, aut quia illud plus doloris habet, aut quod malo alterum superat, aut quoniam tam doloris quam mali atque damni plurimum habet adiunctum. Quum vero minus doloris habeat maleficium quam iniuriae perpessio, necesse est iniuriam facere quam accipere turpius iudicari proptera, quod plus mali habeat. Iam si illud propter malum censetur turpius, consequitur, ut etiam peius sit. Quidquid enim malo aliud quid superat, id merito illo peius (*κάκιον*) esse iudicatur. Ex quibus consequitur, ut nemo recte malit iniuriam facere quam accipere: illud enim altero non solum turpius est, sed etiam peius. P. 474. C. — 475. E. — Iam vero ubi isto modo demonstratum est turpius peiusque esse iniuriam inferre quam tolerare, progreditur Socrates ad probandam sententiam suam, qua eum iudicaverat esse longe miserrimum, qui malefactorum suorum poenas nullas daret. Argumentatur autem fere hoc modo. Poenas dare et iuste castigari, si feceris iniuste, unum idemque esse recte iudicamus. Porro quaecunque iusta sunt, eadem etiam pulchra sunt. Iam quale est id, quod quis alii cuidam facit, tale item habetur quod alter ab eo patitur. Negari autem non potest poenas dare nihil esse aliud nisi pati aliquid ab alio quopiam recte castigante. Iam qui castigat recte, is, quoniam etiam iuste castigat, iusta facere iudicandus est. Itaque qui castigatur ita, ut poenas luat, is iusta patitur. Iusta autem pulchra esse antea concessisti. Pulchra porro bona esse diximus vel propter iucunditatem vel propter utilitatem. Unde apparet boni quid accidere ei, qui puniatur. Ergo etiam utilitatem ex poena percipiet: quae in quanam re cernatur, non est difficile explicare. Liberatur enim animi pravitate, hoc est malo maximo, quandoquidem iniustitia omnium et corporis et animi pravitatum est turpissima atque pessima. P. 476. A. — 477. E. Quum autem una sit iustitiae exercendae ars atque ratio (*δίκη*), per quam, sicuti per medicinam a morbis corporis, ita ab animi pravitate et iniustitia liberamur, dubitari non potest, quin ea

et longe pulcherrima et omnium utilissima habenda sit. P. 478. A. — C. Quae si vera sunt, eum, qui male factorum nullas poenas luat, omnium miserrimum esse facile apparet. Nam quemadmodum is, qui plane non aegrotat, beatior est eo, qui se sanandum curat, contra miserior ille, qui, quum morbo aliquo laboret, tamen se medico curandum non tradit, quam is, qui a malo vindicatur, ita beatissimus est qui nulla laborat animi pravitate; huic proximus videtur qui ab illa vindicatur, hoc est, qui monetur, castigatur, punitur; pessimus autem miserrimusque omnium merito habetur ille, qui, quum improbus iniustusque sit, nulla poena castigatur et ad meliorem mentem revocatur ideoque aetatem degit vitiis inquinatus maximoque malo, hoc est improbitate et iniustitia, oneratus. Quocirca tantum abest, ut qui iustam poenam facinorum suorum effugiunt felices praedicandi sint, ut miserrimi omnium habendi videantur. P. 478. C. — 479. E. Iam si ex iis, quae disputata sunt, aestimemus, quaenam sit rhetorices utilitas, ea plane nulla esse videbitur. Solent enim oratores artem suam plerumque adhibere ad excusanda aut defendenda ea, quae improbe et iniuste facta sunt, et quum homines, si saperent, sese, ut medico in morbis corporis, ita iudici in morbis animi curandos castigandosque sua sponte tradituri essent, illi id student efficere, ut inveteratus iniustitiae morbus animum reddat exulceratum atque insanabilem! — Itaque ei, qui iniuriam aliis inferre non solet, haud sane magnam afferre potest rhetorice utilitatem, si modo ulla est eius utilitas. P. 480. A. — 481. B.

Hic vero Callicles Atheniensis, hospes Gorgiae atque Poli, homo reipublicae gerendae studiosus, qui Polum animadvertit ad silentium esse redactum, ultro sermonem suscipit magnoque cum animi ardore caussam in discrimen adductam tueri conatur. Dicas mihi, inquit, o Socrate, utrum te existimemus nunc serio loqui, an vero ludere ac iocari? Quippe si vera sunt quae tu dicis, nonne vita hominum plane eversa erit omnesque videbuntur facere contraria iis, quae fieri oporteat? Cui Socrates respondet philosophiam, ut ita statuatur, utique suadere et plane flagitare. Cuius vox et sententia nisi redarguatur, hominem ipsum videri secum non concinere, sed per totam vitam discrepare. P. 481. C. — 482. B. Tum vero Callicles, reprehenso nimio Gorgiae et Poli pudore, quo falsa concesserint, discrimen ait constituendum esse inter l e g e m (νόμον) atque n a t u-

ram (φύσιν)*). Et Socratem quidem dicit consulto id, quod natura turpius sit, confudisse cum eo, quod lege sit turpius, atque ita disseruisse, quasi quod lege turpius sit, idem turpius sit natura. Hinc factum esse, ut evicisse videatur peius esse iniuriam facere quam accipere, quum tamen secundum naturam is, qui patiatur iniuriam, deterior sit eo, qui illam inferat. Servi est enim, inquit, patienter tolerare iniurias, atque eius, qui sibi ipsi plane deest. Itaque vulgus hominum, quum suam intelligeret imbecillitatem, sanxit leges, quibus omnis iniuria prohiberetur; natura vero robustioribus fortioribusque nihil non concedit ideoque validioribus dedit ius imperandi iis, qui sunt imbecilliores: id quod quum alia, tum populorum exempla satis docent, quorum opulentissimi ac potentissimi aliis imperitare solent. Itaque philosophia iustitiae rationem omnem funditus evertit, quippe quae illud, quod legibus est sancitum usuque hominum confirmatum, unice pro iusto probet argumentisque tueri studeat. Atque haud scio, an hominum generi nihil perniciosius datum sit quam philosophia. Quae ut in pueris et adolescentulis, si modeste tractetur, non improbanda sit, tamen in viris nullo modo ferenda est. Haec enim homines adeo corrumpit, ut nihil magni, nihil praeclari, nihil excelsi et generosi sustineant unquam gerere. Sedent philosophi domi et in angulis latent; vitant hominum societatem; fugiunt lucem publicam; abscondunt se cum tribus quattuorve adolescentulis in latibulis, ut de rebus exilibus nulliusque momenti cum illis garriant; sed ubi iis aliquid vel in sua ipsorum vel in aliena caussa agendum est, inopes consilii haerent, trepidant, nesciunt quo se vertant. Nonne vero, o Socrate, turpe est ita se habere, quemadmodum te ceterosque habere arbitror, qui aetatem omnem philosophiae studio transigitis? Enimvero si quis te in iudicium rapiat, dictitans te ipsi iniuriam intulisse, licet nullam intuleris, profecto non habebis quid dicas aut facias, sed haesitabis et os diduces et ages ineptias, ac, si accusator tibi contigerit malus et improbus, eo res perveniet, ut tibi, quamvis innocenti, moriendum sit**). Quocirca mihi, o bone, obtempera et, missis istis nugis, aliquando in rebus honore dignis te exerce,

---

*) Plane cum his conveniunt quae de iuris secundum τὸν νόμον et τὴν φύσιν discrimine disputantur De Republ. II. p. 358 seqq. Legg. libr. X. 880. B. seqq., ubi v. comment.

**) Cum hac philosophiae reprehensione conferendus est praeclarus ille locus Theaeteti p. 172. C. seqq. Gellius N. A. X, 22.

unde et aliis sapere videberis et percipies utilitatis fructum largissimum. P. 482. B. — 486. C.

Haec postquam Callicles peroravit, Socrates simulata pro more suo inscientia urbana cum irrisione ab eo petit, ut quid illud sit, cui studere debeat, et qua ratione id ipsum sit assecuturus, edocere velit. Ante omnia vero audire vult, quomodo illud sit intelligendum, quod dixerat Callicles, secundum naturam (κατὰ φύσιν) meliorem imperare peioribus atque plus iuris habere praestantiorem viliore. P. 486. D. — 488. B. Rogat igitur, num meliorem et praestantiorem intelligi voluerit *validiorem*. Affirmat hoc Callicles. Sed brevi ad absurdum deductus, mutata sententia, *prudentiores* dicit meliores, quos ait naturae iure imperium in deteriores exercere. Sed hic quoque captiosis Socratis interrogatiunculis circumventus mox fatetur se meliores dixisse eos, qui *in rebus publicis gerendis fortes sint ac prudentes*, atque contendit naturae ius hoc postulare, ut hi ceteris imperent aliisque plus habeant. P. 488. B. — 491. D. Quae postquam Socrates audivit, continuo interrogat, an non isti et sibi suisque cupiditatibus imperare ac temperantes esse debeant. Ad quam quaestionem ille sic respondet, ut deposito omni pudore cuiusvis turpitudinis patrocinium suscipiat.

Ait enim iam eum demum esse bonum beatumque virum, qui et habeat cupiditates quantum possit maximas et eas ita queat explere, nullis ut legibus coerceatur. Nam quae de iustitia, temperantia, aliis virtutibus, vulgo praecipiantur, ea deberi multitudinis imbecillitati, quae has leges ideo tulerit, ut homines ingenio ac fortitudine praestantes certe aliquatenus coercerentur. Imo luxuriem, intemperantiam, indomitam quidvis agendi licentiam, firmo praesidio munitam, eam demum esse virtutem vitamque vere beatam. P. 491. D. — 492. D. Miratur Socrates primum istam oris libertatem, deinde vero turpissimas hominis opiniones ita refellere instituit, ut et similitudine aliqua utatur ex alicuius philosophi doctrina desumta et argumenta ex ipsa rei natura repetita in medium afferat. Sed ipsum audiamus disputantem. — Misera vero, inquit, o Callicle, ista videtur vita, quam tu modo laudasti, atque morti simillima, neque temere arbitror eum iudicavisse, qui nos iam nunc mortuos censuit adeoque corpus nostrum sepulcrum nominavit. Atque eandem ob caussam, opinor, scitus quidam vir, Siculus vel Italicus, nomine nonnihil mutato, eam nostri

partem, in qua insunt cupiditates, dolium appellat, quod in stultis et non initiatis perforatum sit, ita ut continuo diffluat quidquid infundatur. Itaque idem ille eos, qui perpetuo id agant, ut cupiditates expleant suas, iis similes esse iudicavit, qui apud inferos in dolium perforatum cribro item perforato aquam infundere narrantur. Quamquam sentio hanc imaginem non id effecturam, ut tuam mutes sententiam. Itaque aliam nunc addam comparationem ex eadem schola repetitam. Fingamus igitur duobus hominibus multa esse dolia, integra alteri et vino, melle, lacte, aliis liquoribus repleta, perforata alteri, putrida et laticibus ad comparandum difficillimis impleta: ille de doliis suis erit securus neque ullo modo sollicitus; hic dies noctesque cura et sollicitudine angetur, ut quantum diffluxerit, tantum denuo in dolia infundatur, misereque cruciabitur. Quid igitur censes? nonne illi temperans similis est, huic vero intemperans? et nonne inde apparet modestam vitam intemperanti esse longissime anteponendam? P. 492. E. — 494. A. Verum enim vero, quemadmodum superiore illa similitudine non potuit Callicles ad repudiandam sententiam suam permoveri, ita ne hac altera quidem efficitur, ut sola temperantia vitam felicem et beatam contineri concedat. Acute enim iudicat eum, cui dolia perpetuo repleta maneant, nullam amplius percipere voluptatem, ut quae nulla alia re comparetur, nisi continuo hauriendi infundendique labore. P. 494. A. B. Quum igitur Socrates hominem videat pertinaciter tueri sententiam suam, missis imaginibus et comparationibus ad disserendi subtilitatem revertitur eaque utitur tam prudenter atque graviter, ut ille mox in alia omnia transire cogatur. Nempe est sane hic mos Platonis, ut, sicubi disputatio non tam ad vanas opiniones refellendas, quam ad verum exquirendum atque demonstrandum comparata est, Socratem suum iubeat severiore uti dialectica, quae ab argutis cavillationibus et captiosis argumentationibus abstineat. Quamobrem dehinc iucundi et boni discrimen tanta gravitate demonstratur, ut philosophus etiam postea in hac caussa iisdem argumentis usus esse reperiatur. Videamus igitur iam de universi loci ad omnem Platonis philosophiam sane quam gravissimi argumento. — Si vita beata, inquit Socrates, in eo cernitur, ut esurientes edamus, sitientes bibamus, denique cupiditates nostras omnes expleamus, etiam scabiosi, dum sese fricant, atque ii, qui turpissimis se dedunt voluptatibus, felices beatique praedicandi erunt, si quidem nullum reperitur inter voluptates discrimen. Vide igitur, o bone, ne voluptas non omnino honesta ac

bona sit. P. 494. C. — 495. B.*) Negante autem Callicle iucundum a bono esse diversum, Age dum, inquit, rem exquiramus accuratius. Scientia igitur et fortitudo omnium iudicio bonae sunt**), sed easdem iucundas esse non omnes aeque largiuntur. Bonum igitur si idem sit atque iucundum, sequitur scientiam et fortitudinem simul esse et bonas et non bonas, quoniam non item iucundae sunt. Quod certe fieri nequit. Ergo bonum et iucundum non idem esse consequitur. P. 495. C. — E. Dubitante vero etiamnum Callicle de huius iudicii veritate, rem etiam explanatius dilucidare instituit. Est genus rerum, inquit, inter se contrariarum, quae nunquam coniunctae possunt in uno eodemque inesse. Quorsum pertinent felicitas et infelicitas, sanitas corporis et morbus, robur et imbecillitas, alia multa. Nam, ut exemplo utar, ingruente morbo tollitur prospera corporis valetudo, et imbecillitate corpus occupante pristinum eius robur evanescit, atque vicissim. Ad hoc autem rerum genus dubitari non potest quin etiam bonum et malum referendum sit. Etenim ubi mala incidunt, ibi tolluntur bona, et vicissim in locum malorum, quae auferuntur, continuo rursus bona succedunt. Quae si vera sunt, certissime consequitur, ut quae simul in eodem inesse queant unaque accedant recedantque bona malave esse non possint. Iam vero negari non potest in cupiditatibus explendis duo adesse solere contraria, ut recte contendi videatur voluptates inde oriundas in numero bonorum non esse habendas. Quum enim unaquaeque cupiditas coniuncta esse soleat cum indigentia quadam et molestia, veluti quum sitimus et esurimus, tamen, dum illa expletur, cum indigentiae sensu simul adesse solet iucunditatis voluptatisque perceptio. Solemus enim sitientes bibere et esurientes edere, hoc est dolentes simul gaudere. Itaque dolorem et voluptatem a bono et malo differre prorsus necesse est***). P. 496. A. — 497. A. — Postquam Socrates hoc quoque argumento demonstravit iucundum a bono esse diversum, Callicles, ne turpiter refutatus discedat, se ad minutas istas vilesque interrogatiunculas amplius responsurum negat. Cohortante tamen Gorgia, ut ne sermonem tam cito abrumpat, rursus disserere remque diligentius etiam explorare instituit. Sequitur igitur tertia ratio, qua iucundum a bono diversum

*) Comparandus de his locus Philebi est p. 46. D. — 47. B.
**) De fortitudinis cum scientia coniunctione v. Lachet.
***) Conf. cum his Phileb. p. 32. B. 33. C. 34. E. 51. A. 53.

esse evincitur. — Docet enim Socrates bona et mala nunquam simul amitti, sed alterum semper alterius locum occupare. Longe aliam autem esse rationem ait doloris et voluptatis: hanc enim una cum illo saepe finiri uno eodemque tempore neque diutius eo sentiri*). Quae res quo clarius intelligatur, quum alia affert in medium, tum sitientium bibentiumque exemplum commemorat. Hos enim ait sitim atque voluptatem bibendo perceptam simul amittere: siti enim restincta etiam bibendi iucunditatem finiri. Quae quidem omnia quum ita comparata sint, ut a Callicle in dubium vocari non queant**), Socrates, ut sententiam suam magis etiam confirmet, ad quartum progreditur argumentum, quo boni et iucundi naturam diversam esse demonstret. P. 497. A. — D. Accidit saepenumero, inquit, ut malus magis vel gaudeat vel doleat quam bonus et honestus. Velut timidus atque ignavus hostibus appropinquantibus vel discedentibus multo vehementius angitur aut laetatur eo, qui est strenuus ac fortis. Si igitur iucundum et bonum esset unum idemque, sequeretur etiam, ut malus, quia bono vehementius gaudet et plus percipit voluptatis, melior bono saepenumero iudicandus esset. Qua ratione nemo est quin videat omnem tolli honestatis voluptatisque diversitatem***). P. 497. E. — 499. A. — Tum vero Callicles, errorem suum callide dissimulans, Putasne tu, o bone, inquit, me aut quemvis alium hominem non existimare alias voluptates esse meliores, alias peiores? Qua hominis sententia comprobata Socrates deinde subtilissima argumentatione demonstrat humanarum actionum finem non ad illud spectare, quod iucundum appellemus, sed unice ad bonum referri. Quum ex tua ipsius sententia, inquit, voluptatum aliae bonae, aliae malae sint, illae autem utiles, hae inutiles et noxiae merito habeantur, sequitur, ut hae aspernandae sint, illae vero unice expetendae. Itaque tantum abest, ut voluptatis caussa quidquam faciamus, ut illa ipsa, quae iucunda sunt, bonorum gratia eligenda et expetenda videantur, de qua re etiam Polum assentientem habeo†). P. 499. B. — 500. A. — Transfert autem haec ad artem oratoriam docetque accuratius, cur rhetorice in superioribus ab adulatione pro-

*) Conf. Phaedon. p. 60. B. C. D.

**) De hac argumentatione conf. Phileb. p. 39. D. 43. A.

***) Ad haec contendas Phileb. p. 45. C. E. 55. B.

†) De boni et iucundi discrimine v. praeter ea, quae modo indicavimus, Phileb. p. 12. C. seqq.

ficisci iudicata sit adeoque adulatrix appellata. Etenim Socrates, Recordemur igitur iam, inquit, quae ego Polo ac Gorgiae exposui, esse quaedam instituta, quae unice spectarent voluptatem, quid autem malum aut bonum esset, minime curarent. Quum vero nunc agatur de re longe gravissima, quandoquidem quaeritur, qua ratione vivi oporteat, utrum ea, ad quam tu me cohortaris, ut virilia scilicet negotia tractem et factitem artem oratoriam, an illa, ad quam philosophia me excitat, noli iam ludere ac iocari, sed quam diligentissime mecum exquire, quid inter se differat utraque haec vivendi ratio, et quid ii sequantur, qui se alterutri dedant. P. 500. A. — E. — Diximus vero antea esse quasdam verarum artium quasi imitatrices, quae, quum naturam cuiusque rei non explorarent, peritia quadam usu et exercitatione collecta continerentur solamque spectarent voluptatem, neglecta prorsus verae utilitatis honestatisque ratione. Quemadmodum autem intelleximus referri quaedam eiusmodi artificia ad corporis curam delectationemque, veluti coquorum, ita etiam studia quaedam reperiuntur, quae, quum ad animum pertineant, tamen omnia metiuntur voluptatibus, plane non habita ratione boni, ad quod respiciendum sit. Quorsum pertinent ars *αὐλητικὴ* et *κιθαρῳδική*, chororum *διδασκαλία*, porro poesis dithyrambica; denique etiam augusta illa atque grandis tragicorum ars, quae et ipsa magis ad voluptatem spectatorum quam ad bonitatem honestatemque comparata est. Qui quidem locus, ut hoc per occasionem moneamus, quod philosophus hic de artibus musicis data opportunitate idem iudicavit, quod postea in Republica et Legibus statuit, quosdam commovit, ut parum recte colligerent eum etiam in Gorgia ampliora spectasse et rhetoricen exempli tantum loco posuisse. Sed revertimur ad proposita. Faciamus autem, inquit porro, tolli ac removeri ex poesi modos, numerum atque versus: quid tum remanebit? Nimirum nihil nisi orationes (*λόγοι*) poetico ornatu exutae. Ex quo intelligitur poesin esse orandi quandam artem ab adulatione profectam, hoc est solas audientium spectantem voluptates*). P. 500. E. — 502. D. Iam vero rhetorice illa, cuius tanta est apud populum Atheniensium auctoritas et gratia, quid tandem nobis esse videtur? Utrum oratores tibi videntur boni honestique gratia dicere, id solum spectantes, ut orationibus suis cives quam optimi evadant, an

---

*) Platonis de poesi iudicium aestimes ex iis, quae De Rep. III. p. 392 seqq. et p. 598. D. seqq. disputantur.

hi quoque solam spectant voluptatem, propter suam ipsorum utilitatem bono publico nihil consulentes omniaque, vera civium salute neglecta, ad iucunditatem ac delectationem referentes? P. 502. E. Nempe est sane eadem plane illius ac poesis ratio. Monet hic Callicles esse tamen inter oratores discrimen constituendum: reperiri enim inter illos qui civium saluti prospiciant. Quam sententiam prorsus comprobat etiam Socrates. Sed quamquam duplex rhetorices genus per se spectatum discerni recte posse largitur, tamen neminem unquam Athenis exstitisse oratorem contendit, cui id fuerit propositum, ut Athenienses exsisterent meliores. P. 503. A. — C. Solere enim oratores, quum debeant optimi caussa dicere et orationem suam ad optimi speciem comparare, temere verba proiicere nec spectare id, quod animo laudem bonitatis conciliet. P. 503. D. — 504. A. Nam quemadmodum opifices in corporis cura versantes, veluti medici et luctandi magistri, id propositum habeant, ut corpus ordinem quendam et ornatum, hoc est sanitatem ac robur, nanciscatur, ita iis, qui studia tractent ad animorum cultum pertinentia, hoc ipsum propositum esse debere, ut animis concilietur ordo et ornatus quidam, qui in iustitia ac temperantia cernatur. Tantum autem abesse, ut oratores civium animos harum virtutum amore imbuant, incontinentiae vero et iniustitiae odio repleant, ut mirifice indulgeant eorum cupiditatibus augeantque vitia, quae fuerint castiganda et reprimenda. P. 504. A. — 505. B. — Hanc vero iudicii acerbitatem indignatus Callicles se amplius cum Socrate disserere velle negat. Sed mox eo saltem permovetur, ut se illi saltem auscultaturum polliceatur, videlicet ne sermo imperfectus relinquatur. P. 505. C. — 506. C. — Itaque Socrates iam Callicle optante solus sermonem persequitur ulterius ipse se interrogans sibique respondens. Prudenter vero summatim iam repetit quae antea cum Callicle disseruerat. Iucundum et bonum igitur, inquit, inter se invicem diversa sunt: iucundum porro boni caussa est faciendum: bonum autem illud est, quo praesente boni evadimus: boni vero sumus, quando virtus nobis adest, quae quidem ordine et ornatu (κόσμῳ) efficitur. Itaque animus, qui virtutis particeps est, item est bene ordinatus (κόσμιος) ideoque temperans (σώφρων). Temperans autem animus ea facit, quae et erga deos et erga homines facienda sunt, hoc est sancta, ubi de diis agitur, atque iusta, quod ad homines attinet. Talis autem hominis animus etiam fortis erit: neque enim viri temperantis est cedere volupta-

tibus aut doloribus, sed quod sequendum vel fugiendum est, id constanter sequitur. Itaque vir bonus est temperans, iustus, fortis, sanctus, idemque etiam est beatus, contra intemperans et iniustus omnium miserrimus*). P. 506. C. — 507. D. Et si totam intuemur rerum naturam, illam animadvertimus propter ordinem et ornatum et moderationem et iustitiam a sapientibus mundi (*κόσμον*) nomine esse insignitam. P. 507. D. — 508. A. Valet enim aequalitas geometrica et apud deos et apud homines, ut habendi cupiditati minime sit indulgendum. Quod si ita est, sponte consequitur vere me antea (p. 486. B. C.) iudicavisse accusare quemque debere se ipsum et filium et amicum, si quid iniuste fecerit, et rhetoricam ad hoc ipsum adhibendam esse, siquidem iniuriam facere quam accipere revera tanto est peius, quanto est turpius; nec vero recte mihi obiecisti, o Callicle, me non posse auxiliari neque mihi ipsi neque amicorum cuiquam et omnibus expositum fore iniuriis et contumeliis et suppliciis: nam maximum malorum procul dubio est iniustitia iniuste facienti, idque tanto magis, si quis iniuste factorum nullas poenas luat. P. 508. B. — 509. C. Iam vero quid tandem homo praesidii et auxilii sibi comparare poterit, ut utrumque hoc commodum percipiat, unum, ne ipse faciat iniuriam, alterum, ne iniuriam accipiat? Nimirum posterius quidem ut ne ipsi accidat, caveri poterit externa potentia. Prius autem illud ut ne fiat, praeter suam cuiusque voluntatem — nemo enim sciens facit iniuriam — scientia quadam et arte opus est. Et ad arcendam quidem aliorum iniuriam sine dubio illud valet, ut aut ipse in civitate imperes ac domineris aut imperii iam constituti assentator sis ideoque iis amicus fias, qui imperio potiti sunt, ita ut iis evadas simillimus adeoque una cum illis rebus iisdem et gaudeas et doleas. At enim vero isto quidem pacto fieri non poterit, quin ipse in maximum malum incurras, quum improbo futurus sis animo et pravi imitatione corrupto. P. 509. C. — 511. A. Quocirca probus et honestus vir sibi utique cavebit, ut ne iis, qui dominentur, isto modo inserviat, quippe persuasum habens non id esse studendum, ut quam diutissime vivat, ideoque eas colendas esse artes, quae nos a periculis liberent et

---

*) Revocantur hic consulto virtutes omnes ad *σωφροσύνην*, non commemorata *τῇ φρονήσει*, propterea quod Callicli intemperantiae laudatori occurrendum fuit. Nec vero ea ratio ab iis abhorret, quae leguntur **Xenoph.** Mem. III, 9, 4.

incolumes servent, quale est rhetorica ista, quam tu praedicas. Nimirum haec per se non adeo magni est aestimanda, nisi forte etiam ars nandi, gubernandi, machinas bellicas construendi plurimi sit facienda, quae tamen ipsa sese non adeo iactat, utpote probe sciens unius corporis conservationem sine reliqua hominis salute rem esse non adeo magnam. Itaque vide, o bone, ne aliud quid generosum sit atque bonum, quam servare ac servari, ac ne illud ipsum, quod toties crepatur, quam diutissime vivere, vir fortis et hoc nomine dignus missum facere debeat vitae non adhaerescens, sed id totum deo committere ac potius curare, quomodo tempus ad vivendum datum quam optime transigat, alioquin de optimo, quod homini obtigerit, misere periclitaturus. P. 511. B. — 513. C.

His disputatis Callicles: Bene vero mihi videris dicere, o Socrate, sed nescio, quomodo mihi accidit quod plerisque, ut mihi non satis persuadeas. Cui Socrates urbane: Nimirum captum te populi amor tenet, qui animum tuum occupavit. Quocirca, age, consideremus iam haec iterum atque melius, si forte aliter tibi persuadeas. Recordare igitur nos antea (cap. 15. coll. 19.) duas statuisse rationes tam corpus quam animum curandi: unam hanc, quae hanc curationem tractaret voluptatis caussa, alteram hanc, quae ad optimum spectaret neque cuiquam gratificaretur, sed repugnaret. Et altera quidem, quae ad voluptatem comparata est, videtur omnino ignobilis esse ac nihil nisi abiecta adulatio. Altera vero id spectat, ut id, ad quod pertineat, quam optimum efficiatur, sive corpus sit sive animus. Iam vero in superioribus inter nos convenit civitatem atque cives ita esse curandos, ut quam optimi evadant. Nihil enim prodest beneficium in alios conferre, nisi illi mente utantur bona et honesta. Id ipsum autem, sicuti aliae artes, quae boni quid effecturae sint, procul dubio requirit rei scientiam et idoneum usum. Hoc igitur etiam in gerenda republica est spectandum, ad quam qui accedere velit, is certe id debet sibi proponere, ut cives quam optimi fiant, ideoque idoneam boni scientiam tenere. P. 513. D. — 515. C. At enim vero hac ipsa laude qui dignus sit, nec inter superiores nec inter hodiernos viros civiles facile aliquem invenias. Nam Cimon, Miltiades, Themistocles, Pericles, et si urbem amplificarunt varieque ornaverunt, tamen civium temperantiam et iustitiam haudquaquam auxerunt. Quocirca cives eis etiam malam retulerunt gratiam adeoque ipsos male tractaverunt: quod certe aliter fuisset eventurum,

si revera illi boni fuissent oratores et cives meliores reddidissent. Id quod etiam de sophistis ita iudicandum est, qui temere conqueruntur, quod a discipulis suis debitam sibi institutionis mercedem non accipiant neque grati animi documentis ornentur. P. 515. D. — 519. E. Noli enim tu, o Callicle, hanc sophistarum cum viris civilibus comparationem aegre ferre; — quippe homines in publicis versantes negotiis non raro sophistas, utpote nullo merito publico insignes, quamvis eorum imbibissent opiniones, tamen fastuose contemnebant, ipsi suis meritis scilicet superbientes, e quorum numero est etiam Anytus in Plat. Menon. p. 90. B. seqq., ubi in sophistas inclementius invehitur. — Itaque Calliclem similiter hanc comparationem indignatum admonet haec Socrates, his etiam verbis additis, quibus rursus de sophistices et rhetorices cognatione exponitur: habent enim, inquit, sophistae, qui sese virtutis magistros profitentur, atque rhetores maximam sane affinitatem; quin sophistae illis etiam anteponendi videntur: nam quantum ars legislatoria arti iudiciali praestat et gymnastica medicae, tantum rhetorem antecellit sophista. Neuter tamen de populi aut discipulorum iniustitia habent quod iure querantur, praesertim quum ipsis vel maxime conveniat beneficia sua ultro ac sine mercede aliis impertiri, siquidem vulgo turpe existimatur alteri, quum possis, ostendere nolle, quomodo quam optimus fieri optimeque suam ipse rem domesticam vel civitatem administrare queat. P. 520. A. — E.

Haec omnia postquam Callicles probavit, Socrates revertitur ad quaestionem supra propositam ostenditque rhetoricam, de qua dixerit Callicles, pravam esse et vivendi rationem ab eo laudatam bono viro esse indignam.

Ad utram igitur, inquit, me cohortaris civitatis curationem? num ad hanc, qua contendam, ut Athenienses quam optimi evadant, an ad adulatoriam illam, qua eorum inserviens cupiditatibus omnia ad voluptatem delectationemque referam? Dicas mihi, o Callicle, libere, quid sentias, ac perge, quemadmodum coepisti, fidenter mecum agere. Ad haec ille satis impudenter: Ego vero te cohortor ad hanc posteriorem administrandae reipublicae rationem, eiusque rei caussas afferam. Sed Socrates sermonem eius interpellans oratione sua, Ne rursus mihi dicas, inquit, quae iam saepius attulisti, occisurum me quicunque voluerit, ne ego vicissim tibi reponere coactus sim quae iam in superiore sermone respondi. At vero, inquit ille, nimium quidem mihi videris confidere nihil horum tibi unquam eventurum. Quasi vero

procul hinc habites nec facile possis vel ab improbissimo quoque in iudicium rapi! Tum Socrates: Ego vero insanus sim, Callicle, nisi existimem in hac civitate quemvis periculis omnis generis esse expositum. Illud tamen certo scio, si in iudicii discrimen adducar, improbum fore eum, qui me illuc deducturus sit: nemo enim probus et honestus vir innocentem in tale periculum coniiciat. Quamquam minime mirandum erit, si morti obiiciar. Arbitror enim me fere solum inter Athenienses veram artis civilis rationem tenere atque colere (p. 521. D.). Quoniam autem non id, quod iucundum est, sed unice illud, quod optimum videtur, sectari soleo ideoque lenocinia illa et delicias, quibus vulgo Athenienses capiuntur, nihili aestimo, sane non habebo quo me in iudicio defendam. Neque enim voluptates ac delicias, quas iis comparaverim, commemorare potero, et si quis me dicat iuvenes ita corrumpere, ut sermonibus meis in summam redigantur consilii inopiam, vel viros ac senes acerbe reprehendere et castigare, haec omnia verissime de me dici fateri debebo. Respondenti autem Callicli miserum sibi videri eum, qui neque sibi neque aliis auxiliari possit, haec reponit: Mihi quidem is minime videtur miser habendus, qui neque adversus homines nec adversus deos iniusti quid dixerit unquam aut perpetraverit; atque hoc aio praestantissimum esse auxilium, quod quis sibimet ipsi ferre queat, ut nulla pallescat culpa. Nemo enim sapiens mortem reformidat, iniusta autem facinora reformidat, quorum poenam novit etiam post mortem instare. Quippe summum omnium malorum est animo vitiis repleto ad inferos migrare. De qua re audi narrationem, quam etsi fabulam esse putabis, tamen scito esse verissimam. P. 521. A. — 522. E.

Animus enim, quum post mortem ad inferos discessit, nudus ibi iudicatur, ut nihil possit impedire, quominus iudices eum plane cognoscant. Nam animi a sceleribus in hac vita commissis ulcera et vibices contrahunt. Iudices autem, ulcerum natura accurate cognita, iudicant, utrum animi sint sanabiles necne. Et sanabiles quidem puniuntur poenisque corriguntur ac sanantur. Insanabiles autem in aeternum vehementissimis cruciatibus torquentur, quibus ipsi nullam utilitatem percipiunt, sed aliis in exemplum proponuntur. Qui vero omnis labis expertes manserunt, ii in insulas beatorum migrant ibique beatum et immortale degunt aevum. P. 523. A. — 526. C.

Ego igitur, o Callicle, quum his narrationibus fidem

habeam, id semper mihi agendum iudicavi, ut ad iudicem veniam animo quam sanissimo praeditus, ac te quoque hortor, ut missis rebus inanibus te castum purumque serves. Alioquin enim, ubi ad iudices inferorum veneris, ringeris fortasse et haesitabis et inops consilii eris et summa contumelia afficieris. P. 526. C. — 527. A.

Quum igitur meliorem vivendi rationem, quam haec mea est, indicare non potueritis verumque esse apparuerit quod supra dicebam, cavendum esse magis iniuriam ne faciamus, quam ne accipiamus, ideoque rhetoricen semper iusti caussa adhibendam esse*), agite, mihi obtemperate meque sequimini illuc, quo profecti beati eritis, tam vivi quam mortui. Nam qui virtutis est studiosus, is nihil indigni unquam patietur, etiamsi ab hominibus improbis summa contumelia afficiatur. Ubi vero ad rempublicam velimus accedere, non prius hoc faciemus, quam, ecquid iam in virtute profecerimus, exploratum habeamus. Turpe est enim nescientem, quid bonum sit, quid utile, quid honestum, aliorum res et negotia curare velle. Denique hoc teneamus, optimam vivendi rationem in eo cerni, ut temperantiae, iustitiae ceterisque virtutibus dediti et vivamus et moriamur. P. 527. A. — E.

II. Expositio propositi et consilii operis.

Hoc igitur libri argumentum est; quo enarrato sequitur, ut, quid Plato in eo scribendo spectaverit, breviter explicandum sit. De qua re quamquam ab aliis aliter est iudicatum**), tamen, ubi primum diligenter attenderimus, quid tandem illud sit, de quo agatur, ac deinde omnem disputationis vim atque copiam mentis cogitatione velut in unum complexi fuerimus, fieri certe poterit, ut, quid philosopho tamquam summum atque ultimum, ad quod omnes ac singulae sermonis partes referuntur, propositum fuerit, probabiliter definiatur.

---

*) Similiter in Phaedro rhetoricae id propositum esse docetur oportere, ut diis grati simus, p. 273. E. seqq.

**) Mirifice viri docti tam antiqua aetate quam recentioribus temporibus dubitaverunt, quid tandem philosopho in eo consignando tamquam ultimum atque summum fuerit propositum. Nam ubi quaerimus de veterum criticorum hac in caussa iudiciis, quantopere illi ea de re inter se discordaverint, certissime testatur Olympiodorus. Is enim in principio commentariorum in Gorgiam compositorum haec exposuit. *Ὁ δὲ σκοπὸς*, inquit, *ἄλλος ἄλλοις ἔδοξεν εἶναι. οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι σκοπὸς αὐτῷ περὶ ῥητορικῆς διαλεχθῆναι, καὶ*

Itaque primum quidem nonnulla animadvertere et monere consultum ducimus, quae ad iudicium de materia in hoc libro tractata regendum atque confirmandum utilia vel

---

ἐπιγράφουσι „Γοργίας, ἢ περὶ ῥητορικῆς". κακῶς δέ. οὗτοι γὰρ ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον χαρακτηρίζουσιν· ἐπειδὴ γὰρ Γοργίᾳ διελέχθη περὶ ῥητορικῆς, ἐκ τούτου τὸν σκοπὸν ἐπορίσαντο. καίτοι οὐδὲ πολλοί εἰσιν οἱ τοιουτολόγοι. ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας διαλέγεται, ὡς ἂν τῶν μὲν δικαίων εὐδαιμόνων ὄντων, τῶν δὲ ἀδίκων ἀτυχῶν καὶ ἀθλίων· καὶ ὅσῳ ἂν ἄδικός τις εἴη, τοσούτῳ ἀθλιώτερος, κἂν ἀθάνατος ᾖ, ἔτι πολλῷ μᾶλλον ἀθλιώτατος. καὶ οὗτοι δὲ ἀπὸ μέρους τὸν σκοπὸν ἐκλαμβάνουσιν ἐκ τῶν πρὸς τὸν Πῶλον λόγων. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι σκοπὸν ἔχει περὶ τοῦ δημιουργοῦ διαλεχθῆναι. καὶ οὗτοι δὲ ἀπὸ μέρους λαμβάνουσιν, ἐπειδὴ ἐν τῷ μύθῳ, ὡς ἔχομεν μαθεῖν, μέμνηται τοῦ δημιουργοῦ. ἀτόπως δὲ καὶ οὗτοι καὶ ἐξηρημένως. φαμὲν τοίνυν, ὅτι σκοπὸς αὐτῷ περὶ τῶν ἀρχῶν διαλεχθῆναι τῶν φερουσῶν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πολιτικὴν εὐδαιμονίαν. Haec igitur Olympiodorus. Quae qui vel leviter consitderaverit, is facile sibi persuadebit, etiamsi secundaria Gorgiae inscriptio, haud dubie ab antiquis criticis profecta, raro exemplo in libris manu scriptis omnibus una eademque prodita est haec: *ἢ περὶ ῥητορικῆς, ἀνατρεπτικός,* tamen de libri argumento neutiquam inter veteres Platonicos convenisse, qui potius in diversissimas partes de illo statuerint. Nec vero recentioribus temporibus minor fuit hac in caussa iudiciorum dissensio. Nam ut silentio transmittamus eos, qui superiore aetate vel rhetoricam vitiositatis et inhonestatis coargui vel Socratem ut fortissimum et constantissimum iustitiae omnisque virtutis satellitem ac patronum rhetoribus et viris civilibus e regione poni iudicaverant, quorum opiniones certe dudum iusta lance sunt ponderatae, ne illi quidem, qui nuper demum de libri consiliis et rationibus subtilius disquisiverunt, de summa re consentire existimandi sunt, id quod considerandis iis, quae Fr. Schleiermacherus, Fr. Astius, Ioseph. Socherus, Nic. Sybren Sybrandi, Car. Fr. Hermannus, Car. Reinhartus, Franc. Susemihlius, H. Bonitzius exposuerunt, nullo fere negotio intelligas. Nam Schleiermacherus quidem, quum Platonis opera interiore quodam argumentorum vinculo inter se nexa et colligata tamquam doctrinae quemdam orbem conficere sibi persuasisset, quum alios libros Platonis, tum etiam Gorgiam non tantum per se seorsum, sed imprimis etiam iunctum et consociatum cum aliis Platonis operibus spectandum iudicandumque censuit. Itaque haec fere de illo disputat. Primum quidem adversatur eorum rationi, qui aut rhetoricam aut simile quiddam, quod nihil nisi universi dialogi particulam complectatur, a Platone in hoc dialogo praecipua opera tractatum esse dictitaverint. Cuius sententiae suae caussam imprimis hanc commemorat, quod, ubi tam multa atque praeclara de natura voluptatis disputata reperiantur, ibi fieri non possit, quin hoc ipsum ex mente Platonis maximi momenti argumentum esse existimari debeat. Quibus ita constitutis porro Gorgiam docere conatur eorum Platonis librorum tamquam agmen ducere, qui secundum illorum ordinem vel classem conficiant quique locum medium teneant inter ea scripta, quibus tradantur philosophiae initia et quasi elementa, atque illa, in quibus ipsius philosophiae exstruatur aedificium atque

necessaria videantur. Tenendum vero ante omnia hoc est, quo neglecto de scriptionis universae rationibus prudenter

elementa eo traducantur. Cuius generis libros arbitratur non iam amplius versari in tractanda philosophandi ratione atque methodo, sed de eius argumento ita agere, ut physicae et ethicae, quae verae sint scientiae partes *(die realen Wissenschaften)*, quasi quandam prolusionem vel praeviam institutionem exhibeant. Esse autem his dialogis omnino id propositum, ut doceatur veram scientiam et artem non reperiri, sed fallacem tantum earum speciem adesse ibi, ubi id, quod re vera sit, cum eo, quod tantummodo esse videatur, temere permutetur aut bonum cum voluptate atque iucundo confundatur: quod quidem a philosopho dupliciter fere ostendi, dum vel id, quod pro arte et scientia habeatur, nullius pretii esse doceat, vel ex ipsa illa falsae artis et scientiae cognitione vis et natura verae artis et scientiae definiatur. Itaque Gorgiam hoc ait habere propositum, ut artis rhetoricae et civilis exemplo, argumentis e morum doctrina repetitis, verae falsaeque scientiae et artis permutatio et confusio arguatur eiusque tum caussa in interiore quadam animi ad istam confusionem proclivitate sita, tum effectus in arrogantia et fastu conspicui in illustriore luce ponantur. Haec igitur viri egregii de Gorgiae consiliis sententia est, longius fortasse arcessita illa et Platoni invito obtrusa, sed subtiliter eadem acuteque exposita*). Ab ea vero longissime discessit Fr. Astius, qui licet quid sentiret breviter tantum declaravit (De vita et scriptis Platon. p. 133.), tamen vel sic facile intelligas, quantum cum Schleiermachero dissentiat. Quippe arbitratur ille hunc librum neutiquam ad artem et scientiam generaliter informatam referri, sed politicam tantum rationem spectare, ita ut, quidquid praeterea in eo de philosophia exponatur, id non aliorsum nisi eo referendum sit, ut scientiam et artem civilem, quam rhetores ac sophistae profiteantur, inanem ac perniciosam esse ostendatur. In quo ille certe simul id egit, ut Gorgiae intellectum non tam aliunde quam ex ipsius argumento petendum esse perspiceretur. Verum enim vero haec ipsa sententia neutiquam satisfecit desideriis eius viri, qui proxime post Astium talia accuratius perquisivit. Nam Socherus quidem (De scriptis Platonis p. 241.), relicta antecessoris sui ratione et ratione Schleiermacheri quodammodo comprobata, in Gorgia quum id disceptari videatur, utrum philosophia an rhetorica potissimum colenda sit, tamen revera censet, argumento disputationis altius educto et ad maius quiddam accommodato, illud potius quaeri, utra vitae ratio melior sit ac beatior, eane, quae virtuti imprimisque iustitiae dedita sit, an illa, quae ad potentiam et auctoritatem publice ac privatim consequendam comparata sit. Ad quam quidem rationem nuper, nonnihil tamen mutatam, proxime accessit Herm. Bonitzius in libello: *Platonische Studien, Wien, 1858*, 8. mai. p. 1—41., qui vix dubitari posse arbitratur, quin quaestio primaria dialogi haec sit, utrum philosophia ex sententia Platonis intellecta, an rhetorica politica, qualis tum fuerit, viri honesti studiis et consiliis digna esse putari debeat**). Nec vero multum inde recedunt quae

*) V. Schleierm. Interpr. Germ. Opp. Platon. Vol. II. P. I. Praef. p. 3 seqq.

**) Ibid. p. 33. *„Die Frage: Ist Philosophie im Platonischen Sinne, oder ist politische Rhetorik in ihrem damaligen Zustande eine würdige Lebensaufgabe? bezeichnet den Kern und Zweck des ganzen Dialogs."*

existimari nullo modo poterit, haudquaquam in hoc libro de universa rhetorica, quaqua ipsius ambitus patet, disputari, sicut in Phaedro fieri meminimus, sed eam tantum eius

---

disputavit Nic. Sybren Sybrandi (Disp. de Platonis Gorgia, Harlem. 1829. 8. edita, p. 59 seq.), qui Platonis in hoc libro scribendo consilium fuisse censet ostendere reipublicae gubernandae rationem, quam sequerentur multi tunc temporis Atheniensium proceres, et potestatem illam, fallaci arte rhetorica, quam profitebatur Gorgias, acquisitam, bono viro esse indignam et spernendam potius quam optandam, quippe quae maximi mali caussa sit, suam denique et magistri agendi rationem defendere contra adversariorum criminationes. Iam vero etiam C. Fr. Hermanni cognoscamus in hac caussa iudicium, quod quidem ille exposuit in libro: *Geschichte und System der Platon. Philosophie,* T. I. p. 477 seqq. coll. p. 637. ann. 399. Is vero unum Olympiodorum censet verum perspexisse, qui iudicaverit agi de principiis nos ad civilem felicitatem perducentibus, *περὶ τῶν ἀρχῶν διαλεχθῆναι τῶν φερουσῶν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πολιτικὴν εὐδαιμονίαν,* quandoquidem principalis libri sententia utique non aliorsum referatur nisi eo, ut doceatur unum id, quod bonum honestumque sit, vere prodesse hominemque iniuste agendo sibi ipsi nocere, ita ut vitae bona non voluptate, sed honestate metienda sint. Verba ipsius haec sunt: „*Der Kern des Gesprächs bleibt jedenfalls der Beweis, dass das Gute allein wahrhaft nützlich sei und der Mensch sich durch Unrechtthun selbst schade, eben desshalb aber der Maassstab der Lust dem höhern des Guten nachstehen müsse.*" Denique etiam audivisse iuvabit, nuperrimi critici et interpretes quid de re controversa existimaverint. Etenim Reinhartus quidem, qui de hoc dialogo omnium uberrime exposuit (Prolegg. ad Interpret. Germ. Hieron. Mülleri, Vol. II. p. 329—394.), posteaquam ostendit Platonem illustratis antea in aliis sermonibus aliis virtutibus denique in hoc libro etiam ad iustitiam illustrandam animum advertisse duabus quidem potissimum rebus permotum, vel ingruente in dies magis eloquentiae sophisticae in Sicilia ortae auctoritate vel tristi Socratis nuper iniuste condemnati et capitis supplicio affecti recordatione*), denique de ultimo totius scripti consilio et proposito ita fere statuit. Censet enim eo imaginem ac speciem artis publice ac privatim bene beateque vivendi eiusque ethices principiis fundatae exhiberi, quae quum omnem germanam artem contineat, tum fraudulentae ac pestiferae arti, qualis sit rhetorica sophistices labe infecta, contraria sit et opposita. De qua sententia sua ipse haec disseruit**): „*Am sichersten dürfen wir wohl das vom Platon schon im Euthydem aufgestellte Ideal einer höchsten, vollkommensten, jedes wahrhafte Wissen und jede echte Kunst in sich fassenden, ethisch-politischen Lebenskunst als den Grundgedanken des Gesprächs ansehen, in welchem alle Theile und Beziehungen desselben ihren Mittelpunkt haben und auf welchen sich ohne Zwang auch die scheinbar abschweifenden Betrachtungen zurückführen lassen. Eine solche Kunst, in ihrer Vollkommenheit gedacht, würde alle Verhältnisse des öffentlichen und des besondern Lebens nach den Gesetzen der Vernunft beherrschen und nach den Regeln der Schönheit*

---

*) V. p. 332 seqq. 341 seqq.
**) L. l. p. 341 seq.

partem vocari in disceptationem, quae ad rempublicam eiusque gubernationem pertineat. Agitur igitur de una maxime eloquentia civili et politica, aliis rhetorices generibus exclusis aut leviter tantum commemoratis, id quod p. 500. E. — 502. D. ita fieri animadvertimus, quo simul civilis eloquentiae cum illis cognatio ac similitudo significetur. Nec vero id scriptor ipse non indicavit: prudentissime enim in ipso operis introitu Gorgiam ita loquentem induxit, ut artis suae usum totum fere ad negotia publica et res civiles restringat, quo facto disputatio omnis ita peragitur, ut omnino de una civili eloquentia sermonem fore nemo non sentiat. Cui rationi minime adversatur illud, quod Gorgias ipso Platone teste Menon. p. 95. C. alios ridere solebat sophistas, qui se virtutem tradituros hominesque doctrina sua etiam ad civilem virtutem idoneos reddituros esse profitebantur; ipse se discipulos δεινοὺς λέγειν gloriabatur adeoque non sophistae, sed rhetoris nomine appellari volebat

---

gestalten; sie würde die Gegensätze des Wissens und des Könnens, der Theorie und der Praxis, zu einer Einheit ausgleichen und zur lebensvollsten Thätigkeit vereinigen; sie würde endlich den Menschen die Grundbedingung ihrer Glückseligkeit und die Quelle aller wahren Güter werden. Das Suchen nach dieser Kunst bildet die Hauptaufgabe des Dialogs (des Gorgias), zu deren Lösung alle Seiten desselben beitragen und ein so vortrefflich abgerundetes Ganzes bilden, dessen einzelne Theile, jeder in anderer Weise, alle Momente des Begriffs jener umfassendsten aller Künste in einer nichts weniger als gleichgültigen Reihenfolge darstellen." Haec igitur est viri acutissimi sententia, quam ille etiam docta sollertique disputatione callidissime ad verisimilitudinis speciem exornavit. Iam vero, aliorum opinionibus silentio transmissis, reliquum est, ut etiam Susemihlii rationem afferamus*). Is vero totus fere assentitur Reinharto, cuius adeo verbis servatis**) dialogi primariam sententiam ita declarat: *„Wir werden daher schwerlich fehlen, wenn wir die Darstellung der Philosophie als der ethisch-politischen Lebenskunst für den Mittelpunkt des Werkes erklären."* Quamquam ceterum de operis arte et compositione nova quaedam protulit, quae tamen, quoniam ex libri consilio recte demum aestimari possent, in praesenti silentio transmittenda arbitramur. Itaque sponte iam intelligitur maximam sane omni tempore de Gorgiae consiliis et rationibus exstitisse opinionum varietatem atque multitudinem. Nimirum caussae rei primo adspectu satis mirae propemodum apertae sunt. Alii enim arctioribus finibus circumscripserunt philosophi consilium, quum patuerit multo latius; alii in contrariam fere partem peccarunt, et quae accuratius definienda erant, minus definite posuerunt totamque caussam iusto latius extenderunt; alii denique etiam eo lapsi sunt, quod Platoni sua obtruserunt inventa, de quibus ipse philosophus ne somniasse quidem videtur. Quamquam nulla est inter istas opiniones, quae non aliquid veri contineat.

---

*) V. librum eius: *Die genetische Entwickelung der Platon. Philos.* T. I. p. 91—113.
**) P. 98 seq.

(Gorg. p. 449. A.). Nimirum unam potissimum artem oratoriam pro artis civilis potentissimo auxilio et adiumento habuit, quippe quae omnia sibi subiiceret et vi ac potentia sua regeret et gubernaret; v. Phileb. p. 58. A. Gorg. p. 491. D. Sed quum hoc animadvertisse plurimum referat ad rectum de toto opere iudicium, tum non minus utile erit aliud quid observare, quod cum illo proxime est coniunctum. Dum enim una rhetorica civilis taxari et aestimari videtur, simul etiam de arte civili vel politica instituitur disputatio. Nimirum fuit sane Athenis eloquentia artis civilis socia et administra, ut altera ab altera vix ac ne vix quidem divelli unquam posset. Quamobrem iam Solonem legimus lege ita constituisse, ut cives sui λέγειν τε καὶ πράττειν δεινοὶ fierent, dicendi agendique facultate prudenter consociata. Quocirca eloquentia civilis dum sub examen vocatur, una eademque opera simul etiam eorum rationes et consilia explorantur atque taxantur, qui versabantur in republica ac dicendo et consulendo aliquas partes publicas agere volebant. Hoc igitur alterum est, quod in iudicando et aestimando Gorgiae argumento diligenter est observandum. Sed ad haec accedit etiam tertium quiddam, quod in hac caussa diligentissime est tenendum. Pertinet enim omnis Platonis disputatio ad rhetoricam artificialem recentius demum ortam et inde a Periclis aetate e Sicilia Athenas perlatam, quam primus fertur Gorgias Leontinus per legationis publicae opportunitatem Atheniensibus ostentavisse: de quibus rebus v. annot. ad Gorg. c. I. in. et Prolegg. ad Phaedrum ed. 2. p. XLIX seqq. Ea vero Platoni cur displicuerit, minime incertum est. Visa enim illa philosopho est duplici potissimum labe affecta esse, quippe quum primum falso nomen artis mentiretur, licet ad speciem tantum neque ad veritatem accommodata esset ideoque scientia (ἐπιστήμη) penitus careret, deinde vero etiam omnia ad voluptatis gratiam, ad utilitatem, ad externa denique commoda et emolumenta referret, iustitiae et honestatis plane incuriosa. Quippe utroque nomine illa tanto magis laborare visa, quod etiam pravae sophisticae vim esset experta adeoque eius vitiositatem ita in se suscepisset, ut ei esset plane consimilis atque cognata. Itaque de hac ipsa rhetorica atque arte civili, quae etiam sophistarum doctrina esset infecta atque depravata, in Gorgia agitur, id quod ipse philosophus non obscure significavit primum quidem initio sermonis a Socrate cum Polo instituti p. 463. E. — 465. E., ubi rhetoricae cum sophi-

stica cognationem tantam esse ait, ut utraque vulgo etiam commisceatur, deinde etiam in colloquio cum Callicle habito p. 520. A. B., ubi sophistam et rhetorem ait esse eundem, licet hic sophisticam, quamvis rhetorica praestantiorem, soleat fastuose contemnere. Taxatur autem rhetorica in hoc libro non artis nomine, ut factum est in Phaedro, sed potius propter improbitatem et nequitiam, quandoquidem iustitiae omnisque virtutis laude privatur, quam Plato ad eloquentiam et artem civilem plane necessariam esse sibi persuaserat. Atque hic prope inviti devenimus iam ad aliud quid, quod probe meminisse ad consilium Platonis, quale tenuit in Gorgia scribendo, recte aestimandum iudicandumque plane est necessarium. Profectus enim Plato in iudicandis rhetorum et virorum civilium studiis a Socratis, magistri sui, sententia est, qui nihil aiebat esse utile, quod non item honestum esset, adeoque exsecrari solebat eos, qui primum honestum et utile, natura cohaerentia, opinione distraxissent ac dissidium istud etiam in vitae communis societatem introduxissent, v. Cicer. De Offic. III, 3, 14. Legg. I, 12, 33. et 21, 56. Itaque etiam eos, qui reipublicae darent operam, virtuti et honestati maxime studere voluit, siquidem divitiae et opes, potentia et auctoritas, voluptatum ac deliciarum copia et affluentia sine illa nihil prodessent, iniustitia autem, intemperantia, lubido, improbitas denique animum corrumperet atque perderet ideoque summum quod homini accidere posset malum importaret, v. Criton. p. 48. B. Apolog. p. 80. Gorg. p. 469 seqq. De Rep. X. p. 612. B. Itaque consentaneum est eum etiam rhetoricen omnemque artem civilem ita demum laudabilem iudicavisse, si spretis iis rebus, quas plerumque ut maximas affectaret, veram hominum utilitatem curaret seque totam ad iustitiae omnisque verae virtutis legem atque normam componeret. Haec omnia vero ut ita statueret atque impugnatis pravis aequalium studiis et opinionibus graviter defenderet, procul dubio etiam rerum civilium conditione effectum est, quam philosophus vidit inde a bellis Persicis imprimis Athenis exortam esse. De qua quidem quid ipse senserit et iudicaverit, ubi paullo accuratius cognoverimus, certe item non leve Gorgiae rectius intelligendi adiumentum atque praesidium nobis comparaverimus. Itaque paucis designavisse iuvabit, quaenam fuerit Platonis de hac re sententia, sine dubio iam inde ab illo tempore animo ab eo suscepta, quo Socratem, virum sapientissimum, iniuste damnatum et tristissimo supplicio de medio sublatum vidit.

Censuit igitur philosophus reipublicae Atheniensis conditionem post bella Persica in dies magis corruptam ac depravatam esse. Posteaquam enim, profligatis barbarorum copiis, diuturnitas par otium et tranquillitatem confirmasse visa est, populus victoriarum reportatarum magnitudine elatus pristinam virtutem paullatim abolevit abiectaque legum publicarum reverentia atque patriae caritate et contemta virorum bonorum ac patriae vere amantium auctoritate cupiditatibus atque vitiis avaritiae, malae ambitionis, partium studii mire indulgere coepit*). Quorum quidem malorum omnium originem et caussam Plato ab illis ipsis viris repetendam iudicavit, qui belli tempore sese praestiterant duces fortissimos ac prudentissimos. Pace enim restituta illi non ita gesserunt rempublicam, ut civium animos ad temperantiam, iustitiam, denique virtutem flecterent aut formarent, sed eorum cupiditatibus blandientes per suam ipsorum lubidinem multa ambitiose, avare, abiecte et sine dignitate fieri passi sunt. Quo factum est, ut populus adeo iniustus et ferox exsisteret, ut illos ipsos, quibus patriae libertatem acceptam referebat, iniuste mulctaret, condemnaret, denique tractaret contumeliose**). Neque etiam Pericles, qui per quadraginta fere annos reipublicae praefuit, licet prudentia, eloquentia, abstinentia ceteros facile superaret***), id sibi agendum putavit, ut effrenatas civium cupiditates temperantiae et iustitiae frenis cohiberet, sed licentia insolentiaque mirifice aucta eos etiam pigros, ignavos, garrulos, avaros reddidit†), ita ut referri merito posset inter malos ministros, quibus, quum inexplebiles populi fauces exaruissent libertatis siti, usus ille non modice temperatam, sed nimis meracam libertatem sitiens hausit††). Posteaquam autem huius imperium mors finivit, multi in vacuam possessionem unius involarunt. Nemo enim fere laudis cupidior adolescens non sibi ad publicos honores consequendos studio omni enitendum putavit. Quid quod plerique civilis rationis prorsus ignari, qui neque exercitationis ullam viam ingressi essent, neque aliquod praeceptum artis tenerent,

---

*) Conf. Legg. 701. B. C.

**) De his omnibus passim in Gorgia mentio iniicitur, vid. p. 513—518.

***) V. Phaedr. p. 269. Sympos. p. 215. E.

†) Gorg. p. 515. E. seq.

††) Sunt verba Ciceronis de Republ. I, 43., expressa illa ex Plat. Rep. VIII. p. 562. C.

munera publica administrarunt*). Huiusmodi autem civitatis ministri quum minus possent auctoritate sua regere civium turbam, spreta iustitia, temperantia, continentia, denique virtute, unice id studuerunt, ut eos voluptatum illecebris delinirent sibique obsequio conciliarent**). Quoniam vero in libera republica erat necessarium, ut qui aliquid auctoritatis ac dignitatis vel consequi vel obtinere vellet, is imprimis artem dicendi usu et exercitatione sibi compararet, exstiterunt illis temporibus inter sophistas qui non solum profiterentur se ipsos, quaecunque res infinite posita esset, de ea dicere, sed etiam aliis dicendi et cum populo agendi facultatem impertire posse iactarent***). Quorum virorum studia, etsi multis partibus laudabilia fuerunt, tamen civitati Athenarum summum attulerunt detrimentum. Excitabat enim eos ambitionis magnitudo, quae omnes invaserat, ut praecepta artis non ad virtutis rationem, sed ad cupiditatum turpitudinem accommodarent†). Quocirca sese dicebant disciplina sua id effecturos, ut, qui illa usi essent, ii in civitate dominarentur ceterisque imperarent; perveniri autem eo posse arbitrabantur sic, ut qui dicendi facultatem essent consecuti ea ad captandam plebis gratiam ac benevolentiam abuterentur††). His omnibus igitur artem civilem pariter atque rhetoricam censuit evasisse pravitatis ministram. Quum vero utraque tam arcto vinculo colligata et connexa esset, ut altera alterius auxilio maxime indigeret, mirandum non est, quod quum in aliis libris, veluti in Menone ac Protagora, tum etiam in Gorgia rhetorices cum castigatione coniunxit artis civilis reprehensionem, ut non sine caussa praeter Gorgiam et Polum etiam Calliclem civem disserentes induxerit.

His vero ita expositis licebit tandem aliquanto tutius accedere ad quaestionem de consilio, quod Plato in hoc opere scribendo sequutus sit. Est autem illud, si quid iudicare possumus, non in alia re positum nisi in eo, quod rhetorice et ars civilis, qualis tum sese extulerat, quia tota ad inanem veri iustique speciem, ad vanam potentiae possessionem, denique ad intemperantis lubidinis expletionem erat comparata, inhonestae pravitatis coniunctaeque cum

---

*) V. Apol. Socrat. p. 23. E. Menon. p. 90. B. ibique annot.
**) Thucyd. II, 65.
***) V. Protagor. p. 316. C. p. 318. B. al.
†) V. Phaedr. p. 260. A. De Republ. VI. p. 493. A. Tim. p. 87. B.
††) Gorg. passim.

ea infelicitatis et miseriae ex verae germanaeque vel Socraticae philosophiae rationibus convincitur, ita ut non modo ipsam ad philosophiae legem atque normam revocari oportere, verum etiam unam philosophiam utpote omnia vivendi consilia ad virtutem referentem bene et beate vivendi artem rationemque exhibere appareat. Quocirca scriptionis universae consilium verbis paucissimis etiam sic declarare licebit, ut artem rhetoricam dicamus honestatis et probitatis nomine e philosophiae iustitiam et virtutem omnibus aliis anteponentis ratione vitiositatis argui, philosophiam autem ut unam bene beateque vivendi magistram commendari atque informari. Hoc autem si recte ita statuimus, sponte intelligitur Platonem nec illud spectasse unice, ut rhetoricam et politicam reprehenderet et castigaret, nec id solum egisse, ut bene beateque vivendi viam et rationem monstraret. Imo coniunxit philosophus in unum tum reprehendendi, tum docendi consilium ea quidem ratione, ut utrumque uni eidemque fini conveniret, quandoquidem veritas tum negando ac dubitando, tum docendo et affirmando exquiri ac demonstrari potest. Quocirca una eademque opera et rhetoricen improbitatis et inanitatis ream egit et philosophiae doctrinam ac rationem tamquam optimam vitae bene beateque degendae magistram nobilitavit.

III. De arte et compositione operis.

Atque haec quidem ubi tenemus, certe etiam de arte et compositione operis quid existimandum sit, intelligi licebit. Constat enim universum opus prooemio, contentione rhetorices et philosophiae, conclusione ex hac ipsa contentione repetita mytho adiuncto, denique epilogo. De quibus operis partibus ordine deinceps paucis exponere licebit.

Et de prooemio quidem, quo scena dialogi constituitur, non est quod peculiari opera disseramus, quum et brevissimum sit et quae ad eius artem aestimandam valeant, in commentariis expromserimus. Itaque statim ad certamen rhetorices cum philosophia commissum progredimur, quae pars sermonis est longe gravissima.

Absolvitur autem ea tribus tamquam contentionis actibus, artificiosissime etiam distinctis tribus personis colloquentium, Gorgiae, Poli, Calliclis, qui ordine deinceps cum Socrate in certamen congrediuntur. Quippe taxatur rhetorice oppositis

philosophiae rationibus triplici nomine. Primum enim vis et natura eius arguitur scientiae ac iustitiae non esse capax, quantumvis eam iactare soleat: p. 448. A. — 461. A. Deinde usum eius ostenditur esse vanum, quandoquidem potentia, qua se potiri posse glorietur, revera nulla sit, quum vera potentia non in temeraria lubidine, sed in rectae voluntatis consiliis cernatur: p. 461. A. — 481. B. Denique agendi principia, unde proficiscatur, falsa atque turpia esse evincitur, licet iis plurimum superbiat: p. 481. C. — 522. E. Quibus omnibus explicatis deinde proceditur ad consideranda ea, quae inde ad vitae actionem atque moderationem consequantur. Videtur igitur operae pretium paullisper dispicere, quomodo triplex ista materia a philosopho tractata sit, siquidem ex huius rei iudicio magnam partem pendet universi operis subtilior intelligentia.

Itaque primum quidem, colloquio cum Gorgia, scholae principe, instituto, quaestio versatur in exploranda atque cognoscenda vi et natura rhetoricae. Fuit enim Gorgias minus in republica versatus oratoriae scientiae doctor, vid. Cicer. De Orat. III, 16, 59. Is vero etsi artis suae materiam longe amplissimam atque praestantissimam praedicat, de quo conf. Phileb. 58. A. B. Phaedr. p. 268. A., tamen is videtur esse, qui nec certam eius notionem animo comprehensam teneat nec eidem laudem scientiae aut virtutis imprimisque iustitiae vindicare possit. Quocirca rhetorice nihil nisi scientiae speciem (πίστιν) sectari arguitur, de qua ipsius sententia v. etiam Phaedr. 267. A. Cicer. de Orator. III, 32, 129. I, 22, 103. De Fin. II, 1, 1.; de laude virtutis autem eidem tam gravis movetur controversia, ut ipse Gorgias ea in caussa titubet ac vacillet et nativa tantum animi verecundia et interiore quodam recti verique sensu permotus concedat rhetoricae etiam virtutis et iustitiae scientiam tribuendam esse. Quod ipsum tamen quum deinde Polus, familiaris eius ac discipulus, magistro haud paullo liberior et procacior, secundum scholae rationem neget, Socrates inde continuo concludit rhetoricen utique iustitiae laude esse destitutam, quandoquidem virtus et iustitia citra scientiam consistere nullo modo possit. Nimirum isto quidem pacto quid rei sit, haud sane obscure significatur. Argumentatur enim Socrates, ut iam antea ostendimus, e doctrinae suae ratione, qua virtutem statuebat positam esse in scientia ideoque eum, qui quid bonum, utile, honestum, iustum esset, penitus novisset et animo quasi cerneret, id in agendo constanter sequi solere. Itaque rhetoricae eam naturam esse

ostenditur, quae quum ad speciem potius scientiae quam ad eiusdem veritatem accommodata sit, omnino quum omnis virtutis, tum imprimis iustitiae laude vacare existimanda sit. Quod tamen eo modo peragitur, ut ipsius Gorgiae famae et existimationi parcatur, sicut Phaedr. p. 267. A., siquidem ei nativa quaedam boni et iusti verecundia utique conceditur. Et hoc quidem universi certaminis initium est et prima quasi pugnae congressio.

Suscipit deinde sermonem Polus, iuvenis magistro aliquanto calidior, contentiosior, audacior, qui nec dubitat caussam rhetorices quamvis minus honestam gnaviter tueri ac defendere. In quo utitur dicendi genere sophistice ornato et artificiose calamistrato. Is vero, posteaquam Socrates ostendit rhetoricam sibi videri iuxta cum sophistica, cui admodum sit cognata, artem esse plane adulatoriam et coquinariae haud absimilem utpote omnia gratia atque voluptate metientem (p. 462. C. — 465. E.), neglecta hac sententia illam protenus contendit hoc quidem habere proprium, ut eius ope ad maximam in republica auctoritatem et potentiam perveniatur. Itaque eam ab usu et effectu laudat mirificeque praedicat eorum felicitatem, qui aliis in republica plus habeant et omnia arbitrio suo peragere adeoque alios supplicio afficere possint. Quam sententiam etiam Thrasymachus defendit De Republ. I. p. 338. A. seqq. Tum vero severe id agitur, ut istam potentiam revera nullam esse adeoque impotentiam vocari debere evincatur. Quippe opponitur illi opinioni, ex mera vitae externae specie ductae, philosophiae ratio et doctrina, quae internam hominis vitam spectat indeque de vera cuiusque libertate ac potentia iudicium assumit. Docetur enim rhetoricen et politicen facere quidem quae lubeat, nec vero quae velit (465. E. seqq.), quippe quum luce scientiae careat ideoque ipsum opus actionum humanarum fere permutet cum fine, qui eis propositus esse debeat. Esse autem finem illarum nihil aliud quam bonum, quo neglecto vel maximam potentiam miseram exsistere, quandoquidem iniuste agere multo sit peius quam iniuriam perpeti. Unum enim probum et bonum virum esse beatum, improbum et malum contra infelicem, adeoque iniuste facientem esse miseriorem, si nullam luat pravitatis suae poenam, quam si ea afficiatur. Nam quod dicatur turpius quidem (αἴσχιον) esse iniuste agere, quam pati iniuriam, nec vero peius (κάκιον), id nihili esse, quandoquidem illud et turpius et peius simul esse reperiatur (p. 474 — 476.).

Sed etiam viro sceleribus polluto puniri melius esse, quam criminum poenas non luere, id ex eo apparere, quod, quum omnia iuste facta item pulcra sint ideoque iusta poena eadem pulcra censeri debeat, simul vero etiam liberationem ab improbitate, summo animi malo, afferat, is, qui impune scelestus sit, iniustitia et turpissima et pessima maximeque damnosa laborare iudicandus sit. Ex quibus omnibus denique colligitur maximum bonum esse iniustitia vacare, quum autem iniustus sis, ab ea iniustitia liberari summo huic bono esse proximum, omnium autem miserrimum esse iniustum esse neque poenis luendis ab iniustitia avocari et ad iustitiam converti (p. 476—479. E.). Hinc autem efficitur, ut rhetor nec aliis inferre debeat iniuriam — nam id malum ipsique damnosum est, nec — si iniuste egerit, id studere, ut poenam effugiat, quoniam alioquin omnium foret miserrimus (p. 480. 481. B.). Itaque altera hac disputationis parte apparet omnino id agi, ut, dum rhetoricae et arti civili laus summae potentiae indeque exorientis opinatae felicitatis eripitur, eadem opera honeste iusteque agendi rationi sua dignitas vindicetur et, summo humanarum actionum fine, hoc est bono, in illustri luce collocato, bene honesteque agendi necessitatem omni vitae externae conditione et fortuna superiorem esse demonstretur.

Hic vero, Polo ad silentium redacto, tertia orditur pugnae pars, quae etiam multo acrior est et vehementior superioribus contentionibus. Prodit enim tandem in medium Callicles, homo nuper ad rempublicam aggressus rerumque civilium studiosus, qui quamvis a philosophiae studio plane aversus eique iniuriosus sit, tamen novitiarum opinionum sophisticarum labe infectus est ac non solum Δῆμον, Pyrilampis filium, sed etiam δῆμον Atheniensem perdite amat, purus putus democraticus (p. 481. D.). Is vero iam apertius etiam agendi principia declarat, quae rhetores et politici novitii sequantur: quae dum refelluntur, quid secundum philosophiae praecepta in vitae actione sequendum sit, egregie ostenditur. Contendit autem primum, de quo etiam De Republ. II. p. 359. D. seqq. et Legg. X. 889. A. disceptatur, naturam atque legem inter se esse oppositas, ita ut aliquid secundum naturam bonum esse possit, quod secundum legem turpe habeatur. Quam sententiam primus narratur defendisse Archelaus, de quo ad Legg. X. 889. E. diximus. Quod ipsum vult etiam de iniustitia, quae vulgo dicatur, ita existimari oportere. Natura enim ita esse constitutum, ut melior peiore plus habeat, quod ipsum ab

hominibus vulgo dicatur iniuste agere (ἀδικεῖν). Id vero ita esse ipsam hominum vitam testari, philosophiam temere negare, quippe quae a vitae usu aliena, dum meris argutiis indulgeat et garrulas agat nugas, ipsam rerum veritatem plane pervertat (p. 481. C. — 486. E.), ut longe praestabilius sit ista philosophiae studia missa facere atque sequi meliora. Quae Socrates tripliciter confutat. Nam primum quidem ostendit, meliores, quos dicit Callicles, si intelligantur potentiores et validiores, consequens esse, ut leges utique secundum naturam sint latae, quippe quae non uni aut singulis debeantur, sed plurimis, qui certe sint singulis vel uno validiores. Iam vero multos illos atque plurimos ait ita sentire, ut turpe censeant esse iniuste agere et aliis plus sibi vindicare, adeoque nihil ea re inhonestius esse arbitrentur. Ex quo consequi arbitratur non modo secundum legem, sed etiam secundum naturam rem ita se habere, ut suis commodis unice studere et aliis plus habere velle turpe existimandum sit (p. 486. E. — 489. B.). Qua quidem argumentatione apertum est naturalem legis moralis originem ita demonstrari, ut cupiditates singulorum communibus omnium iudiciis ac desideriis omnino posthabendas esse graviter admoneamur. Hac vero argumentatione absoluta vir sapiens Calliclis opinionem etiam alia ex parte impugnare instituit. Nam si meliores intelligendi sint prudentiores et peritiores, sicuti iam Callicles ad incitas redactus statuit, consectarium esse docet, illis plus esse tribuendum quam ceteris, quod tamen vitae usui et rerum experientiae repugnet, ut absurda inde consequi manifestum sit (p. 489. C. — 490. E.). Denique Calliclis sententia etiam hac ratione impugnatur. Si enim meliores, id quod ut tertium ponit Callicles, ii intelligantur, qui rerum civilium sint peritiores iidemque fortes et gnavi, ut aliis imperare queant, certe ab iisdem etiam iure exspectari posse, ut sibi ipsis imperent ideoque cupiditatibus suis moderentur (p. 491. A.). Ibi vero Callicles iracundia et indignatione excandescens continuo ad alterum transgreditur vivendi agendique principium, cum superiore arcte quidem coniunctum, sed propius tamen ad ipsius vitae actionem comparatum, ut iam ad quaestionem traducamur gravissimam, ex qua una maxime vitae bene beateque degendae ratio omnis suspenditur. Etenim temperantiae et moderationis commemoratione a Socrate facta Callicles iam contendere non verecundatur lubidinem, intemperantiam, indomitam quidvis agendi licentiam, tutam illam et poena

spectari Alcibiadis aetatem vel ex eo colligas, quod illi in rebus civilibus ab ipso Socrate exprobratur insolentior quaedam iudiciorum et consiliorum inconstantia, a sapientiae rationibus alienior. Ex quo patet eum iam in republica versatum informari. Nec vero in altero loco p. 481. D. seqq. quidquam inest, quod huic sententiae ullo modo officiat. Quod enim ibi Socrates Alcibiadem vocat delicias suas itemque Calliclem ait Demum adeo in deliciis habere, ut ei per omnia morigeretur, fit hoc aperte per facetum iocum, quandoquidem ambo iudicantur eos adhuc diligere viros factos, quos pueros vel adolescentes adamaverint, hoc tamen discrimine, quod ipse Alcibiadis inconstantiam reprehendit, Calliclem autem dicit Demo per omnia obsecundare: in quo facetus inest aculeus in hominem democratiae intemperantius amantem. Quocirca frustra profecto hic anquisiveris, num Alcibiades aut Demos, Pyrilampis filius, tum adhuc flore iuvenili nituerint, quod certe non opus fuit ea quam nos probamus interpretatione admissa; satis enim erit novisse eos tum in optimo virilis aetatis flore fuisse constitutos, ut in republica clari exsistere potuerint, quod certe subductis omnibus rationibus nemo infitias ire audebit. Alcibiades quidem certe, si natus fuit Olymp. 82, 2. = 455 a. Chr., sicuti nuper critici duce Meiero in Indic. Lectt. Gryphiswald. anni 1821. 4. probabiliter statuerunt, vegetam aetatem haudquaquam iam egressus fuit, siquidem tum fuit quadragenarius. Nec vero de Demo multo aliter existimandum erit, licet is, quo tempore dialogus habitus fingitur, etiam aetate minor fuisse videatur. Verum satis de his. Apparuit enim vel ex his, opinor, quae de Alcibiade exposita leguntur, ea nihil impedire, quominus dialogum eo quo diximus tempore habitum esse existimemus. Sequitur vero, ut de aliis temporum indiciis explicandum sit, quae antea vidimus in ipso opere prodita esse. Habent autem iam nec illa difficultatem ullam, quae narrantur de Archelao, Macedoniae rege. Qui ut diutius ante colloquii Platonici tempora per scelera et flagitia regno potitus sit, tamen extremis quoque belli Peloponnesiaci annis potuit memorari commodissime, siquidem etiam tum memoria eius Athenis usque viguit, sicuti vel Euripidis vita luculente testatur, idque etiam ideo factum est, quod posteriore regni sui tempore vulgo felix ac beatus est praedicatus, cuius ipsius rei memoria Platonici sermonis argumento longe est convenientissima. Quo quidem loco nec scrupulum iniicit formula χϑὲς καὶ πρώην p. 470. D., quam etiam de tempore remotiore ad-

hiberi consuevisse vel unus locus Legum Plat. III. p. 677. C. D. luculenter evincit. Sed haec de Archelao. Iam vero nec illud a nostra ratione abhorret, quod Antiopa Euripidis idemtidem memoratur. Quidni enim id colloquio Olymp. 93, 4. habito aptissime factum putetur, praesertim quum Euripidem eum poetam fuisse constet, qui novitiae disciplinae assectatoribus imprimis gratus et acceptus fuerit? Nec vero illud scrupulum iniicit, quod Pericles p. 503. C. dicitur νεωστὶ τετελευτηκέναι. Quod etiamsi prima specie eorum rationi opitulari videatur, qui sermones initio belli Peloponnesiaci habitos esse iudicaverunt, tamen minime obstat sententiae contrariae, quam nos amplectendam censemus, ut nec Athenaeus Deipnosoph. V. p. 217. audiendus sit, qui more suo acrius in Platonem invehitur, quod hic intolerabilem admiserit anachronismum, quippe quum inter mortem Periclis et Gorgiae dialogum viginti trium ferme annorum spatium intercesserit. Constat enim eiusmodi temporis adverbia admodum infinite usurpari solere, ut modo de longiore, modo de breviore temporis spatio intelligenda sint, prouti id, de quo agitur, cum praesenti rerum memoria comparatur. Id quod vel Latinum nuper et modo docet, de quo iuvabit consuluisse I. A. Ernesti Clavem Ciceronianam s. v. De νεωστί vero ita usurpato ne qua dubites, usus est eodem vocabulo Thucydides Lib. I. cap. 95. de spatio viginti ferme annorum, quandoquidem Iones ibi dicuntur, quum nuper a rege defecissent, Pausaniae arrogantiam aegre tulisse: ad quem locum praeter alios plura id genus exempla adnotavit Göllerus; conf. etiam Casaubon. ad Athen. p. 384. = Tom. III. p. 234. ed. Schweigh. Itaque nullo negotio intelligitur ne Periclis quidem mentionem eo valere, ut sermones proxime post Olymp. 88, 2. ponamus. Neque vero aliter iudicandum videtur de iis, quae p. 472. A. de Nicia et Aristocrate perscripta leguntur. Quum enim illi prima specie videantur ut vivi memorari, quod sane pugnaret cum tempore, cui Gorgiae sermones assignandos arbitramur, tamen universo loco accuratius excusso rem aliter se habere sponte apparebit. Quippe nos quidem si quid iudicare possumus, sententia illius fere huc redit: In tali caussa, quae una recta ratione diiudicanda est, testes proferre velle perversum videtur, siquidem illi omnes praeiudicatae opinionis errore occupati esse possunt. Itaque quod tu censes, o Pole, divitias atque opes in maxima felicitatis parte esse ponendas, id vero testabitur Nicias una cum fratribus suis, qui tripodes

in templo Dionysi pretiosissimos ut donaria dedicarunt; testabitur Aristocrates, Scelliae filius, qui Apollini Pythio celeberrimum illud donarium consecravit; testabitur denique tota Periclis domus atque gens quaevis alia, quamcunque demum elegeris. Nimirum facile intelligitur, id quod etiam Frid. Astius perspexit, testari nunc etiam mortuos dici, quatenus magnifica eorum donaria etiam nunc indicium faciant, quanti ipsi opes ac potentiam aestimaverint. In quo profecto nihil inest, quod a recto loquendi more et consuetudine ullo modo recedat, quandoquidem vulgo quoque mortuos aliquid testari dicimus, si opera eorum tamquam testimonia iudicii aut voluntatis ipsorum proferuntur. Nicias vero quod imprimis hac in caussa commemoratur, meminisse iuvabit eum maximas possedisse divitias ex metallis Laureoticis comparatas, ubi mille habuit operarios; v. Plutarchi Nic. c. IV. Xenoph. De Vectig. IV, 14. Inde igitur etiam magnificos illos tripodes posuit, quum choragus vicisset (v. Plutarchi Nic. p. 524. E.), eoque declaravit, quantum divitiis et opibus tribueret, quamvis ceterum religiosae pietatis et probitatis laude floruerit (v. Thucyd. VII, 76. 80.), ut eius testimonium hac in caussa ideo etiam gravius videri potuerit. Atque haec quidem omnia quum iam videantur satis esse expedita neque ulli dubitationi locum relinquere, tum aliquanto difficilior quaestio est, num qua fieri potuerit, ut Plato verisimiliter Gorgiam una cum Polo exeunte bello Peloponnesiaco sive a. 405 a. Chr. n. Athenas venire atque Socratem tum demum cum illis atque Callicle de arte oratoria et civili sermones instituere iuberet. De qua quidem quaestione breviter explicare licebit. Quamvis vero Gorgiae et Poli tempora parum explorata habeantur, tamen nobis ita statuendum videtur, ut illud sane non incommode fieri potuisse largiendum sit. Enimvero tenendum hic ante omnia est, quod a plerisque criticis neglectum esse sane mireris, Platonem ipsum in scena dialogi et in reliquo sermone nihil quidquam posuisse, unde de prima illa Gorgiae legatione a. 427 facta aut de tempore ei vicino cogitari oportere consequatur. Imo clarissime indicavit philosophus habitum fingi dialogum, quo tempore rhetor vel sophista celeberrimus iam crebriores per Graeciam peregrinationes suscepisset. Nam p. 449. B. Gorgiam fecit haec profitentem: *ἐπαγγέλλομαί γε τοῦτο οὐ μόνον ἐνθάδε* (Athenis), *ἀλλὰ καὶ ἄλλοθι.* Quocirca ipso adeo Platone teste sententia eorum fraudis coarguitur, qui dialogi perorationem

ad belli Peloponnesiaci initium reiecerunt, siquidem nusquam testatum legimus Gorgiam iam ante illam legationem Graeciam peragravisse atque artem suam ostentare consuevisse. Iam vero animo circumspicientes, num qua fieri potuerit, ut sophista senex factus Athenis data aliqua rei opportunitate nova artis suae documenta illustriora ederet, ne hac quidem in re plane inopes consilii haeremus. Lustrantes enim varias scriptorum de vita ac fortuna ipsius narrationes, de quibus v. ann. nostr. ad Cap. I. in., facile animadvertemus omnes illas, sicuti vere arbitratur Nic. Sybren Sybrandi l. c. p. 12 seq., nullo fere negotio ita posse inter se conciliari, ut Gorgiam legatione sua defunctum existimemus rediisse quidem in Siciliam, quo rerum a se gestarum rationem redderet, sed eundem postea statuamus, interiecto aliquo temporis spatio, iterum Athenas esse profectum. Ibi vero dum hospes commoratus est, universam prope Graeciam imprimisque Thessaliam lustravit, illic artem suam ostentans. Ex quibus quidem itineribus, etsi interea subinde Athenas ad breve tempus revertisse videtur, tamen post diuturniorem demum absentiam ita rediit, ut ibi tandem perpetuo remaneret usque ad mortem, quam vegetus robustusque senex anno aetatis octogesimo vel centesimo quinto aut octavo obiisse narratur; v. Athen. XII. p. 548. C. D. Rediisse eum Athenas lustrata Graecia atque Thessalia ibique rerum suarum sedem denique perpetuo fixisse colligas ex Athenaeo XI. p. 508. D. E. = T. II. p. 1136. ed. Dind. Docuisse autem ipsum Athenis iam senem factum vel potius orationes ostentationis gratia tum ibi habuisse memoriae prodidit Philostrat. Vit. Sophist. p. 493. = 14. ed. Kaiser., cuius haec sunt verba: *Διαλεχθεὶς δὲ Ἀθήνησιν ἤδη γηράσκων εἰ μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐθαυμάσθη, οὔπω θαῦμα· ὁ δέ, οἶμαι, καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο κ. τ. λ.* Ex quibus verbis Gorgiam perperam coniecerunt iam tum senem fuisse, quum primum legatus Athenas venisset; pertinent enim illa procul dubio ad eam viri aetatem, qua ex Thessalia redux factus audientibus usque sui copiam faciebat, quamvis tum senectutis annos ingressus. Iam vero ubi quaerimus, quando tandem certam perpetuamque rerum suarum sedem Athenis collocaverit, prorsus assentimur A. Boeckhio, qui quum olim in Annal. Litter. Ienenss. a. 1808. Scid. 178., tum postea in Philolao p. 11. Gorgiae per Graeciam peregrinationes usque ad Olymp. 94. pertinuisse arbitratur. Quae sententia mirabiliter cum nostra ratione congruit, quamquam

nos reditum eius in Atticam ad annum tertium vel quartum Olymp. 93. referendum esse putamus. Haec autem si vere ita ponuntur, Plato sane prudentissimo consilio hoc ipso tempore colloquium istud, de quo agitur, habitum finxit; convenit enim hoc plane cum historiae fide, quam a philosopho male neglectam esse temere conquesti sunt. Atque confirmat hanc sententiam planissime etiam illud, quod Gorgias pariter atque Socrates in hoc opere tamquam *γηράσκοντες* in scenam inducti sunt. Nam p. 461. C. Socrates ad Polum: *ὦ κάλλιστε Πῶλε, ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς, ἵνα, ἐπειδὰν αὐτοὶ πρεσβύτεροι γιγνόμενοι σφαλλώμεθα, παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμῶν τὸν βίον καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. καὶ νῦν εἴ τι ἐγὼ καὶ Γοργίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου· δίκαιος δ᾽ εἶ*, coll. p. 463. E. Habuit igitur Socrates, quo tempore colloquium habitum putamus, annos sexaginta quattuor; cui aetati qui minus convenire arbitrati sunt, quod Callicles Cap. LX. eum iubet mente mutata aliquando aliam vivendi viam et rationem ingredi, quam qualem adhuc sequutus sit, siquidem salvus et incolumis vitam degere velit, ii non videntur satis reputavisse hominem novitiae disciplinae plane deditum et praeditum ingenio calidiore omnino acerbius et contentiosius contra Socratem disputare, ut profecto minime repugnet verisimilitudini, quod viro aetate provectiori, praesertim usque in luce publica versanti et acerrimis criminationibus petito, consilium id genus paene protervum suppeditat, cuius tamen vanitas urbane deinceps refellitur. De Gorgiae autem aetate si quaeritur, etiamsi de tempore eius natali parum certo constet, tamen et ipsum verisimile est, quo tempore cum Socrate disputavit, grandem aetatem habuisse, quamobrem ipsi in colloquio cum eo instituto etiam magna impertitur verecundia. Sed de his quidem quia accuratius etiam explicare et longum est et parum fructuosum, pergimus ad illud, quod unum adhuc de chronologicis rebus discutiendum superest. Etenim adiiciendum denique est aliquid etiam de Polo, Gorgiae socio atque discipulo. Facile enim alicui dubitationem iniiciat, quod ille inducitur ut *νέος καὶ ὀξύς*, p. 463. C. coll. 461. C., qualis certe non amplius esse potuit, quo tempore nos sermonem habitum esse volumus, siquidem statim ab initio una cum magistro in Graeciam migraverit. At enim vero hoc ut ita statuamus, nulla plane urget necessitas. Imo videtur ille postea demum Gorgiae disciplinae se dedidisse in eaque perficienda et excolenda

studiosius elaboravisse. Quamobrem eum verisimile est illi sese postea demum in Graecia commoranti socium atque comitem adiunxisse, scilicet illius laudes vel aemulaturum vel participaturum. Quod quando et qua rerum conditione ita factum sit, tacente historia non videtur certius definiri posse. Firmant tamen quodammodo coniecturam nostram quae habet scholiastes ad Plat. Phaedrum p. 267. C., Poli magistrum narrans fuisse Licymnium, de quo v. interpp. ad Phaedr. l. c., quamquam Dionys. Hal. Lys. 7. de Licymnio ut condiscipulo Poli loquitur. Nec vero lectu indigna sunt quae scripsit Philostrat. Vit. Sophist. p. 497. = 16. ed. Kayser.: *Πῶλον δὲ τὸν Ἀκραγαντῖνον Γοργίας ὁ σοφιστὴς ἐξεμελέτησε πολλῶν, ὥς φασι, χρημάτων· καὶ γὰρ ἦν καὶ τῶν πλουτούντων ὁ Πῶλος*, quo loco non temere positum videtur verbum *ἐκμελετᾶν*, quo significatur Polum a Gorgia demum ad artis perfectionem esse perductum, quippe qui sese posteriore vitae aetate in eius disciplinam tradidisset antea alia usus institutione. Haec vero si probabiliter coniectata sunt, sponte consequitur ne Poli quidem ut fervidioris ingenii iuvenis mentionem identidem in sermone iniectam quidquam habere, quod eas quas posuimus rationes dialogi chronologicas dubias aut suspectas reddere possit.

Demonstravimus igitur hactenus, ubi dialogum Olymp. 93, 4. = 405 a. Chr. habitum esse putamus, varia temporum indicia hic et illic in eo prodita, dummodo accuratius perpensa fuerint, nihil quidquam afferre molestiae, quippe quum illius temporis memoriae plane conveniant. Quod profecto eiusmodi est, ut illam unam rationem pro vera probandam esse arguat, quum aliae sententiae hac in caussa prolatae maximis premantur difficultatibus. Superest igitur hoc unum, ut etiam ostendendum sit universi operis argumentum huic tempori plane esse conveniens, quum idem aliis temporibus, quibus viri docti dialogum assignaverunt, parum congruere existimandum sit. Quod quidem licet ad eam quam defendimus caussam obtinendam plurimum momenti facere sponte appareat, tamen rem disputatione brevissima absolvere consultum duximus, siquidem non opus est, ut omnia atque singula, quae huc revocari possint, singulari opera persequamur. Videtur autem nobis eorum rationi, qui dialogum ad belli Peloponnesiaci initia vel ad Gorgiae legationem ac finitimum ei tempus rettulerunt, ipsa universi operis summa ideo adversari, quia illa aetate neque Siculae eloquentiae a Gorgia in Atticam per-

latae vitia nec artis civilis sive politicae cum ea coniunctae damna iam ita emerserant, ut eo modo taxari et exagitari potuerint, quo in hoc opere fieri meminimus. Nam artificialis quidem eloquentia quum ab ipso Gorgia principe in Graecorum notitiam adducta sit, quotusquisque est qui sibi persuadeat eam iam illo ipso tempore, quo ille primum Athenas pervenisset, eiusmodi censurae subiici potuisse, qualem in Gorgia experta est? Enimvero id certe patet a Platone non potuisse nisi praepostero iudicio ita institui, qualem quidem iudicii perversitatem summo dialogorum artifici nemo temere crimini dabit. Disciplina vero civilis vel ars politica, quae cum illa consociata fuit et in Gorgia una cum illa examinatur, profecto non alia intelligitur, quam quae doctrina sophistarum labem susceperat: id quod clarissime perspicitur ex iis, quae a Polo imprimisque a Callicle disputantur, quae magnam partem planissime cum iis consentiunt, quae de pestiferis sophisticae disciplinae placitis exposita legimus De Republica Libr. I. p. 338. C. seqq. II. 358. C. seqq. Legg. X. p. 888. E. seqq. Protagor. p. 323. seqq. 329. D. seqq. Theaet. p. 172. D. seqq. Quid vero? nonne inde a belli Peloponnesiaci initiis demum ita factum esse constat, ut opiniones illae latius disseminarentur atque non modo domos et familias, sed etiam omnes reipublicae partes pervaderent, usque dum etiam disciplinam publicam atque civitatis administrationem depravarent et corrumperent? Enimvero tum praeter Gorgiam prodiit etiam Protagoras Abderites, illi fere aequalis, tum Prodicus, tum Hippias, tum Thrasymachus Chalcedonius, tum alii plurimi prodierunt, quorum ut quisque suam quandam artem ac doctrinam professus est, ita Thrasymachus imprimis id egit, ut iustum esse contenderet, quod expediret potentiori, quam sententiam etiam Polum et Calliclem in Gorgia defendere meminimus; tum denique etiam viri civiles exstiterunt, in quibus, quid novitia ista sapientia in republica valeret, luculentius apparuit, ex quorum numero imprimis Alcibiades et Critias memorandi sunt, per quos sanioris philosophiae auctori atque parenti plurimum invidiae atque odii conflatum esse novimus. Enimvero ut paucis dicamus, quod res est, pervenerunt omnino sophisticae artis ac disciplinae fructus tanto magis in lucem publicam, quo longius bellum illud pestiferum est protractum, ita ut eo fere ad exitum vergente evidentissimi atque luculentissimi exstitisse videantur. Atque ex his omnibus nullo negotio, opinor, intelligetur vere nos contendere et asseverare etiam omnem disputationem in Gorgia agitatam in

illum ipsum rerum statum et conditionem planissime quadrare, qualis tum potissimum exstitisset. Quum igitur Plato ipse verbis clarissimis dialogum Olymp. 93, 4. = 405 a. Chr. habitum fingi significaverit, hinc quoque perspicitur, ab hac ratione cur discedendum sit, caussam idoneam plane nullam suppetere.

Verum his expositis praefandi negotio aliquando finem imponere licebit. Nam quae praeterea disputari poterant de disserendi genere sermoni huic proprio deque elocutione in eo usurpata, ea, quoniam nullo fere negotio ipsa eius lectione cognoscentur, peculiari expositione indigere nequaquam videntur.

Atque haec fere satis sunto in universum de opere hoc Platonis praestantissimo. Quae si cui non satisfaciant, is adeat praeterea Schleiermacherum Opp. Platon. in Germ. convers. T. II. Part. I. p. 3 seqq., Astium De vita et scriptis Platonis p. 111 seqq., Socherum De scriptis Platonis p. 237 seqq., alios, qui nuper in his rebus disceptandis versati sunt quosque iam supra data rei opportunitate memoravimus.

Superest, ut paucis moneamus de codicibus manuscriptis, quos in verbis philosophi emendandis maxime audiendos putavimus, ac de peculiaribus libri editionibus.

Editiones huius dialogi peculiares hae factae sunt:

Platonis Euthydemus et Gorgias. Recensuit, vertit notasque suas adiecit Martin. Ioseph. Routh, A. M. collegii D. Mariae Magdalen. Oxon. socius. Oxon. e typograph. Clarendon. Prodiit a. 1774. 8. Usus est cod. Paris. 1808. doctasque addidit annotationes, historicas potissimum atque criticas, minime spernendas.

Platonis Gorgias. Graece ad fidem codd. mssp. Augustan. et Meermann. versionisque Ficini recensuit, emendavit, explicavit indicemque verborum Graecorum copiosissimum adiecit Christian. Godofr. Findeisen. Gothae et Amstelod. a. 1796. 8. Editor in varietate lectionis notanda diligentissime versatus est, sed grammaticae subtilitatis adeo fuit expers, ut singulis fere paginis hoc in genere mire erraverit.

Multo minus probanda est editio, quae proximo anno prodiit: *Platons Gorgias oder von der Redekunst, herausgegeb. von Hörstel. Götting. 1797.* 8., quae neque criticam habet utilitatem, neque praeter annotationes ab Routhio

petitas ad interpretationem libri quidquam bonae frugis contulit.

Platonis Dialogi duo, Gorgias et Theaetetus. Emendavit et annot. instruxit L. F. Heindorfius. Accedit Auctarium animadversionum Ph. Buttmanni. Berol. 1805. 8. Editio praestantissima, v. Praefat. ad T. I. Operr. Plat. p. L. Repetita haec editio est curante Buttmanno 1829.

Ξενοφῶντος Ἀπομνημονεύματα καὶ Πλάτωνος Γοργίας, ἐκδιδόντος καὶ διορθοῦντος Α. Κ. (h. e. *Κοραῆς*). *Ἐν Παρισίοις.* A. 1825. 8. Est haec pars quinta decima Bibliothecae Graecae a viro praestantissimo editae. Continet scholia Graeca et breves editoris annotationes, maximam partem criticas.

Praeterea Astius edidit Commentarios in Gorgiam longe uberrimos et copiosissimos, Operum Platon. Vol. XI. p. 1—478., in quibus videtur quidquid antea in hunc librum scriptum esset congerere et additis suis annotationibus percensere voluisse. Quamobrem etiam pleraque omnia eorum, quae nos in prima editione exposuimus, in Commentariis istis vel iisdem vel aliis verbis referuntur. Sed quid rei sit, ipsi legentes videant, adhibita tamen prima nostra editione, ne in errorem atque fraudem inducantur, sicubi quid nobis, quid Astio debeatur, iudicandum sit.

Platons Gorgias. Griechisch und Deutsch, mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. Leipzig, 1857. 8. min. ap. Engelmann. Tom. XXI. univers. operum Platon.

Platons Gorgias. Für den Schulgebrauch erklärt von D. Julius Deuschle. Leipzig, 1859. 8. mai. ap. B. G. Teubner., de qua editione v. H. Bonitz: *Zeitschrift für d. österreich. Gymnasien, 1859.* Fascic. X. p. 786—808.

Platons Gorgias. Mit Einleitung und Anmerkungen von Eduard Jahn. Wien, 1859. 8. min. Editio tironibus destinata.

Praeterea de Gorgia Platonis hae scriptiones prodierunt:

Dissertatio literaria de Platonis Gorgia, quam publico et sollemni examini submittit Nicolaus Sybren Sybrandi. Harlem. 1829. 8. — Aug. Ferdin. Dähne De aliquibus Platonis locis. Lipsiae 1829. 4. — A. Salomonis Voegelini Adnotationes in Platonis Gorgiam, quae insertae sunt Actis societatis Graecae Lipsiensis Vol. I. Fasc. II. p. 231—254. — B. Bonitz, *Platonische Studien. Wien, 1858.* 8. mai., ubi de argumento et consilio dialogi p. 3—41. acute disputatur. — R. B. Hir-

schig, Exploratio argumentationum Socraticarum in Gorgia et Philebo Plat. Traiect. ad Rhen. 1859. 8. 28 pagg. — Herm. Schmidt, Difficiliores aliquot loci Gorgiae Platonici explicati. Wittenberg. 1860. 4. 12 pagg., ubi tractantur loci p. 453. C. 455. A. 460. C. 461. B. D. 465. B. C. 466. C. 467. A. 470. A. B. 473. A. D. E. 475. E. — Supplementa critica ab Iul. Deuschle inserta Novis Annal. Philol. et Paedag. Vol. LXXXI. Fasc. VII. p. 436 seqq.

CODICES.

Clarkianus s. Bodleianus 1. a Gaisfordio collatus.
Bodleianus 2. a Routhio inspectus.
Vaticanus 225. s. Δ.
Coislinianus Γ.
Venetus Ξ s. 184.
Venetus Σ s. 189.
Vindobonensis Y, nobis Vindob. 2.
Vindobonensis Φ, nobis Vindob. 6.
Parisini B C E F I V W.
Vaticanus 61. sign. m. ab initio tantum collatus.

Hos quattuordecim codices contulit Im. Bekkerus, quem vide Commentar. Crit. T. I. p. VIII seqq.

Praeterea nos usurpavimus:

Vindobonenses 1. 2. 6. 7., de quibus v. Varr. Lectt. editionis Lipsiensis T. X. p. III seqq. Ex his qui sunt numeris 2. et 6. notati, iidem sunt, quos Bekkerus Y et Φ signavit.

Florentinos novem a. b. c. d. f. m. o. s. x., de quibus v. ibid. p. VI seq.

Findeisenius adhibuit Augustanum, eundem illum, de quo ad Phaedonem diximus, et Meermannianum.

Itaque viginti novem codices manuscripti ad hunc librum excussi sunt. Praeterea lectiones ex cod. Palatino quodam excerptas dedit Creuzerus Meletem. Fasc. I. p. 100 seq. et e libro Darmstadino ad calcem Plotini De pulchritud. p. 796 seqq., de quibus vid. Commentar. nostros criticos T. XII. l. c.

GORGIAS.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΚΑΛΛΙΚΛΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΓΟΡΓΙΑΣ, ΠΩΛΟΣ.

Steph.

Cap. I. *ΚΑΛ.* *Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι, ὦ Σώκρατες, οὕτω μεταλαγχάνειν.* *ΣΩ.* *Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν;* *ΚΑΛ.* *Καὶ μάλα γε ἀστείας ἑορτῆς· πολλὰ γὰρ καὶ καλὰ Γοργίας ἡμῖν ὀλίγον πρότερον ἐπεδείξατο.* *ΣΩ.* *Τού-* 447

P. 447. *φασὶ χρῆναι*] *φησὶ* Vat. pr. Ven. *Σ.* Vind. Aug. et cod. Routh., quod ita a citerioris graecitatis scriptoribus usurpatur, ut Lat. inquit. v. Toup. ad Longin. p. 275. Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 105. ed. Lips. Boissonad. ad Eunap. p. 418. Dein *οὕτω καὶ μεταλ.* Ven. *Σ.* Vind. 2. 7. Mox *ἀλλ' ἦ* Vind. 1. 2. 6. Flor. a. b. c. m. Routh. alii. male. v. infra.

Cap. I. p. 447. A. *Πολέμου καὶ μάχης — μεταλαγχάνειν*] H. e. in rerum iniucundarum et periculosarum societatem tam sero venire deceat; iucundis atque gratis in tempore interesse oportet. Recte Olympiodorus ms. Ciz. *φασὶ γὰρ, ὅτι, εἰ ἦν πόλεμος, ἔδει σε ὑστερῆσαι, ἵνα μὴ φονευθῇς.* Schol. *ἐλλειπτικῶς εἴρηται τῷ Πλάτωνι· λείπει γὰρ τῇ διανοίᾳ τό· ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἐν λόγοις ἡδονῆς, οἵαν δὴ νῦν παρέσχετο ὁ Γοργίας.* Timaeus Glossar. p. 178. *μεταλαγχάνειν· ἀφυστερεῖν, ἢ ἀποτυγχάνειν κλήρου*: sed hic nihil aliud est nisi participem fieri. — *οὕτω* dictum est *δεικτικῶς*, tam sero, re iam peracta.

Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον —] Quod plurimi codd. habent *ἀλλ' ἢ*, id etiam Suidas agnoscit accipitque pro *ἀλλ' ἆρα*. De *ἀλλ' ἦ*, at num revera, et *ἀλλ' ἢ* in libris saepenumero inter se permutatis v. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 932. — *τὸ λεγόμενον*, quod in proverbio dicitur: ut Sympos. p. 217. E. Phaed. p. 66. C. al. Proverbium *κατόπιν ἑορτῆς*, post festum, dici solitum *ἐπὶ τῶν ἐπί τινι καλῷ πράγματι ἀπολιμπανομένων*, quae sunt verba scholiastae et Olympiodori ad h. l. Verba *καὶ ὑστεροῦμεν* Cobetus ad Orat. de arte interpretandi p. 141. ut glossema damnat: iusto severius, opinor, nisi forte etiam Sophocleum illud damnaveris: *ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.* Multo minus etiam probandum iudicium Hirschigii est, qui verba *ἀστείας ἑορτῆς* post *καὶ μάλα γε* eiicienda censet, quod tamen exempli caussa hic memorasse satis putamus. Tirones rem ipsi expendant.

Γοργίας ἡμῖν ὀλίγον πρότερον ἐπεδ.] Gorgias, patria Leontinus, Siculus, circa Olymp. LXX. vel LXXI, 1. natus fuit vixitque ad grandem usque senectutem, quandoquidem aetatem centum et octo annorum attigisse narratur, ut nec incredibile sit, quod Athenaeus Deipn. XI. p. 305. memoriae prodidit, hunc Platonis librum ipsius nomine inscriptum ei innotuisse. v. Quintil. Institut. III, 1, 9. Usus

των μέντοι, ὦ Καλλίκλεις, αἴτιος Χαιρεφῶν ὅδε, ἐν

esse fertur Empedocle Agrigentino vel amico vel magistro: Diog. Laert. VIII, 58. et Suid. s. v. Quint. l. c., id quod quodammodo etiam eo confirmatur, quod apud Platonem Menon. p. 76. C. et Gorg. 493. A. 507. E. ipsius gratia quaedam placita Empedoclea memorantur. Neque nihil huc facit, quod Empedocles ap. Sext. Emp. VII, 6. Diog. Laert. VIII, 57. narratur circa rhetoricam nonnihil κεκινηκέναι adeoque illius artis inventor exstitisse. Sed hoc quidem utut est, coniunxit Gorgias primus rhetoricam artificialem cum sophistica eaque re vere admirabilis exstitit, ut nec Plato, quamvis eum deluserit in hoc dialogo, petulanter illum tractaverit, ut sophistas alios, sed verecunde taxaverit, quandoquidem maior impetus irrisionisque pars non in ipsum, sed in Calliclem atque Polum, eius discipulum, cadit. Enimvero artificialem eloquentiam primum constat in Sicilia et natam et excultam esse, quod quibusnam caussis et opportunitatibus ita acciderit, nuper in Prolegomenis ad Phaedrum edit. secund. p. XCIX seqq. exposuimus. Huius vero eloquentiae usum Gorgias primus pertulit in Graeciam ibique nobilitavit, quo tempore una cum Tisia a civibus suis Athenas legatus missus est, ut illis adversus Syracusanos Atheniensium auxilium compararet. Quod quidem teste Diodoro Sic. XII, 12. accidit Olymp. LXXXVIII. a. 2. non ita multo post Periclis mortem, quem Olymp. LXXXVII. a. 4. pestilentia correptum supremum diem obiisse constat. conf. Pausan. VI, 17. Dici autem non potest, quantopere nova et insolita ars Atheniensibus placuerit, qui eos dies, quibus Gorgias illam ostentabat et ἐπιδείξεις instituebat, pro festis habuerunt eiusque orationes vocarunt lampadas, de qua admiratione atque studio eorum v. Diod. Sic. l. c. Aristot. Rhet. III, 1, 9. Cicer. Orat. c. 49. De Orat. III, 33. Longin. III, 1, 2. Dionys. Hal. De admir. vi Demosth. c. 4, 6. et Epist. ad Pompei. c. 1. 2. Olympiodor. ad h. l. et Platon. Hipp. mai. p. 282. B. Itaque nec mirum est, hic tantus honos ipsi habitus quod eam vim apud ipsum habuit, ut relicta patria, tum dissensionum plena, reliquam vitae partem in Graecia transigere decerneret, quamquam ipsum consentaneum est, priusquam ibi domicilium figeret, rediisse domum legationis publicae redditurum rationes popularibus suis. Videtur autem non multo post rediisse in Graeciam eamque totam, maxime etiam Thessaliam, variis temporibus ita lustravisse, ut ubique artis suae documenta exhiberet vel etiam iuvenes, qui plurimi ad eum novae artis caussa confluxerunt, accepta fere a singulis, Suida teste, centenarum minarum mercede, dicendi disciplina institueret. De scholis ab eo habitis v. Plat. Hipp. mai. p. 282. B. Isocr. De antidos. §. 155. coll. Philostr. Vit. Sophist. p. 492. Cicer. De Inv. I, 5. Hoc vero modo magnis usque cumulatus honoribus (Cicer. De Orat. III, 32. Pausan. VI, 7. X, 2. Plin. N. H. XXXIII, 4.) vitam egit diuturnam, usque dum tandem ad summam provectus senectutem Athenis, ubi postremo videtur commoratus esse perpetuo, placide animam exspiravit. v. Athenaeus Deipn. XI. p. 505. Censorin. De die nat. c. 4. Quintil. Inst. III, 1. Lucian. Longaev. §. 23. Diog. Laert. VIII, 58. Morem eius dicendi, figurarum maxime et troporum ornamentis

ἀγορᾷ ἀναγκάσας ἡμᾶς διατρῖψαι. ΧΑΙ. Οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ B

insignem et conspicuum, multi sunt aemulati, adeoque ipse Plato *γοργιάζειν* a nonnullis iudicatus est. v. Demetr. Phaler. §. 28. et 29. Dionys. Hal. ll. cc. al. Ipse autem dicendi disciplinam tanti fecit, ut se nollet sophistae, sed potius rhetoris nomine insigniri, v. Plat. Gorg. p. 449. A. coll. 451. D., quamquam utramque disciplinam ubique iunxit et commiscuit. Verum satis de Gorgia, quem artis oratoriae novitiae coniunctaeque cum ea artis civilis sive politicae bello Peloponnesiaco tamquam parentem exstitisse ad sermonis Platonici cognominis intelligentiam tenuisse sanequam plurimum refert. Alia de eius ratione ac doctrina philosophiae nullo negotio peti poterunt ab scriptoribus historiae philosophiae. — De Polo, eius discipulo, diximus infra annot. p. 448. A. et Prolegg. Cap. IV. extr. — Callicles quis fuerit, ab ipso Platone edocemur. Fuit enim civis Atheniensis, qui infra p. 495. B. vocatur Acharnensis, homo rei publicae ambitiose curiosus ac novitiae rhetoricae artique civili sophisticae pravitate infectae plane deditus atque democratiae immoderate favens. Quocirca contemta iustitia et honestate caussam agit disciplinae novitiae ideoque omnia tribuit honori, auctoritati, potentiae in republica consequendae, ita ut nec intemperantiae laudes praedicare verecundetur et potentiorem imperare secundum naturam iustum esse contendat: de quibus opinionibus ipsius vid. p. 482. C. — 488. D. et p. 491. C. Itaque ridet etiam philosophorum stultitiam scilicet et simplicitatem, qui virtuti et sapientiae in vita civili aliquid tribuant. Nimirum prorsus imbibit homo turpissima illa decreta, quibus labefacta est vitae publicae pariter atque privatae disciplina, eoque nomine una cum aliis similiter sentientibus egregie sapere sibi visus est.

Τούτων μέντοι —] Intell. *τοῦ κατόπιν ἑορτῆς ἥκειν*. Itaque Coraes *τούτου* scribendum suspicatur. Qua mutatione non opus. Solent enim pronomina, etiamsi de una tantum re sermo sit, in numero plurali collocari, si quid minus definite significatur; v. ad Apolog. Socr. p. 19. D. De Rep. VI. p. 504. D. Legg. III, 689. B. VII, 816. E., ubi post *τούτων ἕνεκα αὐτῶν* deinde *τοῦ* cum infinitivo subiunctum legitur, sicuti infra in Gorgia p. 474. E., quem locum nuper critici eiecto *τοῦ* depravarunt. — Chaerephon Atheniensis, Socrati adeo deditus, ut eius more tamquam sacro furore quodam arderet. Plura de eo diximus ad Apolog. Socrat. p. 20. E.

B. *Οὐδὲν πρᾶγμα* —] *Das hat nichts zu sagen, das hat nichts auf sich.* v. Euthyphr. p. 3. C. Legg. VII. p. 794. E. Aristoph. Rann. v. 1226: *ἀλλ' οὐδὲν ἔσται πρᾶγμα.* De proximis recte Olympiodorus: *ὁ Χαιρεφῶν φησιν, ὅτι οὐδὲν γέγονεν· ἐγὼ γὰρ ὁ αἴτιος γενόμενος ἰάσομαι.* Ita enim apparet, quorsum illud *καί* referendum sit. Videlicet hoc dicit Chaerephon: ego, qui huius mali auctor exstiti, quum diutius te in foro detinuerim, etiam resarcire damnum studebo. Pergit interpres ita: *τὸ γὰρ ἐγὼ καὶ ἰάσομαι παροιμία ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Τηλέφου καὶ τοῦ τρώσαντος αὐτὸν Ἀχιλλέως τοῦ καὶ ἰασαμένου, λεχθεῖσα ὅτι ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται.* De quibus v. quos laudavit Heindorf., Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. extrem. et Casaubon. ad Sueton. Claud. c. 43. Eadem fere, quae Olympiodorus,

Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι. φίλος γάρ μοι Γοργίας, ὥστ' ἐπιδείξεται ἡμῖν, εἰ μὲν δοκεῖ, νῦν, ἐὰν δὲ βούλῃ, ἐσαῦθις. ΚΑΛ. Τί δαί, ὦ Χαιρεφῶν; ἐπιθυμεῖ Σωκράτης ἀκοῦσαι Γοργίου; ΧΑΙ. Ἐπ' αὐτό γέ τοι τοῦτο πάρεσμεν. ΚΑΛ. Οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν. ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ Καλλίκλεις. ἀλλ' ἆρα ἐθελήσειεν
C ἂν ἡμῖν διαλεχθῆναι; βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ,

B. *ἐὰν δὲ βούλῃ, ἐσαῦθις*] Bas. 1. 2. *εἰσαῦθις*. Clark. (sic enim in hoc dialogo diximus librum, quem alibi nominavimus Bodleianum, ut discerneretur ab alio cod. Bodleiano, quo usus est olim Routhius) *ἐς αὖθις*, sed idem mox C. et p. 449. B. C. *εἰς αὖθις*. v. Schneider. Praef. ad Polit. I. p. LIII seq.

Τί δαί, ὦ Χ.] V. *δέ*, quod mutavi e Clark. corr. et Vind. 1. Mirabundus enim Callicles interrogat. v. ad Euthyphr. p. 4. A. et quae habent Apollon. Gramm. p. 84, 14. Schol. ad Aristoph. Plut. 156. Ammon. in voc. *δαί*. Herm. tamen *δέ* revocavit.

Οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν] V. vitiose *βού-*

annotavit ad hunc locum scholiastes Ruhnkeni. Negat tamen Heindorfius de proverbio cogitandum esse, propterea quod *ἰᾶσθαι*, *ἀκεῖσθαι* et similia ita frequentari soleant, ut omnino significent damnum resarcire, malum levare vel tollere. Quod num recte fecerit, nunc non definiam. Illud tamen video, non illepide ad proverbium alludi.

ἐπιδείξεται ἡμῖν] nunc ponitur sine casu obiecti, ut idem sit quod *ἐπίδειξιν ποιήσεται ἡμῖν*. Apte comparavit Heindorf. Aristoph. Ran. v. 772: *ὅτε δὴ κατῆλθ' Εὐριπίδης, ἐπεδείκνυτο τοῖς λωποδύταις κ. τ. λ.* Addimus Lachet. p. 179. E: *ὃν ὑμεῖς ἐθεάσασθε ἐπιδεικνύμενον*. De Rep. III. p. 395. A. Prot. p. 328. D. Eiusdem generis est locus Aelian. V. H. IX, 36: *ψάλτης ἐπεδείκνυτο*. Astius ex superioribus repetendum censet *πολλὰ καὶ καλά*. Mox unus cod. Bekker. *ἐπ' αὐτῷ γέ τοι τούτῳ*. Euthydem. p. 274. A: *ἐπ' αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν*. Theag. p. 122. A: *νῦν οὖν ἥκω ἐπ' αὐτὰ ταῦτα*.

Οὐκοῦν ὅταν βούλησθε — οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ —] Peringeniosa est coniectura Hemsterhusii ad Thom. Mag. s. v. *Εἰ* proposita, probata illa etiam Ruhnkenio ad Tim. p. 281. *οὐκοῦν, ὦ 'τᾶν, βούλεσθε*. Recte tamen illa repudiata Heindorfius pro *βούλεσθε* restituit *βούλησθε*, quod libri plurimi optimique exhibuerunt, quamquam is locum minus recte sic interpretatur: Ergo quando ad me domum ire vultis, ibi Gorgias, is enim apud me diversatur, *ἐπίδειξιν* vobis exhibebit. Imo post *ὅταν βούλησθε ἥκειν* per aposiopesin reticetur apodosis, hoc sensu: Itaque (quum res ita se habeat et Socrates Gorgiae audiendi cupidus sit) quando ad me domum venire velitis, venite; apud me enim Gorgias devertit (moratur hospes) et artem suam ostentabit. Sic locum intellexit etiam Olympiodorus, qui verba sic inter-

*τίς ἡ δύναμις τῆς τέχνης τοῦ ἀνδρός, καὶ τί ἐστιν ὃ
ἐπαγγέλλεταί τε καὶ διδάσκει. τὴν δὲ ἄλλην ἐπίδειξιν
εἰςαῦθις, ὥςπερ σὺ λέγεις, ποιησάσθω. ΚΑΛ. Οὐδὲν
οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ αὐτῷ ἓν
τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως· ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅ
τι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη
ἀποκρινεῖσθαι. ΣΩ. Ἦ καλῶς λέγεις. Ὦ Χαιρεφῶν,
ἐροῦ αὐτόν. ΧΑΙ. Τί ἔρωμαι; ΣΩ. Ὅςτις ἐστί. ΧΑΙ.* D
Πῶς λέγεις; ΣΩ. Ὥςπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν ὑποδημά-

λεσθε. Par. E F. Flor. f. s. *ὅτε βουλήσεσθε.* Ceteri recte *βούλησθε.* Dein post *παρ' ἐμοὶ* insertum est *γὰρ* ex Clark. Vat. Vind. 1. 2. 6. Par. E. Flor. f. x.

ἐπιδείξεται ὑμῖν] V. *ἡμῖν,* quod mutatum e Clark. Vat. Coisl. Par. B C I V W. Vind. 1. 2. Aug. et septem Florentinis.

C. *ἐπίδειξιν εἰςαῦθις*] Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 7. Par. I. Routh. *ἐςαῦθις.*

αὐτῷ ἓν τοῦτ'] V. *αὐτό,* quod libri habent paucissimi neque ii satis boni. Verum praeter alios Clark. tuetur.

pretatur: *ὁ Καλλικλῆς φησιν ὅτι, ὅταν θέλητε, ἔλθετε εἰς τὸν οἶκον, καὶ ποιῶ αὐτὸν ἐπιδείξασθαι.*

C. *τίς ἡ δύναμις τῆς τ.*] Latine dixeris: in quo vis et natura artis cernatur, quam profitetur. Legg. I. p. 643. A: *πρῶτον δὴ — ὁρισώμεθα παιδείαν, τί ποτ' ἐστὶ καὶ τίνα δύναμιν ἔχει.* Tim. p. 28. A. Phaedr. p. 246. A. al. Intelligit autem artem rhetoricam, quam Gorgias tractabat.

Οὐδὲν οἷον — ἐρωτᾶν] Optimum est ipsum interrogare. P. 481. B: *οὐδὲν μέντοι οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν.* Aristoph. Lysistr. v. 135: *οὐδὲν γὰρ οἷον.* Avv. v. 966: *ἀλλ' οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι τοῦ νόμου.* Demosth. adv. Mid. p. 529: *οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου.* Formulam non intelligens Cornarius temere coniecit *οὐδὲν δεινόν.* Deinde recte codd. meliores *καὶ γὰρ αὐτῷ ἓν τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως.* Nam genitivus *ἐπιδείξεως* pendet ab *ἕν.* Recte Olympiodorus verborum sententiam declaravit sic: *καὶ γὰρ τοῦτο ἕν ἐστι τῆς ἐπιδείξεως αὐτοῦ.* De dativi usu nota sunt in vulgus omnia. Heindorfius vulg. lectionem *καὶ γὰρ αὐτὸ ἓν τοῦτ' ἦν τ. ἐπ.* defendit sic, ut *αὐτὸ τοῦτο* interpretetur id ipsum, quod dixi, sc. *τὸ ἐρωτᾶν αὐτόν.* Sed ita non potuit *ἓν* inter *αὐτό* atque *τοῦτο* interponi. De Gorgia ad unamquamque quaestionem se responsurum profiteri solito v. Men. p. 70. C. Cicer. De Fin. II, 1. De Invent. I, 5. Orat. I, 22. III, 32. Quintil. II, 21. §. 21: Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus putavit esse dicendum, ut se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisque de re vellet.

D. *Ὥςπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν — ἀπεκρίνατο ἄν*] De aoristi et imperfecti coniunctione v. ad Euthyphron. p. 12. D. Sympos. p. 199. D. Menon. p. 72. B. De *ἂν* post *ὥςπερ ἂν* repetito v. ad Apolog. Socrat. p. 17. D.

των δημιουργός, ἀπεκρίνατο ἂν δήπου σοι, ὅτι σκυτοτόμος. ἢ οὐ μανθάνεις, ὡς λέγω;

Cap. II. *ΧΑΙ.* Μανθάνω καὶ ἐρήσομαι. — Εἰπέ μοι, ὦ Γοργία, ἀληθῆ λέγει Καλλικλῆς ὅδε, ὅτι ἐπαγγέλλει ἀποκρίνεσθαι ὅ τι ἄν τίς σε ἐρωτᾷ; *ΓΟΡ.* Ἀληθῆ,
448 ὦ Χαιρεφῶν· καὶ γὰρ νῦν δὴ αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην, καὶ λέγω, ὅτι οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἐτῶν. *ΧΑΙ.* Ἦ που ἄρα ῥᾳδίως ἀποκρινεῖ, ὦ Γοργία. *ΓΟΡ.* Πάρεστι τούτου πεῖραν, ὦ Χαιρεφῶν, λαμβάνειν. *ΠΩΛ.* Νὴ Δία· ἂν δέ γε βούλῃ, ὦ Χαιρεφῶν,

D. *μανθάνεις, ὡς λέγω*] Vett. editt. cum Par. E F. *ὃ λέγω.* Illud iam Bas. 2. exhibet.

ἐπαγγέλλει] V. *ἐπαγγέλλῃ.* Alteram formam hic et ubique Clark. praebuit, aliis libris hic et illic assentientibus. De quo semel monuisse satis erit. Pro *ἀποκρίνεσθαι* unus Par. I. *ἀποκρινεῖσθαι.* Praesens omnium reliquorum auctoritate firmatum qua lege usurpetur, ad Criton. p. 52. C. D. significavimus. Temere nuper futurum adaptaverunt.

Cap. II. *Μανθάνω καὶ ἐρήσομαι. —*] Putandi sunt nunc Calliclis aedes ingressi esse, ubi colloquium cum Gorgia et Polo instituitur.

P. 448. *ὅτι οὐδείς μέ πω*] Schol.: *τὸ οὐδείς πω ἀντὶ τοῦ οὐ πώποτε. καὶ Θουκυδίδης· οὐδείς πω.* v. Thucyd. I, 32. 37. 76. al. Videlicet utrumque recte dicitur, et *οὐδείς πω* et *οὐδεὶς πώποτε,* sed non sine aliqua sententiae diversitate. Gravius est enim hoc quam alterum *οὐδείς πω.* Prorsus eodem sensus discrimine nos dicimus *keiner noch hat dieses gesehen* et *keiner noch hat dieses jemals gesehen* pariterque Latini nondum quisquam et nondum quisquam unquam ita dicunt, ut alteram formulam in gravioribus sententiis usurpare soleant. Deinde *πολλῶν ἐτῶν* est multorum annorum spatio. Cf. p. 516. D. v. Matth. Gr. Gr. §. 377. 2. b. c. — *Ἦ που ἄρα, gewiss wohl also wirst du mit Leichtigkeit antworten.* Nam *ἦ που* est i. q. *ὄντως που,* ut interpretantur vett. grammatici: *wahrlich wohl.* Non vacare haec leni irrisione quilibet sentiet.

ΠΩΛ. Νὴ Δία· —] De Polo Routhius ad h. l.: „Polus, rhetor Agrigentinus, Gorgiae auditor fuit, qui ob institutionem praemio amplo, ut refert Philostratus, donatus est, quippe quum Polus fuerit ditissimus. v. Philostr. Vitt. Sophist. L. I. p. 500. Meminit eius cum aliis inclytis sophistis in Theage quoque Plato p. 128. A. et in Phaedro p. 267. C. Nonnulla scripsit, de quibus Suidam consulas. Hunc autem tamquam in affectata oratione sibi placentem risit noster pluribus locis, ut p. 448. C. 462. B. Phaedr. p. 267. C. Polum adhuc iuvenem, ut et socium eius Calliclem, partes tam insignes in dialogo sustinere facit Plato, ut Gorgiam minus aperte lacessere videatur, dum per istorum latera, ut ita loquar, primarium illum magnique nominis sophistam ob eloquentiam fucatam falsasque opiniones clam et occulto petit." Plura qui de

ἐμοῦ. Γοργίας μὲν γὰρ καὶ ἀπειρηκέναι μοι δοκεῖ· πολλὰ γὰρ ἄρτι διελήλυθε. ΧΑΙ. Τί δαί, ὦ Πῶλε; οἴει σὺ κάλλιον ἂν Γοργίου ἀποκρίνασθαι; ΠΩΛ. Τί δὲ τοῦτο, ἐὰν σοί γε ἱκανῶς; ΧΑΙ. Οὐδέν· ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ βούλει, B
ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἐρώτα. ΧΑΙ. Ἐρωτῶ δή. εἰ ἐτύγχανε Γοργίας ἐπιστήμων ὢν τῆς τέχνης ἧσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρόδικος, τίνα ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΧΑΙ. Ἰατρὸν ἄρα φάσκοντες αὐτὸν εἶναι καλῶς ἂν ἐλέγομεν. ΠΩΛ. Ναί. ΧΑΙ. Εἰ δέ γε ἧσπερ Ἀριστοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος ἢ ὁ

P. 448. *καὶ γὰρ νῦν δὴ αὐτὰ τ.*] V. *δὴ νῦν* invitis codd. plerisque omnibus. Error longe creberrimus.

ῥᾳδίως ἀποκρινεῖ] Sic Clark. Vat. *ἀποκρινῇ*. Vett. editt. *ἀποκρίνῃ*. Mox *Τί δαί* Clark. em. cum aliis nonnullis pro *Τί δέ*.

B. *τίνα ἂν αὐτὸν*] Buttmannus coni. *τί ἂν αὐτόν*. Mox Clark. *ἆρα* pro *ἄρα*.

eo scire aveant, ii adeant Geelium Hist. Sophist. p. 164 seqq. Groen van Prinsterer. Prosopogr. Plat. p. 102 seqq. et Io. Meurs. Comment. in Apollon. Dyscol. p. 82. — Apud Platonem arrogans est, ut ipso magistro sibi videatur melius posse eloquentiae caussam defendere, in quo immemor iustitiae atque honestatis omnia tribuit potentiae, ut adeo non erubescat dicere malle se *ἀδικεῖν* quam *ἀδικεῖσθαι* et tyranni quamvis iniusti vitam esse beatissimam; v. p. 469. B. seqq. 471. Nimirum est adolescens novitiae disciplinae civili deditus et perniciosis aequalium opinionibus infectus.

Τί δὲ τοῦτο —] Ad *τί δὲ τοῦτο* intell. *διαφέρει*. cf. p. 497. E. Charmid. p. 164. A. ibique Heindorf. — *ἐὰν σοί γε ἱκανῶς*. Menon. p. 75. B: *ἱκανῶς σοι, ἢ ἄλλως πως ζητεῖς;* Phaedon. p. 71. D: *ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ;* Plene De Rep. IV. p. 435. D: *ἐμοὶ — ἱκανῶς ἂν ἔχοι*.

B. *ἧσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρ.*] Schol. *οὗτος οὐχ ὁ Σηλυμβριανός ἐστιν Ἡρόδικος, ἀλλ' ὁ Λεοντῖνος, Γοργίου ἀδελφός*. Utrumque confundit Routhius ad h. l. et Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 50. cf. Groen van Prinsterer. Prosopograph. Platon. p. 193. et Heindorf. ad Phaedr. §. 2. Deinde codd. omnes cum vett. editt. *τίνα ἂν αὐτὸν ὢν*. Sed quum addatur: *οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον;* Buttmannus Auctar. p. 507. *τί ἂν* legendum esse coniecit. Confirmat hanc suspicionem Olymp. Ms. Ciz., ubi liquido *τί ἂν* scriptum exstat, et probarunt Heindorf. ad Cratyl. p. 134. Matth. Gr. Gr. T. II. p. 769. ed. II. Dubito tamen, an nulla opus sit mutatione. Quidni enim recte dictum sit *τίνα*, etiamsi *ὅπερ* subsequitur? Etenim *ὅπερ* idem est quod *τίνος ὄνομα*. De formula *καλεῖν* s. *ὀνομάζειν τινά τι*, aliquem nomine aliquo appellare, v. ad Phaedon. p. 105. E. Sympos. p. 212. C. Phaedr. p. 238. A. Sensus igitur hic est: quemnam ipsum

ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔμπειρος ἦν τέχνης, τίνα ἂν αὐτὸν ὀρθῶς
C ἐκαλοῦμεν; *ΠΩΛ.* Δῆλον, ὅτι ζωγράφον. *ΧΑΙ.* Νῦν
δ' ἐπειδὴ τίνος τέχνης ἐπιστήμων ἐστί, τίνα ἂν καλοῦντες
αὐτὸν ὀρθῶς καλοῖμεν; *ΠΩΛ.* Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ
τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως
εὑρημέναι· ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην, ἀπειρία δὲ κατὰ τύχην. ἑκάστων
δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως, τῶν δὲ
ἀρίστων οἱ ἄριστοι· ὧν καὶ Γοργίας ἐστὶν ὅδε, καὶ μετέχει τῆς καλλίστης τῶν τεχνῶν.

Cap. III. *ΣΩ.* Καλῶς γε, ὦ Γοργία, φαίνεται Πῶ-
D λος παρεσκευάσθαι εἰς λόγους· ἀλλὰ γὰρ ὃ ὑπέσχετο

C. *ἐπειδὴ τίνος τέχνης*] V. *τινὸς τ.*, quod correxit Heindorf. Libri mss. *ἐπειδή τινος*, quod etiam Clark. servat.

D. *Τὸ ἐρωτώμενον οὐ πάνυ μοι*] Sic Clark. Vat. *Δ.* Ven. *ΞΣ.* Par. BCIVW. Vind. 1. 2. 6. 7. novem Florentini, Bodl. Aug. Meerm. Vett. editt. post *Τὸ* inserunt *δή*.

πολὺ ἂν ἥδιον σέ] V. *σύ.* In Clark. Par. BCEFW. Vind. 1. 6. Flor. a. b. c. d. m. o. *σοί* scriptum. Recte *σέ* Vat. *Δ.* a pr. m. Ven. *ΞΣ.* Par. IV. Bodl. Aug. Meerm. Flor. f. s. Vind. 2. 7. et corr. Coisl. Par. CF.

recte appellaremus? nonne eo nomine diceremus quo illum? — Aristophontis pictoris mentionem facit Plin. N. H. XXXV, 11. Aglaophontis nomine duo commemorantur pictores, de quibus v. interpp. ad Plin. N. H. XXXV, 9. Qui hic nominatur, Polygnotum, filium suum, ipse pingendi arte instituisse dicitur. v. Suidas s. v. *Πολύγνωτος.* Inclaruit autem Polygnoti nomen adeo, ut inter nobilissimos artifices a scriptoribus numeretur. De eius operibus multa passim Plinius libr. XXXIII. et XXXV., qui eum etiam artis statuariae peritum fuisse narrat l. XXXIV, 8. Commemoratur etiam Ion. p. 532. E. Vid. de eo Boettiger. *Archäol. der Malerei* p. 261 seqq.

C. *Νῦν δ' ἐπειδὴ τίνος τέχνης* —] Pro vulg. *τινὸς* recte Heindorf. *τίνος* reposuit. De hac forma interrogationis v. Matth. Gr. §. 630. = Gr. amplior. p. 918. coll. Seidlero ad Sophocl. Antigon. v. 2. ed. Hermann. Vide etiam p. 449. A.

Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ τέχναι —] Aristotel. Metaphys. I, 1. ab Heindorfio laudatus: *ἡ μὲν γὰρ ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὥς φησι Πῶλος ὀρθῶς λέγων, ἡ δ' ἀπειρία τύχην.* Citantur haec verba in Stobaei Floril. Sermon. IV. Ducta autem videntur ex libro quodam Poli, ut recte suspicatus est Routhius. Nam infra p. 462. *ΠΩΛ. ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩ. πρᾶγμα, ὃ φῂς σὺ ποιῆσαι τέχνην ἐν τῷ συγγράμματι, ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων* κ. τ. λ. Ad proxima *Καλῶς γε* κ. τ. λ. Olympiodorus: *καὶ γὰρ κατὰ τὸ ἀληθὲς ῥητορικῶς προήνεγκε τὸν λόγον, χρησάμενος παρίσοις τε καὶ ὁμοιοκαταλήκτοις.* Videlicet exprimit haec *ῥῆσις* Poli dicendi

Χαιρεφῶντι οὐ ποιεῖ. ΓΟΡ. Τί μάλιστα, ὦ Σώκρατες;
ΣΩ. Τὸ ἐρωτώμενον οὐ πάνυ μοι φαίνεται ἀποκρί-
νεσθαι. ΓΟΡ. Ἀλλὰ σύ, εἰ βούλει, ἐροῦ αὐτόν. ΣΩ.
Οὔκ, εἰ αὐτῷ γε σοὶ βουλομένῳ ἐστὶν ἀποκρίνεσθαι,
ἀλλὰ πολὺ ἂν ἥδιον σέ. δῆλος γάρ μοι Πῶλος καὶ ἐξ
ὧν εἴρηκεν, ὅτι τὴν καλουμένην ῥητορικὴν μᾶλλον με- E
μελέτηκεν ἢ διαλέγεσθαι. ΠΩΛ. Τί δή, ὦ Σώκρατες;
ΣΩ. Ὅτι, ὦ Πῶλε, ἐρομένου Χαιρεφῶντος τίνος Γορ-
γίας ἐπιστήμων τέχνης, ἐγκωμιάζεις μὲν αὐτοῦ τὴν τέχνην,
ὥσπερ τινὸς ψέγοντος, ἥτις δέ ἐστιν, οὐκ ἀπεκρίνω.
ΠΩΛ. Οὐ γὰρ ἀπεκρινάμην, ὅτι εἴη ἡ καλλίστη; ΣΩ.
Καὶ μάλα γε. ἀλλ' οὐδεὶς ἐρωτᾷ, ποία τις εἴη ἡ Γοργίου
τέχνη, ἀλλὰ τίς, καὶ ὅντινα δέοι καλεῖν τὸν Γοργίαν.

E. *ὅτι εἴη ἡ καλλίστη*] *ἡ* vulgo omissum reddiderunt codd. fere omnes, etiam Clark.

Καὶ μάλα γε] *γε*, quod ceteri libri et editi et manuscripti ignorant, exhibuit Vat. *Δ*.

οὐδεὶς ἐρωτᾷ, ποία τις εἴη] Bekkerus *ἠρώτα*, quod ipsi olim conieceramus. Sed nullus codex *ἠρώτα*. Nec praesens tempus caret defensione, licet optativus sequatur. Permutat enim Socrates hic temporum et modorum rationem, utpote rationem habens antegressae Poli responsionis: *ὅτι εἴη ἡ καλλίστη*.

rationem, qui sibi mirifice in verbis cognatis ac similiter cadentibus placebat. v. Philostrat. Vitt. Sophist. L. I. p. 500. coll. interpp. ad Phaedr. p. 267. C.

Cap. III. D. *Οὔκ, εἰ αὐτῷ γε —*] Recte Ficinus sententiam verborum expressit sic: si tu, Gorgia, respondere mihi velles, a te ipso libentius quaererem quam a Polo. De constructione verborum v. ad Phaedon. p. 78. B. Matth. Gr. §. 388. c. — *δῆλος γάρ μοι Πῶλος — ὅτι τὴν καλ.* i. e. *δῆλόν μοί ἐστιν, ὅτι Πῶλος κ. τ. λ.* Alias loco particulae *ὅτι* cum suo verbo ponitur participium, ut scribi potuerit etiam sic: *δῆλος γάρ μοι Πῶλός ἐστι μεμελετηκώς*. Sed nec illa ratio infrequens. v. Matth. §. 296. Latius autem hic usus patet, quam vulgo opinantur. Mox p. 449. B. C: *εἰσὶ μὲν — ἔνιαι τῶν ἀποκρίσεων ἀναγκαῖαι διὰ μακρῶν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι*, h. e. *ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐνίας κ. τ. λ.* Sophist. p. 242. B: *τὴν ὁδὸν ἀναγκαιοτάτην εἶναι ἡμῖν τρέπεσθαι.* Legg. I. p. 643. C: *τῶν μαθημάτων, ὅσα ἀναγκαῖα προμεμαθηκέναι, μανθάνειν.* Sophocl. Aiac. v. 634: *κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν*, i. e. *κρεῖσσόν ἐστι τὸν μάταν νοσοῦντα Ἅιδᾳ κεύθειν*, ubi v. Lobeck.

E. *ἢ διαλέγεσθαι*] Transitur ad usum infinitivi, quia *μελετᾶν* pariter cum accusativo obiecti atque cum infinitivo verbi coniungi potuit. Quocirca praepostere Hirschig. *ἢ τὸ διαλέγεσθαι* scripsit.

καὶ ὅντινα δέοι] Relativa post interrogativa in eodem verborum ambitu frequenter inferri docuimus ad Criton. p. 122. Deinde ne quis in verbis *ὥσπερ τὰ ἔμπροσθέν σοι ὑπ. κ. τ. λ.* haereat, nihil hoc asyn-

ὥςπερ τὰ ἔμπροσθέν σοι ὑπετείνατο Χαιρεφῶν καὶ αὐτῷ
449 καλῶς καὶ διὰ βραχέων ἀπεκρίνω, καὶ νῦν οὕτως εἰπέ,
τίς ἡ τέχνη καὶ τίνα Γοργίαν καλεῖν χρὴ ἡμᾶς. μᾶλλον
δέ, ὦ Γοργία, αὐτὸς ἡμῖν εἰπέ, τίνα σε χρὴ καλεῖν ὡς
τίνος ἐπιστήμονα τέχνης; ΓΟΡ. Τῆς ῥητορικῆς, ὦ Σώ-
κρατες. ΣΩ. Ῥήτορα ἄρα χρή σε καλεῖν; ΓΟΡ. Ἀγαθόν
γε, ὦ Σώκρατες, εἰ δὴ ὅ γε εὔχομαι εἶναι, ὡς ἔφη Ὅμη-
ρος, βούλει με καλεῖν. ΣΩ. Ἀλλὰ βούλομαι. ΓΟΡ. Κάλει
δή. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἄλλους σε φῶμεν δυνατὸν εἶναι
B ποιεῖν; ΓΟΡ. Ἐπαγγέλλομαί γε δὴ ταῦτα οὐ μόνον ἐν-
θάδε, ἀλλὰ καὶ ἄλλοθι. ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν ἐθελήσαις ἄν, ὦ

P. 449. *καὶ νῦν οὕτως εἰπέ*] Vulgo *καὶ νῦν οὖν οὕτως*. Sed *οὖν*, insolentius collocatum, errore natum est recteque omittitur in Clark. Coisl. Par. BCFW. Vind. 1. 6. et novem Florentinis. Defendi olim, nunc non defendam. Tenuit tamen Bekkerus. Mox Clark. rursus *ἆρα* pro *ἄρα*.

deto apud Platonem frequentius. De Republ. III. p. 413. D: *οὐκοῦν καὶ τρίτου εἴδους τοῦ τῆς γοητείας ἅμιλλαν ποιητέον καὶ θεατέον· ὥςπερ τοὺς πώλους ἐπὶ τοὺς ψόφους τε καὶ θορύβους ἄγοντες σκοποῦσιν εἰ φοβεροί, οὕτω νέους ὄντας εἰς δείματά τε κομιστέον κ. τ. λ.* Ibid. VI. p. 497. B. VIII. p. 557. C. Politic. p. 296. E. seq. Legg. II. p. 659. E. Menon. p. 70. E. Theaet. p. 172. D., ubi v. Heindorf. collat. annot. ad Phaedon. p. 33 seq. ed. nostr. Itaque male unus Flor.: *ὥςπερ δὲ τὰ ἔμπροσθεν*. Indidem fluxit quod vulgo post *νῦν* insertum legitur *οὖν*. — *ὑποτείνεσθαι* est interrogando et disputando supponere s. suggerere eoque aliquem sensim ad aliquid perducere et quasi *ὑποτιθέναι* s. *ὑποβάλλειν* ei quid respondendum sit, *unterbreiten*. Theaetet. p. 180. B: *τῷ τοι, ὦ φίλε Θεόδωρε, μᾶλλον σκεπτέον ἐξ ἀρχῆς, ὥςπερ αὐτοὶ ὑποτείνονται*. Eurip. Orest. v. 905: *ὑπὸ δ᾽ ἔτεινε Τυνδάρεως λόγους τῷ σφὼ κατακτείνοντι τοι-οὕτους λέγειν*, h. e. subiecit, suggessit, ut talia diceret, quibus Argivis persuaderet, quemadmodum verissime locum interpretatus est Schaefer.

P. 449. *καὶ νῦν οὕτως εἰπέ*] In hac verborum collocatione ne haereas, eodem modo Phaedon. p. 61. A: *ὥςπερ οἱ τοῖς θέουσι διακελευόμενοι, καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον*. Phaedr. p. 230. D: *ὥςπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα — καρπὸν προσείοντες ἄγουσι, σὺ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων — φαίνει περιάξειν*, ubi plura dedimus. Falluntur qui nuper duce Hermanno post *ἀπεκρίνω* plenius distinxerunt.

τίνα σε χρὴ καλεῖν ὡς τίνος] Vide ad p. 448. C.

Ἀγαθόν γε —] H. e. egregium certe. — *ὅ γε εὔχομαι εἶναι*. Formula Homero sollemnis, nemini ignota. Notatur autem Gorgiae fastus et arrogantia, qui se ipse iactare solebat oratorem praestantem. —

Γοργία, ὥςπερ νῦν διαλεγόμεθα, διατελέσαι τὸ μὲν ἐρω-
τῶν, τὸ δ' ἀποκρινόμενος, τὸ δὲ μῆκος τῶν λόγων τοῦτο,
οἷον καὶ Πῶλος ἤρξατο, εἰςαῦθις ἀποθέσθαι; ἀλλ', ὅπερ
ὑπισχνεῖ, μὴ ψεύσῃ, ἀλλὰ ἐθέλησον κατὰ βραχὺ τὸ ἐρω-
τώμενον ἀποκρίνεσθαι. ΓΟΡ. Εἰσὶ μέν, ὦ Σώκρατες,
ἔνιαι τῶν ἀποκρίσεων ἀναγκαῖαι διὰ μακρῶν τοὺς λόγους
ποιεῖσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ πειράσομαί γε ὡς διὰ βραχυ- C
τάτων. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἕν ἐστιν ὧν φημι, μηδένα
ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν. ΣΩ. Τούτου
μὴν δεῖ, ὦ Γοργία· καί μοι ἐπίδειξιν αὐτοῦ τούτου
ποίησαι, τῆς βραχυλογίας, μακρολογίας δὲ εἰςαῦθις.

B. *ἀποθέσθαι; ἀλλ', ὅπερ* —] Post *ἀποθέσθαι* Vind. 6. rec. Aug. Meerm. et Routhii Bodl. addunt *Ναί*. Sed v. ann.
τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι] V. *ἀποκρίνασθαι* invitis codd. Unus Par. E. aoristum tuetur cum Aug.
C. *δὲ εἰςαῦθις*] *εἰς αὖθις* Clark., ut solet.

καὶ ἄλλους — ποιεῖν, intell. *ῥήτορας ἀγαθούς*.

B. *ἀλλὰ καὶ ἄλλοθι*] Ita Gorgias Menon. p. 70. A. seqq. in Thessalia commoratus esse dicitur ibique magna cum laude sapientiam suam alios docuisse. Omnino ille multas videtur Graeciae regiones peragrasse. v. H. E. Foss. De Gorgia Leont. p. 24.

τὸ δὲ μῆκος τῶν λόγων κ. τ. λ.] Ridet sophistas, qui quum et *βραχυλογίας* et *μακρολογίας* se peritos profiterentur, tamen longis orationibus, una perpetuitate decurrentibus, utebantur, quo facilius possent animos audientium delinire atque fallere. conf. Phaedr. p. 267. B., ubi item de Gorgia sermo est, Protagor. p. 334. E. — Ante *ἀλλ', ὅπερ ὑπισχνεῖ* quod in aliquot codd. *Ναί* interpositum est, recte iudicavit Routhius orationem sine ullius responsi interiectione bene procedere. Nam etsi Gorgias nondum respondit, tamen Socrates, quoniam eum precibus suis satisfacturum sumit, hominem cum irrisione quadam admonere potest, ne fidem fallat. Quae ratio nescio cur displicuerit Buttmanno. Prorsus eodem modo nos loquimur: *Möchtest du wohl, Gorgias, so wie wir jetzt mit einander reden, die Sache beendigen —, die langen Reden aber für ein andermal bei Seite legen? — Aber dass du mir hältst, was du versprichst!* s. quod profiteris etc. Itaque *ὅπερ ὑπισχνεῖ* dicit propterea, quod significat confidere se Gorgiam desiderio suo iam satisfacere, neque opus est cum Astio corrigere *εἴπερ ὑπισχνεῖ*. Alteram illam lectionem iis deberi, qui hanc loquendi formam non perspexissent, non est quod dubites. — *ἐθέλησον — ἀποκρίνεσθαι*, promto et parato animo responde. v. ad Sympos. p. 183. A.

C. *ὡς διὰ βραχυτάτων*] *ὡς* iungendum est cum superlativo *βραχυτάτων*, ita ut sensus sit idem, ac si dixisset *ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων*, ut mox loquitur Socrates. — *Τούτου μὴν δεῖ*, hoc vero, breviloquentia, opus est.

ΓΟΡ. Ἀλλὰ ποιήσω, καὶ οὐδενὸς φήσεις βραχυλογωτέρου ἀκοῦσαι.

Cap. IV. *ΣΩ.* Φέρε δή· ῥητορικῆς γὰρ φῂς ἐπι-
D στήμων τέχνης εἶναι καὶ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ῥήτορα ἡ ῥητορικὴ περὶ τί τῶν ὄντων τυγχάνει οὖσα; ὥςπερ ἡ ὑφαντικὴ περὶ τὴν τῶν ἱματίων ἐργασίαν· ἦ γάρ; *ΓΟΡ.* Ναί. *ΣΩ.* Οὐκοῦν καὶ ἡ μουσικὴ περὶ τὴν τῶν μελῶν ποίησιν; *ΓΟΡ.* Ναί. *ΣΩ.* Νὴ τὴν Ἥραν, ὦ Γοργία, ἄγαμαί γε τὰς ἀποκρίσεις, ὅτι ἀποκρίνει ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων. *ΓΟΡ.* Πάνυ γὰρ οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐπιεικῶς τοῦτο ποιεῖν. *ΣΩ.* Εὖ λέγεις. ἴθι δή μοι ἀπόκριναι οὕτω καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς, περὶ τί τῶν ὄντων
E ἐστὶν ἐπιστήμη; *ΓΟΡ.* Περὶ λόγους. *ΣΩ.* Ποίους τούτους, ὦ Γοργία; ἆρα οἳ δηλοῦσι τοὺς κάμνοντας ὡς ἂν

D. *ἄγαμαί γε τὰς ἀποκρίσεις*] Pro *γε* vulgo *σοῦ* erat, quod ex Clark. Vat. Δ. Coisl. Par. B C I F E V W. Vind. 1. 2. novem Flor. Aug. Meerm. aliis mutatum. Heindorfius *γέ σου* coniiciebat. Sed *σου* sapit glossema.

E. *λέγειν γε ποιεῖ δ.*] *ποιεῖν* Vat. Δ. Coisl. Par. B C F W. male.

Ἀρ' οὖν καί ἣν νῦν δὴ ἐλέγομεν] Post *οὖν* Vat. Δ. Par. V. Flor. c. d. et rec. Clark. Coisl. *οὐ* addunt, quod recepit Bekkerus, nos improbamus. In Clark. et sex aliis *καί* om., quod abiit, opinor,

Cap. IV. D. *ἡ ῥητορικὴ περὶ τί τῶν ὄντων τ.*] Routhius aliique scripserunt *περί τι τῶν ὄντων τ. οὖσα, ὥςπερ ἡ ὑφ.* Sed verissime observavit Heindorfius illa, *ἦ γάρ;* et *ναί*, tantummodo ad verba *ὥςπερ ἡ ὑφαντικὴ — ἐργασίαν* referri, praemissam autem hanc interrogationem: *ἡ ῥητορικὴ περὶ τί τ. ὄ. τ. οὖσα;* Platonici sermonis more iterari mox a Socrate: *ἴθι δή μοι ἀπόκριναι κ. τ. λ.* Itaque nos, quo magis pateret sententiarum ratio, post *τυγχάνει οὖσα* interrogandi notam posuimus. Latine haec possis reddere sic: Agedum, quoniam te artis rhetoricae peritum esse dicis, in quanam re rhetorica versatur? — veluti (h. e. exempli caussa) ars textoria in vestibus conficiendis occupatur: nonne?

Πάνυ γὰρ — ἐπιεικῶς] I. e. *ἱκανῶς;* vid. ad Criton. c. I. et Phaedon. c. LXVI. De iureiurando Socratis per Iunonem v. Apolog. Socrat. p. 24. E. ibique annot.

E. *Ποίους τούτους —;*] H. e. *ποῖοί εἰσιν οὗτοι, περὶ οὓς ἐστιν;* Nam iteranda est praepositio *περί* e praecedenti oratione. P. 450. A: *ἡ ἰατρικὴ ἄρα — περὶ λόγους ἐστί. Ναί. Τούς γε περὶ τὰ νοσήματα;* Menon. p. 80. C: *γιγνώσκω, οὗ ἕνεκά με εἴκα-*

*διαιτώμενοι ὑγιαίνοιεν; ΓΟΡ. Οὔ. ΣΩ. Οὐκ ἄρα περὶ
πάντας γε τοὺς λόγους ἡ ῥητορική ἐστιν. ΓΟΡ. Οὐ
δῆτα. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν λέγειν γε ποιεῖ δυνατούς. ΓΟΡ.
Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν περὶ ὧνπερ λέγειν, καὶ φρονεῖν;
ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Ἆρ' οὖν καί, ἣν νῦν δὴ ἐλέ-
γομεν, ἡ ἰατρικὴ περὶ τῶν καμνόντων ποιεῖ δυνατοὺς* 450
*εἶναι φρονεῖν καὶ λέγειν; ΓΟΡ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Καὶ ἡ
ἰατρικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, περὶ λόγους ἐστί. ΓΟΡ. Ναί.
ΣΩ. Τούς γε περὶ τὰ νοσήματα; ΓΟΡ. Μάλιστα. ΣΩ.
Οὐκοῦν καὶ ἡ γυμναστικὴ περὶ λόγους ἐστὶ τοὺς περὶ
εὐεξίαν τε τῶν σωμάτων καὶ καχεξίαν; ΓΟΡ. Πάνυ γε.
ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι, ὦ Γοργία, οὕτως
ἔχουσιν· ἑκάστη αὐτῶν περὶ λόγους ἐστὶ τούτους, οἳ* B
τυγχάνουσιν ὄντες περὶ τὸ πρᾶγμα, οὗ ἑκάστη ἐστὶν ἡ

in *οὐ*, quod iidem tuentur. Ergo parum caute Turr. Herm. alii novissimi: *Ἄρ' οὖν,. ἣν νῦν δὴ λ.* Pro *ἐλέγομεν*, quod tuetur Vind. 6. Flor. f. s. et rec. Coisl., vett. editt. *λέγομεν*. Dein *ἡ ἰατρικὴ* Clark. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΣ*. Coisl. Par. BCVW. Bodl. Aug. Meerm. Vind. 1. 2. 6. 7. Flor. a. c. d. f. m. Legebatur *ἰατρικήν*. Verbum *ποιεῖ* post *καμνόντων* om. Clark. Coisl. Flor. BCEFVW. Vind. 6. Flor. a. c. f. m. o. s. Num igitur in his libris pro *εἶναι* scriptum fuit *ποιεῖ*? Nam *ποιεῖ* parum commode ex antegressis intelligi facile sentias, quum nova argumentationis pars ordiatur. Iniuria igitur illud delevit Hermann.

σας. ΜΕΝ. τίνος δὴ οἴει; Sympos. p. 202. B., ubi v. annot.

οἳ δηλοῦσι τοὺς κάμν.] I. e. *δηλοῦσι, ὡς ἂν οἱ κάμνοντες διαιτώμ. ὑγιαίνοιεν,* noto attractionis genere, de quo praeter alios v. interpp. ad Thucyd. I. c. 93. II. c. 45. Aristaen. Libr. I. Ep. 5. 17. Matthiae. Gr. §. 296. Platonica collegit Heusdius Specim. crit. p. 51 seqq.

ἣν νῦν δὴ ἐλέγομεν] Quod vulgo legebatur *ἣν νῦν δὴ λέγομεν*, id quoniam significat: *welche wir eben jetzt meinen*, quam nunc ipsum dicimus, ferri nullo modo potest. Nam de medendi arte paullo ante loquutus erat Socrates; in sermone proxime praecedenti dicendi artem memoravit. Itaque verum est *ἐλέγομεν*, quod restituendum vidit Heindorfius.

P. 450. *οὕτως ἔχουσιν· ἑκάστη αὐτῶν π. λ.*] Haec *ἀσυνδέτως* adduntur propterea, quod continent verborum antecedentium explicationem. Sympos. p. 218. C: *ἐγὼ δὲ οὑτωσὶ ἔχω· πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναί σοι μὴ οὐ καὶ τοῦτο χαρίζεσθαι.* Apolog. Socrat. p. 25. A: *ἦ καὶ περὶ ἵππους οὕτω σοι δοκεῖ ἔχειν; οἱ μὲν βελτίους ποιοῦντες αὐτοὺς κ. τ. λ.* Infra p. 459. B. Plurima huius generis exempla notavimus Indic. ad Vol. I. s. v. Asyndeton.

τέχνη. ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩ. Τί οὖν δή ποτε τὰς ἄλλας τέχνας οὐ ῥητορικὰς καλεῖς, οὔσας περὶ λόγους, εἴπερ ταύτην ῥητορικὴν καλεῖς, ἣ ἂν ᾖ περὶ λόγους; ΓΟΡ. Ὅτι, ὦ Σώκρατες, τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν περὶ χειρουργίας τε καὶ τοιαύτας πράξεις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πᾶσά ἐστιν ἡ ἐπιστήμη, τῆς δὲ ῥητορικῆς οὐδέν ἐστι τοιοῦτον χει-
C ρούργημα, ἀλλὰ πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ ἡ κύρωσις διὰ λόγων ἐστί. διὰ ταῦτ' ἐγὼ τὴν ῥητορικὴν τέχνην ἀξιῶ εἶναι περὶ λόγους, ὀρθῶς λέγων, ὡς ἐγώ φημι.

Cap. V. ΣΩ. Ἆρ' οὖν μανθάνω, οἵαν αὐτὴν βούλει καλεῖν; τάχα δὲ εἴσομαι σαφέστερον. ἀλλ' ἀπόκριναι.

P. 450. B. *τὰς ἄλλας τέχνας*] Voc. *τέχνας* om. Ald. Bas. 1. Steph. invitis codd. Recte illud iam ed. Bas. 2. tuetur.

C. *Πασῶν δέ, οἶμαι*] *δέ* Vat. Δ. Bodl. pro vulg. *δή*. Proximum *τῶν* om. Vat. Δ. Ven. Ξ Σ. Bodl. Vind. 2. 7. Aug. Meerm.

B. *περὶ χειρουργίας — χειρούργημα*] Schol.: *χειρούργημα καὶ κύρωσις οὐκ εἴρηται· αἱ δὲ λέξεις Γοργίου ἐγχώριοι. Λεοντῖνος γὰρ ἦν.* Deinde formula *ὡς ἔπος εἰπεῖν* referenda est ad proximum *πᾶσα*, propemodum omnis, ut p. 501. A. Mox D: *αἳ διὰ λόγου πᾶν περαίνουσι καὶ ἔργον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ οὐδενὸς προσδέονται ἢ βραχέος πάνυ.* Phaedon. p. 66. A: *ἀπαλλαγεὶς ὀφθαλμῶν τε καὶ ὤτων καί, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ξύμπαντος τοῦ σώματος.* Apolog. Socr. p. 17. A: *καίτοι ἀληθές γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν εἰρήκασι.* Male Findeisen. interpretatur ut brevi dicam. Nec melius Astius: omnino, prorsus, reapse.

Cap. V. C. *Ἆρ' οὖν μανθάνω — καλεῖν;*] Num igitur intelligo, qualem eam dicere velis? i. e. nondum mihi videor satis intelligere, qualem eam dicas. Nam eadem est particulae *ἆρα* ratio, quae Latinae num, ut ibi usurpetur, ubi responsio exspectatur negans id, de quo erat interrogatum. Quamquam alias, imprimis cum *οὖν* iuncta, etiam sic ponitur, ut affirmans responsio sequi debeat. v. Hermann. ad Viger. p. 823. Itaque prave olim edidit Heindorf. *Ἄρ' οὖν*, ipsi postea improbatum, ut apparet ex eius annot. ad Protagor. §. 27. Coraes, quum non perspectam haberet vim huius interrogationis, invitis libris omnibus edidit *Ἀλλ' οὐ μανθάνω*, quod ipsum vulgata lectione significatur. Neque Astius verum pervidit, qui haec Latine converterit sic: sane intelligo, qualem velis ipsam dicere, quam interpretationem sic defendere conatus est, ut *ἆρ' οὖν* diceret positum esse extra interrogationem, quod, ut apud poetas fieri possit, apud prosae orationis scriptores fieri non potest. Et hoc si scriptor voluisset, profecto non potuisset addere haec: *τάχα δὲ εἴσομαι σαφέστερον*, qua formula indicari constat dubiam adhuc rei conditionem incertumque eventum. Euthyphr. p. 10. A: *σκεπτέον. οἶμαι μέντοι ἔγωγε τοῦτο νυνὶ καλῶς λέγεσθαι. ΣΩ.*

εἰσὶν ἡμῖν τέχναι· ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Πασῶν δέ, οἶμαι, τῶν τεχνῶν τῶν μὲν ἐργασία τὸ πολύ ἐστι καὶ λόγου βραχέος δέονται, ἔνιαι δὲ οὐδενός, ἀλλὰ τὸ τῆς τέχνης περαίνοιτο ἂν καὶ διὰ σιγῆς, οἷον γραφικὴ καὶ ἀνδριαντοποιία καὶ ἄλλαι πολλαί. τὰς τοιαύτας μοι δοκεῖς D
λέγειν, περὶ ἃς οὐ φῂς τὴν ῥητορικὴν εἶναι. ἦ οὔ; ΓΟΡ. Πάνυ μὲν οὖν καλῶς ὑπολαμβάνεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἕτεραι δέ γέ εἰσι τῶν τεχνῶν, αἳ διὰ λόγου πᾶν περαίνουσι καὶ ἔργου, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ οὐδενὸς προςδέονται ἢ βραχέος πάνυ, οἷον ἀριθμητικὴ καὶ λογιστικὴ καὶ γεωμετρικὴ καὶ πεττευτική γε καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι, ὧν

D. *οἷον ἀριθμητικὴ καὶ λογιστικὴ*] Ante *ἀριθμητικὴ* articulum *ἡ* om. Vind. 1. 2. 7. Coisl. Sed ante *λογιστικὴ* et *γεωμετρικὴ* et *πεττευτικὴ* codd. omnes exceptis Par. E. Flor. f. x. Vind. 6. eundem ignorant. Quater eum sustulimus. v. annot.

τάχ', ὦ 'γαθέ, βέλτιον εἰσόμεθα. Sophist. p. 247. D: *τὸ ποῖον δή; λέγε, καὶ τάχα εἰσόμεθα.* Min. p. 314. C: *τάχα δὲ ἄμεινον εἰσόμεθα ὧδε.* Significat autem *τάχα* in hac formula statim, mox, usu apud prosae orationis scriptores rariore, v. Ruhnken. ad Tim. p. 151. Lennep. ad Phalar. Ep. 95. p. 267. Grammat. ap. Bekker. Anecdot. T. I. p. 309: *τάχα παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἀντὶ τοῦ ταχέως· παρὰ δὲ τοῖς ῥήτορσι τὰ πολλὰ εὑρίσκεται ἀντὶ τοῦ ἴσως κείμενον.* Pro *ἴσως* dictum etiam hoc loco accepit Coraes, repugnante constanti usu scriptorum veterum, quem praeclare illustravit Fritschius Quaest. Luciann. p. 70. seq. Accedit quod pro *τάχα* passim etiam *αὐτίκα* dicitur, veluti ap. Eurip. Heraclid. v. 268: *πειρώμενος δὴ τοῦτό γ' αὐτίκ' εἴσομαι.* cfr. infra p. 466. A.

Πασῶν δέ, οἶμαι, τ. τ. τῶν μὲν — ἔνιαι δὲ οὐδενός] Post *τῶν μὲν* inferri debuit *τῶν δὲ οὔ*, sed mutatur structurae tenor propter interiecta verba *καὶ λόγου βραχέος δέονται.* Quod *ἔνιαι δέ* post *αἱ μέν* subiicitur, id nihil habet insolentiae. v. Matth. Gr. §. 288. 6. Neque hodie quisquam haerebit in genitivo *πασῶν τῶν τεχνῶν*, quem Findeisen. ab omissa praepositione *περί* pendere opinabatur. Vide, si tanti est, Matth. l. c. annot. 1.

D. *Πάνυ μὲν οὖν καλῶς ὑπολαμβάνεις*] Ne quis post *πάνυ μὲν οὖν* colo distinguendum putet, saepissime hae voces cum reliqua oratione una continuatione et perpetuitate coniunguntur. v. ad Phaedon. p. 82. A. Mox Coraes correxit *διὰ λόγου τὸ πᾶν περαίνουσι*, comparans p. 451. C: *ὅτι καὶ αὕτη λόγῳ κυροῦται τὰ πάντα.* ibid. B: *ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγῳ τὸ πᾶν κυρουμένων.* ibid. D: *τῶν λόγῳ τὰ πάντα διαπραττομένων.* Sed in his locis articulus recte additur propterea, quod respicitur ad superiora, in quibus eadem sententia iam proposita erat; hic illo non opus est, quoniam res primum commemoratur, et *πᾶν περαίνουσι* significat unumquodque perficiunt.

οἷον ἀριθμητικὴ καὶ λο-

ἔνιαι σχεδόν τι ἴσους τοὺς λόγους ἔχουσι ταῖς πράξεσιν,
αἱ δὲ πολλαὶ πλείους καὶ τὸ παράπαν πᾶσα ἡ πρᾶξις
E καὶ τὸ κῦρος αὐταῖς διὰ λόγων ἐστί. τῶν τοιούτων τινά
μοι δοκεῖς λέγειν τὴν ῥητορικήν. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις.
ΣΩ. Ἀλλ' οὔτοι τούτων γε οὐδεμίαν οἶμαί σε βούλεσθαι
ῥητορικὴν καλεῖν, οὐχ ὅτι τῷ ῥήματι οὕτως εἶπες, ὅτι
ἡ διὰ λόγου τὸ κῦρος ἔχουσα ῥητορική ἐστι, καὶ ὑπο-
λάβοι ἄν τις, εἰ βούλοιτο δυσχεραίνειν ἐν τοῖς λόγοις,
Τὴν ἀριθμητικὴν ἄρα ῥητορικήν, ὦ Γοργία, λέγεις; ἀλλ'
οὐκ οἶμαί σε οὔτε τὴν ἀριθμητικὴν οὔτε τὴν γεωμετρίαν
451 ῥητορικὴν λέγειν. ΓΟΡ. Ὀρθῶς γὰρ οἴει, ὦ Σώκρατες,
καὶ δικαίως ὑπολαμβάνεις.

ἔνιαι σχεδόν τι ἴσους] V. *γε ἴσους* invitis codd.

E. *λέγειν τὴν ῥητορικήν*] *λέγειν καὶ τὴν ῥ.* Sed *καὶ* om. codd. omnes praeter Ven. Ξ.

Ἀλλ' οὔτοι τούτων γε] V. *οὔτι.* Sed *οὔτοι* Par. I., quod dedit Bekker. Recte.

δυσχεραίνειν ἐν τοῖς λ.] *ἐν* addidi ex Par. I. et Flor. x.

P. 451. *Ἴθι νῦν καὶ σὺ*] Bekker. ex uno Par. I. dedit *ἴθι*

γιστικὴ κ. τ. λ.] Artium nomina articulo carere posse nota hodie res est. v. Schaefer. Melet. crit. p. 5. Heindorf. ad Sophist. p. 442. Plurimi iique optimi codd. eum voci *ἀριθμητικὴ* praemittunt, ante cetera nomina omittunt, probante Bekkero. — Quod vero dicitur *καὶ πεττευτική γε,* mentio huius artis ideo extollitur, quia vel maxime cum actione coniuncta videri possit. De *καὶ — γε* in plurium rerum enumeratione usurpato v. ad Hipp. Mai. p. 301. A.

καὶ τὸ κῦρος αὐταῖς] Olympiod. Ms. *ἰδού, ἐπειδὴ Σωκράτης ὁ λέγων οὐκ εἶπε κύρωσις* (quod erat Siculorum linguae proprium), *ἀλλὰ κῦρος.*

E. *Ἀλλ' οὔτοι τούτων γε οὐδ.*] Neque tamen profecto harum ullam te existimo velle rhetoricam vocare. De *οὔτοι — γε* v. Hermann. ad Viger. p. 803 seq. — *οὐχ ὅτι τῷ ῥήματι,* quamquam verbis ita dixisti, ut recte interpretatur Heindorf. — De *οὐχ ὅτι,* quamquam, v. Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 775 seq. Matth. Gr. §. 624. 3. c. Formula *τῷ ῥήματι* respondet nostro *dem Ausdrucke nach, den Worten nach,* atque opponitur *τῷ ἀληθεῖ.* Theaet. p. 166. D: *τὸν δὲ λόγον αὖ μὴ τῷ ῥήματί μου δίωκε, ἀλλ' ὧδε ἔτι σαφέστερον μάθε, τί λέγω.* Infra p. 489. B. Comparavit Heindorfius praeterea Phaedon. p. 102. B. De Republ. I. p. 340. D. Sic Euthydem. p. 304. E: *οὕτω γάρ πως καὶ εἶπε τοῖς ὀνόμασιν,* ubi v. ann. Aliam explicationis rationem iniit Astius ad Polit. p. 363., qui in universum, *im Allgemeinen,* interpretatur.

εἰ βούλοιτο δυσχεραίνειν

Cap. VI. *ΣΩ.* *Ἴθι νῦν καὶ σὺ τὴν ἀπόκρισιν ἣν ἠρόμην διαπέρανον. ἐπεὶ γὰρ ἡ ῥητορικὴ τυγχάνει μὲν οὖσα τούτων τις τῶν τεχνῶν τῶν τὸ πολὺ λόγῳ χρωμένων, τυγχάνουσι δὲ καὶ ἄλλαι τοιαῦται οὖσαι, πειρῶ εἰπεῖν, ἡ περὶ τί ἐν λόγοις τὸ κῦρος ἔχουσα ῥητορική ἐστιν. ὥςπερ ἂν εἴ τίς με ἔροιτο ὧν νῦν δὴ ἔλεγον περὶ ἡςτινοςοῦν τῶν τεχνῶν, Ὦ Σώκρατες, τίς ἐστιν ἡ ἀριθμητικὴ τέχνη; εἴποιμ' ἂν αὐτῷ, ὥςπερ σὺ ἄρτι, ὅτι τῶν* B
διὰ λόγου τις τὸ κῦρος ἐχουσῶν. καὶ εἴ με ἐπανέροιτο· Τῶν περὶ τί; εἴποιμ' ἄν, ὅτι τῶν περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν [γνῶσις], ὅσα ἂν ἑκάτερα τυγχάνοι ὄντα. εἰ δ' αὖ ἔροιτο· Τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἄν, ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγῳ τὸ πᾶν κυρουμένων.

οὖν καὶ σύ. Eam scripturam tenet etiam Flor. x. cum edit. Bas. 2. Sed v. ann.

ἡ ῥητορικὴ τυγχάνει] *ἡ* om. Clark. Coisl. Par. EFB. Vind. 6.

B. *περιττὸν [γνῶσις]*] Recte Bekkerus voc. *γνῶσις* ut suspectam uncis inclusit. Dein pro vulg. *τυγχάνῃ* eiusdem auctoritate ex Par. VW. Flor. m. reposuimus *τυγχάνοι.* Multi libri *τυγχάνει.*

τῶν λόγῳ τὸ πᾶν κ.] Heindorf. coni. *τῶν λόγῳ τις τὸ π.*

ἐν τοῖς λ.] si quis vellet verba tua premere et male interpretari neque sic accipere, quomodo vis. Vett. editt. *δυςχεραίνειν τοῖς λόγοις,* quod ineptum est, siquidem formula nunc non significat moleste ferre sermones, quod foret *δυςχεραίνειν τοὺς λόγους* vel *τοῖς λόγοις* (Isocrat. Panath. 275. A.), sed morosum esse ac difficilem in disserendo ideoque uti calumniis. Recepi igitur *ἐν* ex codd. aliquot, quod excidisse suspicabatur Heindorfius. Similiter infra p. 483. A: *κακουργεῖς ἐν τοῖς λόγοις.* Atque eadem prorsus verbi constructio reperitur Lysid. p. 214. E: *Ὁ γὰρ λόγος ἡμῖν σημαίνει, ὅτι οἳ ἂν ὦσιν ἀγαθοί. Πάνυ γε, ἔφη, δοκεῖ. Καὶ ἐμοί, ἦν δ' ἐγώ, καίτοι δυςχεραίνω τί γε ἐν αὐτῷ.* Sensum verborum recte declaravit Olympiodorus: *εἴ τις θέλει δυςχεραίνειν καὶ φιλονεικεῖν, ὑπολάβοι ἄν σε τὴν ἀριθμητικὴν ῥητορικὴν λέγειν, ἐπειδὴ κἀκείνη περὶ λόγους· ἐγὼ δὲ οὐκ οἶμαί σε τοῦτο λέγειν.*

Cap. VI. P. 451. *Ἴθι νῦν καὶ σὺ τὴν ἀποκρ.*] Age, quum ego iam mentem ac sententiam meam declaraverim, nunc tu quoque tuum fac et absolve id, quod interrogavi. Nihil in his sollicitandum ac tenenda omnino optimorum librorum scriptura, quam alii corruperunt pro *νῦν* reponentes *οὖν.* Scilicet hos offendit *Ἴθι* sic nude positum.

B. *ὅτι τῶν περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν [γνῶσις]*] Intellige ex superioribus *τὸ κῦρος ἐχουσῶν.* Ineptum est *γνῶσις,* quamvis in omnibus libris repertum.

καὶ εἰ ἐπανέροιτο, Ἡ περὶ τί; εἴποιμ' ἂν ὥςπερ οἱ ἐν τῷ
C δήμῳ συγγραφόμενοι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ ἡ λογιστικὴ ἔχει· περὶ τὸ αὐτὸ γάρ ἐστι, τό τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν· διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα πῶς ἔχει πλήθους ἐπισκοπεῖ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον ἡ λογιστική. καὶ εἴ τις τὴν ἀστρονομίαν ἀνέροιτο, ἐμοῦ λέγοντος, ὅτι καὶ αὕτη λόγῳ κυροῦται τὰ πάντα, Οἱ δὲ λόγοι οἱ τῆς ἀστρονο-

Ἡ περὶ τί; εἴποιμ' ἄν] ἡ accessit e Clark. Vat. Δ. Coisl. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCEFVW. Bodl. Aug. Meerm. Flor. a. b. c. d. m. o. x.

C. καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ ἡ λογιστικὴ] Ante ἡ λογιστικὴ vulgo καὶ inserebatur, quod codd. fere omnes cum Aldo omittunt. Dein πρὸς αὑτὰ pro πρὸς αὐτὰ de Heindorfii sententia scripsimus.

ὥςπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι] Scholiasta ad h. l.: Ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπὶ τῇ τῶν ψηφισμάτων ἢ νόμων εἰςηγήσει ὁ κήρυξ ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου ψηφίσματος ἢ νόμου τό τε ὄνομα τοῦ ψηφιζομένου καὶ τιθέντος τὸν νόμον καὶ δὴ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ δήμου ἔλεγεν, οἷον, Δημοσθένης Δημοσθένους, Παιανιεύς, ψηφίζεται τάδε. Εἰ δὲ ἔμελλε πάλιν ὁ αὐτὸς ψηφίζεσθαι, ἔλεγεν ὁ κήρυξ, ἵνα μὴ περιττολογῇ· Τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ταὐτά, ψηφίζεται δὴ καὶ τάδε. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τοῦδε· Τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ καὶ ἡ λογιστικὴ ἔχει. Olympiodorus: πάλαι εἰ εἶχέ τις ψήφισμα ἢ νόμον ἢ ἄλλο τι εἰπεῖν, ὁ κήρυξ ἔλεγε τό τε ὄνομα αὐτοῦ καὶ τὸν δῆμον καὶ τὸν πατέρα, οἷον, Δημοσθένης Δημοσθένους, Παιανιεύς. Εἰ τοίνυν πλείονα εἶχεν ἀναγνῶναι ψηφίσματα, ἐν τῷ α' ψηφίσματι ὁ κήρυξ ἔλεγε τὸ ὄνομα τοῦ γράψαντος καὶ τοῦ πατρὸς τούτου καὶ τοῦ δήμου· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς ψηφίσμασιν, ἵνα μὴ περιττολογῇ, ἔλεγε τὰ μὲν ἄλλα ὁμοίως κ. τ. λ. Ad verba scholiastae Coraes Addend. p. 361. ita commentatur: „Διατελῶ, inquit, οὐδὲν ἧττον ἀγνοῶν, τίνες εἰσὶν „οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι". Μῶν λέγει τοὺς ἐργολάβους (entrepreneurs), τουτέστι τοὺς παρὰ τοῦ δήμου ἔργου τινὸς δημοσίου, οἷον τειχῶν, λιμένων, νεωρίων, τριήρων, κατασκευὴν μισθοῦ λαμβάνοντας· τούτους γὰρ εἰκὸς συγγραφὴν πρὸς τοὺς ἐργοδότας ποιεῖσθαι, ὁρίζουσαν πάνθ' ἃ προςεῖναι τῷ ἔργῳ ἔδει, καὶ ὧν μὴ προςόντων, ἐξῆν τοῖς ἐργοδόταις ἀπείπασθαι τὸν μισθόν. Οἷον ἐγίνετο καὶ ἐπὶ τῶν ἰδίων, ὡς ἔστι συλλογίσασθαι ἐξ ὧν Δημοσθένης (περὶ στεφ. σελ. 268.) φησίν· Ἔπειτα σύ, τοιαῦτα ποιῶν, λέγεις, ἃ δεῖ προςεῖναι τῷ δημοτικῷ, ὥςπερ ἀνδριάντα ἐκδεδωκὼς κατὰ συγγραφήν, εἶτ', οὐκ ἔχοντα ἃ προςῆκεν ἐκ τῆς συγγραφῆς, κομιζόμενος." Conf. Boeckh. ad Inscriptt. Att. I. num. 84. p. 124: „Formula τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ τῇ βουλῇ (δοκεῖ) usitata. — Hinc explicandus Plato Gorg. p. 451. B., quae nec schol. nec interpp. recte intellexerunt." Cogitandum de scribis publicis, de quibus v. Schoemann. De Comitiis publ. p. 118. Diversum est Phaedon.

μίας, εἰ φαίη, περὶ τί εἰσιν, ὦ Σώκρατες; εἴποιμ' ἄν, ὅτι περὶ τὴν τῶν ἄστρων φορὰν καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, D πῶς πρὸς ἄλληλα τάχους ἔχει. ΓΟΡ. Ὀρθῶς γε λέγων σύ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ σύ, ὦ Γοργία. τυγχάνει μὲν γὰρ δὴ ἡ ῥητορικὴ οὖσα τῶν λόγῳ τὰ πάντα διαπραττομένων τε καὶ κυρουμένων τις. ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Λέγε δὴ τῶν περὶ τί; * τί * ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων, περὶ οὗ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσίν, οἷς ἡ

D. *ἡ ῥητορικὴ οὖσα*] V. *οὖσα ἡ ῥητορική*, quem verborum ordinem libri paucissimi neque ii optimi tuentur. Dein pro *κυρουμένων τις* Clark. Par. F W. Vind. 6. *κυρομ. τινῶν*, errore. Hermann. *τις* ut suspectum seclusit.

*περὶ τί; * τί * ἐστι τ.*] Alterum *τί* de coniectura Heindorfii inserui. Heusdius *τῶν* ante *περὶ τί* deleri et *περὶ* ante *τὰ μέγιστα* addi voluit. Dein Hirschig. em. *περὶ ὅ οὗτοι.*

p. 102. D: *ἔοικά γε καὶ ξυγγραφικῶς ἐρεῖν.*

C. *περὶ τὸ αὐτὸ γάρ ἐστι, τό τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν*] Deerat vulgo post *ἐστι* interpunctio, quam perspicuitatis caussa restituendam putavimus. Nam haec: *τό τε ἄρτιον κ. τὸ περιττόν*, per appositionem adiecta sunt pronomini *αὐτό*. Proxima connectas sic: *ὅτι ἡ λογιστικὴ ἐπισκοπεῖ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον, πῶς ἔχει πλήθους καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα.* Ad haec optime scholiastes: *πρὸς αὑτά· ὡς ὅταν ἄρτιος πρὸς ἄρτιον ἢ περιττὸς πρὸς περιττὸν πολλαπλασιασθῇ· πρὸς ἄλληλα δέ, ὅταν περιττὸς καὶ ἄρτιος ἢ ἀνάπαλιν.*

διαφέρει δὲ τοσοῦτον —] De arithmeticae et logisticae discrimine audias Schol. ad Charmid. p. 165. E: *λογιστική ἐστιν ἡ θεωρία τῶν ἀριθμητῶν, οὐχὶ δὲ τῶν ἀριθμῶν μεταχειριστική, οὐ τὸν ὄντως ἀριθμὸν λαμβάνουσα, ἀλλ' ὑποτιθεμένη τὸ μὲν ἓν ὡς μονάδα, τὸ δὲ ἀριθμητὸν ὡς ἀριθμόν, οἷον τὰ τρία τριάδα εἶναι καὶ τὰ δέκα δεκάδα· ἐφ' ὧν ἐπάγει τὰ κατὰ ἀριθμητικὴν θεωρήματα κ. τ. λ.* Optime de veterum Graecorum *λογιστικῇ* et *ἀριθμητικῇ* disseruit vir praestantissimus Otto Schulzius ad interpret. German. Diophanti p. XLVII seq.

Οἱ δὲ λόγοι οἱ τῆς ἀστρονομίας, εἰ φαίη, περὶ τί εἰσιν —;] Recte Heindorfius iudicavit his verbis superiora illa: *καὶ εἴ τις τὴν ἀστρονομίαν ἀνέροιτο*, explicatius repeti et inculcari. — *Οἱ λόγοι τῆς ἀστρονομίας* sunt *οἱ λόγοι, οἷς ἡ ἀστρονομία χρῆται*, ut patet e §. D., ut non probanda sit lectio quorundam librorum *Οἱ δὲ λόγοι οἱ περὶ τῆς ἀστρονομίας.*

D. *Ὀρθῶς γε λέγων σύ*] Quod *γε* in Flor. d. et Paris. I. omissum et in Flor. b. in *γὰρ* mutatum est, id constanti repugnat Platonis consuetudini. Sympos. p. 174. E: *καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σύ.* Charmid. p. 156. A: *καλῶς γε σύ, ἦν δ' ἐγώ, ποιῶν.* Sed vide quae collegerunt Wyttenbach. Epist. crit. p. 26 seq. Heindorf. ad Charmid. p. 26. Astius ad Phaedr. p. 253. coll. nostra annotat. ad Sympos. p. 26 seq. Theaet. p. 181. D. De proximis conf. Alcibiad. I. p. 108. C: *ἴθι καὶ σύ· — εἰπὲ πρῶτον, τίς ἡ τέχνη.* De Rep. IX, 577. C: *ἴθι δή μοι.*

Λέγε δὴ τῶν περὶ τί; τί

ῥητορικὴ χρῆται; ΓΟΡ. Τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὦ Σώκρατες, καὶ ἄριστα.

Cap. VII. ΣΩ. Ἀλλ', ὦ Γοργία, ἀμφισβητήσιμον
E καὶ τοῦτο λέγεις καὶ οὐδέν πω σαφές. οἴομαι γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς συμποσίοις ᾀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκολιόν, ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ᾄδοντες, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστι, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι, τρίτον δέ, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ, τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. ΓΟΡ. Ἀκήκοα γάρ· ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτο λέγεις; ΣΩ.
452 Ὅτι σοι αὐτίκ' ἂν παρασταῖεν οἱ δημιουργοὶ τούτων ὧν ἐπῄνεσεν ὁ τὸ σκολιὸν ποιήσας, ἰατρός τε καὶ παιδοτρίβης καὶ χρηματιστής, καὶ εἴποι πρῶτον μὲν ὁ ἰατρός, ὅτι, Ὦ Σώκρατες, ἐξαπατᾷ σε Γοργίας· οὐ γάρ ἐστιν

E. *οἴομαι γάρ σε ἀκηκ.*] *οἶμαι* Ven. ΞΣ. Par. I. Vind. 6. Aug. Meerm. Flor. x. De utriusque formae discrimine ambigunt grammatici. v. Thomas Mag. p. 645. Phavorin. c. 1340, 55. Fischer. ad Weller. III, 1. p. 139. Buttmann. Gr. amplior. II. p. 195. Matthiae. Gr. T. I. s. v. Schaefer. ad Demosthen. Appar. IV. p. 102. Benseler. ad Isocrat. Areopagit. p. 75 seqq. Illud exploratum habemus, in parenthesi et responsione unice *οἶμαι*, formam contractam, usurpari, alias utramque formam regnare, hoc tamen discrimine, ut *οἴομαι*, sicuti ambitu et litteris, ita etiam vi et gravitate videatur esse ponderosius. Quamquam hoc ipsum saepenumero e scribentium sensu suspensum est.

τρίτον δέ] *τὸ τρίτον δέ* Vind. 2. 6.

ὥς φησιν ὁ π. τοῦ σκολιοῦ] Eiecta haec vult Hirschig.

ἐστι τοῦτο —;] Alterum *τί*, quod in libris deest, de praeclara Heindorfii coniectura restituimus. P. 451. B: *καὶ εἴ με ἐπανέροιτο, τῶν περὶ τί;* Apte sic Gorgias respondet: *τὰ μέγιστά τ. ἀνθρ. κ. τ. λ.* Flor. f. s. habent *Λέγε δή, τί ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων;* quod Astio placet; nobis ex correctione ortum videtur.

Cap. VII. E. *τοῦτο τὸ σκολιόν, ἐν ᾧ —*] Schol. *τὸ σκολιὸν τοῦτο οἱ μὲν Σιμωνίδου* (v. Clem. Al. Strom. IV. p. 573. Theodoret. Serm. II. p. 63 seq.) *φασίν, οἱ δὲ Ἐπιχάρμου. ἔστι δὲ τοιοῦτον· Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ· Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι· Τὸ δὲ τρίτον πλουτεῖν ἀδόλως· Τέταρτον δὲ ἡβᾶν μετὰ φίλων. Τοῦτο δὲ τὸ τελευταῖον παραλέλειπται ὡς μὴ πρὸς ὃ βούλεται Πλάτων χρήσιμον ὄν.* v. Ilgen. Scol. p. 25 seq. Grotefend. in Schweighaeus. Animadv. ad Athen. XV. c. 14. T. VIII. p. 262. Iacobs ad Antholog. Gr. T. I. p. 208 seq. Schneidewin. Simon. Reliq. p. 54 seq. Argumentum huius scolii Plato affert etiam Legg. I. p. 631. C. II. p. 661. A. coll. IX. 870. B., attingit Euthydem. p. 279. A. B. Phileb. p. 48. D. seqq.

P. 452. *ἰατρός τε καὶ παιδοτρίβης*] Quod Heindorfius putabat scribendum esse ὁ

ἡ τούτου τέχνη περὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἡ ἐμή. εἰ οὖν αὐτὸν ἐγὼ ἐροίμην· Σὺ δὲ τίς ὢν ταῦτα λέγεις; εἴποι ἂν ἴσως, ὅτι Ἰατρός. Τί οὖν λέγεις; ἦ τὸ τῆς σῆς τέχνης ἔργον μέγιστόν ἐστιν ἀγαθόν; Πῶς γὰρ οὔ, φαίη ἂν ἴσως, ὦ Σώκρατες, ὑγίεια; τί δ' ἐστὶ μεῖζον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑγι- B
είας; Εἰ δ' αὖ μετὰ τοῦτον ὁ παιδοτρίβης εἴποι, ὅτι Θαυμάζοιμι τἄν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτός, εἴ σοι ἔχοι Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὑτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς, εἴποιμ' ἂν αὖ καὶ πρὸς τοῦτον· Σὺ δὲ δὴ τίς εἶ, ὦ ἄνθρωπε; καὶ τί τὸ σὸν ἔργον; Παιδοτρίβης, φαίη ἄν, τὸ δ' ἔργον μού ἐστι καλούς τε καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ σώματα. Μετὰ δὲ τὸν

πρὸς τί τοῦτο λέγεις;] V. *λέγεις τοῦτο,* quod est etiam in Par. EF. Flor. b. f. et Bodl. Routhii.

P. 452. *αὐτίκ' ἂν παρασταῖεν*] *ἂν* om. Clark. Par. EFIW. Vind. 6. Flor. f. s. errore.

ὦ Σώκρ., ὑγίεια] Voc. *ὑγίεια* male suspectat Hirschig.

B. *Θαυμάζοιμι τἄν*] V. *τ' ἄν.* Inde cum Hermanno fecimus *τἄν,* i. e. *τοι ἄν,* Bekkerus invitis libris *γ' ἄν,* aliis assentientibus. Dein *ἔχοι Γοργίας* Clark. Coisl. Par. BCFV. Flor. a. c. d. m. o. et corr. Vat. Δ. Vind. 1. Sed recte se habet etiam indicativus, quamquam cedendum cum Herm. librorum plurimorum auctoritati.

Μετὰ δὲ τὸν παιδοτρ.] Pro vulg. *δή,* cui certe in hac enumeratione non est locus, suppeditarunt Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 7. Meermann. *δέ,* quod nuperrime rursus expulsum videmus.

ἰατρός τε κ. π., inserto articulo, vere monuit Buttmannus huic coniecturae obstare positum voculae *τε,* quae ita collocari debuerit: *ὅ τε ἰατρὸς καὶ π.* Olympiodorus: *τὸν παιδοτρίβην μετὰ τὸν ἰατρὸν εἶπεν, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἰατρὸς περὶ τὰ στοιχεῖα αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ καταγίγνεται, ὁ δὲ παιδοτρίβης περὶ τὴν σύνθεσιν αὐτῶν καὶ τὴν τοιάνδε τῶν μορίων συνθήκην καὶ τὸ κάλλος αὐτῶν.* v. ad Criton. p. 47. B.

B. *εἴ σοι ἔχοι Γοργίας—*] Inviti paene cessimus librorum auctoritati optativum pro indicativo *ἔχει* vulgo perscripto exhibentium. Nam indicativo servato hoc dicitur: Mirer sane, si revera Gorgias, ut tu quidem ais, maius aliquod bonum suae artis ostendere possit. Apolog. Socrat. p. 25. B: *πολλὴ γὰρ ἄν τις εὐδαιμονία εἴη περὶ τοὺς νέους, εἰ εἷς μὲν μόνος αὐτοὺς διαφθείρει, οἱ δ' ἄλλοι ὠφελοῦσιν.* Ibid. p. 30. B. p. 37. B. al., qui loci huic nostro omni ex parte similes sunt. Loquitur vero paedotribes ita, ut collocutoris mentem potius quam suam ipsius opinionem respiciat. Germanice prorsus eodem modo dixeris: *Wundern würde auch ich mich, wenn Gorgias wirklich ein grösseres Gut aufzeigen kann.* Sed v. ad Apolog. p. 25. C. Matth. Gr. §. 524. 1.

παιδοτρίβην εἴποι ἂν ὁ χρηματιστής, ὡς ἐγῷμαι, πάνυ
C καταφρονῶν ἁπάντων, Σκόπει δῆτα, ὦ Σώκρατες, ἐάν σοι πλούτου φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὂν ἢ παρὰ Γοργίᾳ ἢ παρ' ἄλλῳ ὁτῳοῦν. φαῖμεν ἂν οὖν πρὸς αὐτόν· Τί δὲ δή; ἦ σὺ τούτου δημιουργός; Φαίη ἄν. Τίς ὤν; Χρηματιστής. Τί οὖν; κρίνεις σὺ μέγιστον ἀνθρώποις ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον; φήσομεν. Πῶς γὰρ οὔκ; ἐρεῖ. Καὶ μὴν ἀμφισβητεῖ γε Γοργίας ὅδε τὴν παρ' αὑτῷ τέχνην μείζονος ἀγαθοῦ αἰτίαν εἶναι ἢ τὴν σήν, φαῖμεν ἂν ἡμεῖς. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ μετὰ τοῦτο ἔροιτ' ἄν· Καὶ
D τί ἐστι τοῦτο τὸ ἀγαθόν; ἀποκρινάσθω Γοργίας. Ἴθι οὖν νομίσας, ὦ Γοργία, ἐρωτᾶσθαι καὶ ὑπ' ἐκείνων καὶ ὑπ' ἐμοῦ, ἀπόκριναι, τί ἐστι τοῦτο, ὃ φῂς σὺ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ σὲ δημιουργὸν εἶναι

C. ἦ σὺ τούτου δημ.] ἦ, vulgo omissum illud, restituerunt Clark. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 2. Par. BCV. Bodl. Aug. Meerm. Flor. a. b. c. d. m.

τὴν παρ' αὑτῷ τέχνην] αὑτῷ Par. V. probante Bekkero.

καταφρονῶν ἁπάντων] Ad haec Olympiod.: ἰδού, οὐκέτι τὸ ἀδόλως προςέθηκεν, ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ χρηματιστὴς λέγει, ὃς πάντων καταφρονεῖ.

C. Καὶ μὴν ἀμφισβητεῖ γε Γ.] Ἀμφισβητεῖν hic est in aliam sententiam discedentem contendere, ut saepe.

D. καὶ σὲ δημιουργὸν εἶναι αὐτοῦ] Deflexit a relativo pronomine ad usum demonstrativi. Debebat enim pergere sic: καὶ οὗ σὲ φῂς δημιουργὸν εἶναι. Sed nihil hoc usitatius, ubi relativum alio casu repetendum esset. Phileb. p. 12. B: ἣν ὅδε Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαί φησι, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα Ἡδονὴν εἶναι. De Republ. p. 505. E: ὃ δὴ διώκει μὲν ἅπασα ψυχὴ καὶ τούτου ἕνεκα πάντα πράττει. Lachet. p. 192. A: ὃ καὶ ἐν τῷ τρέχειν τυγχάνει ὂν ἡμῖν καὶ ἐν τῷ κιθαρίζειν — καὶ σχεδόν τι αὐτὸ κεκτήμεθα, οὗ καὶ πέρι ἄξιον λέγειν κ. τ. λ. Prot. p. 313. B. Buttm. Gr. §. 138. II. 4. Matth. §. 469. — De illo ἅμα μὲν — ἅμα δέ et de Lat. simul — simul v. ad Phaedon. p. 108. D. ed. nostr. — Pro τοῦ ἄλλων ἄρχειν Heindorfius τοῦ τῶν ἄλλων ἄρχειν scribendum coniecit, eamque coniecturam Coraes recepit. Sed etsi Bodl. Routhii pro τοῦ ἄλλων exhibet τῶν ἄλλων, tamen vulgatam lectionem retinendam iudicamus. Quid enim est, quod articulum τῶν in hac sententia abesse non posse cum Heindorfio arbitremur? Estne satis recte dictum, quod Gorgias artem rhetoricam ait hoc efficere, ut aliis imperemus in sua quisque civitate? an ullo argumento effici poterit, ut dicendum fuisse credamus ceteris imperare?

αὐτοῦ; ΓΟΡ. Ὅπερ ἔστιν, ὦ Σώκρατες, τῇ ἀληθείᾳ μέ-
γιστον ἀγαθὸν καὶ αἴτιον ἅμα μὲν ἐλευθερίας αὐτοῖς
τοῖς ἀνθρώποις, ἅμα δὲ τοῦ ἄλλων ἄρχειν ἐν τῇ αὑτοῦ
πόλει ἑκάστῳ. ΣΩ. Τί οὖν δὴ τοῦτο λέγεις; ΓΟΡ.
Τὸ πείθειν ἔγωγ' οἷόν τ' εἶναι τοῖς λόγοις καὶ ἐν δικαστη- E
ρίῳ δικαστὰς καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βουλευτὰς καὶ ἐν ἐκκλη-
σίᾳ ἐκκλησιαστὰς καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντί, ὅςτις ἂν
πολιτικὸς ξύλλογος γίγνηται. καίτοι ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει
δοῦλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρόν, δοῦλον δὲ τὸν παιδοτρίβην·
ὁ δὲ χρηματιστὴς οὗτος ἄλλῳ ἀναφανήσεται χρηματιζό-
μενος καὶ οὐχ αὑτῷ, ἀλλὰ σοὶ τῷ δυναμένῳ λέγειν καὶ
πείθειν τὰ πλήθη.

Cap. VIII. ΣΩ. Νῦν μοι δοκεῖς δηλῶσαι, ὦ Γορ-
γία, ἐγγύτατα τὴν ῥητορικὴν ἥντινα τέχνην ἡγεῖ εἶναι, 453

D. *τοῦ ἄλλων ἄρχειν*] Bodl. Routhii pro *τοῦ ἄλλων* habet
ει
τῶν ἄλλων. Flor. x. *τὴν τῶν ἄλλων ἄρχην.* Heindorf. coni. *τοῦ τῶν ἄλλων.*

Ceterum de hac Gorgiae sententia Phileb. p. 58. A: *ἤκουον μὲν ἔγωγε ἑκάστοτε Γοργίου πολλάκις, ὡς ἡ τοῦ πείθειν (δύναμις) πολὺ διαφέροι πασῶν τεχνῶν· πάντα γὰρ ὑφ' αὑτῇ δοῦλα δι' ἑκόντων, ἀλλ' οὐ διὰ βίας ποιοῖτο καὶ μακρῷ πασῶν ἀρίστη εἴη τῶν τεχνῶν.* Similiter Meno, Gorgiae discipulus, de virtutis natura interrogatus in cognomine dialogo p. 73. C. respondet: *τί ἄλλο γ' ἢ ἄρχειν οἷόν τ' εἶναι τῶν ἀνθρώπων;* conf. Phaedr. p. 268. A.

E. *καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντὶ κ. τ. λ.*] Facile intelligas *τοὺς συλλεγέντας,* neque audiendus est Findeisen., qui *πάντα* vel *πάντας* scribendum coniecit. — *ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει,* hac dicendi facultate instructus, *im Besitz dieser Macht.* conf. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 765. Elmsley. ad Oed. Tyr. v. 140. Segear ad Lucian. Dial. Deor. p. 73. ed. Lehm. Matthiae. Gr. §. 396. ann. 2. — *ὁ δὲ χρηματιστὴς οὗτος* dictum est cum contemtu: fenerator vero iste, quem ceteros omnes despicere dicebas. De hoc usu pronominis *οὗτος* v. Sympos. p. 181. E. Criton. p. 45. A. ibique annot. Deinde ne quem offendat iteratus ille dativus *σοί* post *ἄλλῳ,* apte Heindorfius comparavit p. 521. D. E: *οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους, οὓς λέγω ἑκάστοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον.* Similia legas p. 454. C. 456. D. 464. C. 514. A. Protag. p. 344. D. Legg. II. p. 672. A. VII. 822. A. X. 889. E.

Cap. VIII. *δηλῶσαι — ἐγγύτατα*] H. e. ita ut proxime ad rem accesseris.

καί, εἴ τι ἐγὼ συνίημι, λέγεις, ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορική, καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ. ἢ ἔχεις τι λέγειν ἐπὶ πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι ἢ πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖν; ΓΟΡ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλά μοι δοκεῖς ἱκανῶς ὁρίζεσθαι· ἔστι γὰρ τοῦτο τὸ κεφάλαιον αὐτῆς. ΣΩ. Ἄκουσον δή, ὦ Γοργία. ἐγὼ γὰρ εὖ
B ἴσθ' ὅτι, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, εἴπερ τις ἄλλος ἄλλῳ διαλέγεται βουλόμενος εἰδέναι αὐτὸ τοῦτο, περὶ ὅτου ὁ λόγος ἐστί, καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα· ἀξιῶ δὲ καὶ σέ. ΓΟΡ. Τί οὖν δή, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἐγὼ ἐρῶ νῦν.

P. 453. λέγειν ἐπὶ πλέον] ἔτι Par. IV. Flor. b. cum ed. Bas. 2. Pro ἢ ἔχεις Clark. ἢ ἔχεις, et deinde πειθῷ.

B. εἴπερ τις ἄλλος] εἴπερ τις καὶ ἄλλος Par. I.

περὶ ὅτου ὁ λόγος ἐστί] ὁ om. Vat. Δ. Ven. Σ. et pr. Ξ. Vind. 2. 7. περὶ οὗ ὁ λ. Aug. Meerm. et Routhii Bodl.

P. 453. εἰς τοῦτο τελευτᾷ] Intell. εἰς τὸ πείθειν. Sententia haec est: dicis rhetoricam esse persuadendi opificem omnemque eius operam atque summam ad hoc tamquam ad finem suum referri, ut aliis persuadere possimus quod volumus.— ἐπὶ πλέον — δύνασθαι, an potes dicere ad aliquid plus valere rhetoricam, quam ut animis audientium persuadeatur? Nam ἐπὶ πλέον est plus. v. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 552. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. v. 1255. Heindorf. ad h. l. et ad Phaedon. p. 93. B. Loquendi genus quum alibi, tum hoc loco viros doctos fefellit, quorum in numero fuerunt qui scripturam ἔτι πλέον probarent. Illud τι pertinet ad ἔχεις λέγειν, num qua habes dicere?

ἐγὼ γὰρ εὖ ἴσθ' ὅτι — καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα] Vulgaris ratio exigebat καὶ ἐγὼ εἰμι τούτων εἷς. Sed accusativum cum infinitivo post ὅτι non raro inferri hodie satis constat. v. annot. ad Phaedon. p. 63. C. Matth. Gr. §.538. Rost. §.122. not. 3. Nisi forte infinitivum putare malueris ex ὡς ἐμαυτὸν πείθω esse suspensum, de qua constructione v. ad Phaedrum p. 272. D. Utrumque recte. Deinde vide, an verum sit εἴπερ τις καὶ ἄλλος ἄλλῳ δ. Phaedon. p. 66. A: ἆρ' οὐχ οὗτός ἐστιν — εἴπερ τις καὶ ἄλλος, ὁ τευξόμενος τοῦ ὄντος; ubi v. annot. coll. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 1589 seq.

C. τοῦ οὖν ἕνεκα — αὐτὸς λέγω;] De interrogatione v. infra p. 457. E: τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς κ. τ. λ. Lysias adv. Agorat. p. 99. ed. Bremi: τοῦ δ' ἕνεκα ταῦτα λέγω ὑμῖν; ἵν' εἰδῆτε κ. τ. λ. Protagor. p. 343. B. Menon. p. 97. E. Legg. IV. p. 722. D. Politic. p. 264. C. Quibus addas, si placet, quae ab Heindorfio ad Phaedr. p. 237. D. et a nobis ad Sympos. p. 178. D. collecta sunt. — ὡς μάλιστ' ἂν ἡμ. κ. ποιοῖ, uti nobis maxime

ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς πειθώ, ἥτις ποτ᾽ ἐστὶν ἣν σὺ λέγεις καὶ περὶ ὧντινων πραγμάτων ἐστὶ πειθώ, σαφῶς μὲν εὖ ἴσθ᾽ ὅτι οὐκ οἶδα, οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὑποπτεύω γε ἣν οἶμαί σε λέγειν καὶ περὶ ὧν· οὐδὲν μέντοι ἧττον ἐρήσομαί σε, τίνα ποτὲ λέγεις τὴν πειθὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς καὶ περὶ τίνων αὐτὴν εἶναι. τοῦ οὖν ἕνεκα C δὴ αὐτὸς ὑποπτεύων σε ἐρήσομαι, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὸς λέγω; οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου, ἵνα οὕτω προΐῃ, ὡς μάλιστ᾽ ἂν ἡμῖν καταφανὲς ποιοῖ περὶ ὅτου λέγεται. σκόπει γάρ, εἴ σοι δοκῶ δικαίως ἀνερωτᾶν σε. ὥςπερ ἂν εἰ ἐτύγχανόν σε ἐρωτῶν, τίς ἐστι τῶν ζωγράφων Ζεῦξις,

Ἐγὼ ἐρῶ νῦν] Deerat vulgo Ἐγώ, quod praestant Clark. Coisl. Par. BCFIW. Vind. 1. 2. 6. Flor. a. c. d. f. m. o. s. x. cum ed. Bas. 2. Alterum ἐγώ deest in Par. I.

C. καταφανὲς ποιοῖ] ποιῇ Bas. 2. cum Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. Flor. d. Aug. Meerm. Bodl. Routhii. Paullo ante οὖν post τοῦ om. Coisl. Vind. 1. 6. Par. EFW. Flor. f. s.

perspicuum facere possit illud, de quo sermo est. v. ad Lysin p. 207. E. Phaedr. 230. B. 231. A. 262. D.

ὥςπερ ἂν εἰ ἐτύγχ. — εἴ μοι εἶπες —] Eadem orationis forma Theaet. p. 147. A: *εἴ τις ἡμᾶς τῶν φαύλων τι καὶ προχείρων ἔροιτο, — εἰ ἀποκριναίμεθα αὐτῷ —, οὐκ ἂν γελοῖοι εἶμεν;* Menon. p. 74. B: *εἴ τίς σε ἀνέροιτο, τί ἐστι σχῆμα, ὦ Μένων; εἰ αὐτῷ εἶπες, ὅτι στρογγυλότης, εἴ σοι εἶπεν ἅπερ ἐγώ· — εἶπες δήπου ἄν, ὅτι σχῆμά ἐστιν.* Protagor. p. 311. B. C: *εἰ δὲ παρὰ Πολύκλειτον ἐπενόεις ἀφικόμενος μισθὸν ὑπὲρ σαυτοῦ τελεῖν —, εἴ τίς σε ἤρετο —, τί ἂν ἀπεκρίνω;* Legg. p. 662. D. al. Deinde molestiam facessit istud *καὶ ποῦ;* quod tamen etiam scholiast. codicis Clark. legit, qui adscripsit haec: *ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ.* Nam de loco, ubi Zeuxis pingeret, profecto quaeri nunc non potuit. Itaque Heindorf. *πόσον* legendum coniecit, comparans illa Apolog. Socr. p. 20. B: *τίς καὶ ποδαπὸς καὶ πόσου διδάσκει;* Sed nec hoc cum argumentatione congruit. Quid enim ad rem interest, ut quis pretium sciat, quod Zeuxis pro tabulis a se pictis exegerit? Quocirca aliam rationem iniit Coraes, qui ita scribit: *οἶμαι,* inquit, *γεγράφθαι πάλαι ΤΟΥ, τουτέστι τίνος υἱός ἐστιν ὁ ζωγράφος Ζεῦξις;* Sed fateor nec hoc desiderio satisfacere, utpote disputationis consilio minus accommodatum. Nec vero illi explent animum, qui *ποῦ* utcunque defendere conati sunt. Nam ut mittamus eos, qui verba non nimis premenda esse sibi persuaserunt ideoque *ποῦ* revera putarunt significare: in quonam terrarum loco, quod profecto absonum est ac ne tum quidem ratiocinationi conveniens, si cum Voegelino Act. Societat. Graec. Lips. Vol. I. Fasc. II. p. 233. statuamus loci mentione unum ex pluribus *ζωγράφοις* notari et a ceteris omnibus discerni, displicet etiam Astii interpretatio, qui verba sic explicavit: *welche Thiere malt er*

εἴ μοι εἶπες, ὅτι ὁ τὰ ζῶα γράφων, ἆρ' οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην, ὁ τὰ ποῖα τῶν ζώων γράφων καὶ ποῦ;
D ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρα διὰ τοῦτο, ὅτι καὶ ἄλλοι εἰσὶ ζωγράφοι γράφοντες ἄλλα πολλὰ ζῶα; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Εἰ δέ γε μηδεὶς ἄλλος ἢ Ζεῦξις ἔγραφε, καλῶς ἄν σοι ἀπεκέκριτο; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς εἰπέ, πότερόν σοι δοκεῖ πειθὼ ποιεῖν ἡ ῥητορικὴ μόνη, ἢ καὶ ἄλλαι τέχναι; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· ὅςτις διδάσκει ὁτιοῦν πρᾶγμα, πότερον ὃ διδάσκει πείθει, ἢ οὔ; ΓΟΡ. Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ πάντων
E μάλιστα πείθει. ΣΩ. Πάλιν δὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν λέγωμεν ὧνπερ νῦν δή· ἡ ἀριθμητικὴ οὐ διδάσκει ἡμᾶς

ζῶα γράφων] ζῷα et mox ζῴων et ζῷα Clark., ut solet, quam rationem sunt qui pro vera probent.

D. τὸ τοιόνδε] τὸ τοιουτόνδε Vat. Δ. Ven. Σ. Vind.

E. Πάλιν δὴ ἐπὶ τ.] Pro vulg. Πάλιν δ' εἰ Clark. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 2. et rec. Coisl. Πάλιν δή, quod nunc cum Herm. re-

und von welcher Seite, s. *was stellt er an ihnen dar?* Sed nolumus diutius in examinandis virorum doctorum hariolationibus morari. Satius erit dispexisse, quid argumentationis ratio postulet. Manifestum est autem Socratem significare accuratius etiam definiendum esse, qualem tandem persuasionem ars rhetorica efficiat, quippe quum etiam aliae artes sint persuasionis effectrices. Itaque nihil aliud ille requirit, nisi hoc, ut iam etiam illud accuratius significetur, quod dicendo effici soleat quodque rhetoricae tamquam subiectum sit, id quod vulgari sermone obiectum persuasionis dixeris. Quod ubi tenemus, quid in isto ποῦ lateat, prope sponte in oculos incurrit. Scribendum enim procul dubio est: καὶ ποῖ' οὔ; Quam quidem lectionem felicissima coniectura nuper restituendam viderunt I. A. C. van Heusde in Miscellan. philologg. et paedagogg. Amstelodam. 1850. Fasc. II. p. 81. et generosissimus iuvenis Anastasius Gennadios, Atheniensis, qui quo tempore Lipsiae studiorum caussa commorabatur, eam ultro nobiscum communicavit. Nec vero aliter a Platone scriptum fuisse luculente docent proxima: ἆρα διὰ τοῦτο, ὅτι καὶ ἄλλοι εἰσὶ ζωγράφοι γράφοντες ἄλλα πολλὰ ζῶα; ubi Socrates pro accurata disputandi ratione sine dubio ἄλλοθι addidisset, si ποῦ vera lectio esset, et unde etiam perspicitur, quamobrem post τὰ ποῖα etiam istud καὶ ποῖ' οὔ; subiectum sit. Verum satis haec de loco tandem aliquando feliciter integritati suae restituto. — De Zeuxide v. Ottfr. Mueller. *Archäolog.* §. 137 seqq. Sillig. Catal. artiff. p. 459 seqq. Qui quod dicitur ζῶα γράψαι, tenendum est ζῶον dici solere etiam de simulacris et picturis omnis generis ad vivum expres-

ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ καὶ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ πείθει; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Πειθοῦς ἄρα δημιουργός ἐστι καὶ ἡ ἀριθμητική. ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐάν τις ἐρωτᾷ ἡμᾶς ποίας πειθοῦς καὶ περὶ τί, ἀποκρινούμεθά που αὐτῷ, ὅτι τῆς διδασκαλικῆς τῆς περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ [τὸ] περιττὸν ὅσον ἐστί. καὶ τὰς ἄλλας ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν 454
τέχνας ἁπάσας ἕξομεν ἀποδεῖξαι πειθοῦς δημιουργοὺς οὔσας καὶ ἧστινος καὶ περὶ ὅ τι. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩ. Οὐκ ἄρα ῥητορικὴ μόνη πειθοῦς ἐστι δημιουργός. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις.

Cap. IX. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μόνη ἀπεργά-

cepimus ita, ut dein etiam pro *λέγομεν* scripserimus *λέγωμεν*, ut est in W. et rec. *Γ*.

τὰ τοῦ ἀριθμοῦ] *ἀριθμητικοῦ* Vat. *Δ*. Ven. *Σ*. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. V. Aug. Meerm. Bodl. Dein *καὶ* om. Vat. *Δ*.

τὸ ἄρτιόν τε καὶ [*τὸ*] *περιττὸν*] *τὸ* om. Vind. 2. 6. Par. I. Flor. b. conf. infra p. 460. E. ann. crit. et explicat. Inclusit *τὸ* etiam Hirschig.

sis, nec tantum animalium, sed etiam frugum, florum, herbarum, al. v. Schweighaeuser. ad Herodot. I, 10. et nostra ad Plat. Cratyl. p. 430. D.

D. *καλῶς ἄν σοι ἀπεκέκριτο;*] bene a te responsum esset? Nam *ἀποκέκριμαι* tum activam tum passivam habet significationem. v. Heindorf. ad h. l. coll. Matth. §. 496. 5. Buttmann. §. 100. Obs. 7.

Οὐ δῆτα—] „Clausulae *ἢ οὔ;* *ἀποφατικῶς* respondet Gorgias. Simile est illud p. 501. C: *σὺ δὲ δὴ πότερον συγκατατίθεσαι ἡμῖν περὶ τούτων τὴν αὐτὴν δόξαν, ἢ ἀντίφῃς; Οὐκ ἔγωγε, ἀλλὰ συγχωρῶ.* De Republ. III. p. 405. C." ROUTH.

E. *ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν*] ita ut inde repetatur rei exemplum. Usum hunc praepositionis illustravimus ad Remp. V. p. 475. A. X. p. 597. B. Hipp. Min. p. 369. C. conf. Matthiae. Gr. §. 584. — *ὧνπερ νῦν δή*, i. e. *ἐφ' ὧνπερ*. v. ad p. 516. C.

περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ [*τὸ*] *περιττὸν*] Recte quattuor codd. alterum *τὸ* omittunt. Nam particula *τὲ* ubi nomini adiungitur neque inter articulum et nomen locum occupat suum, plerumque ea quae copulantur nomina quasi communem notionem efficiunt uni generi subiectam: unde fit, ut tum ante alterum nomen articulus supprimatur, quia repetitio articuli distinctionem utriusque vocabuli efficeret. Mox p. 454. E: *περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων.* 455. A. De Rep. p. 381. B: *ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον.* Ibid. p. 387. B: *πάντα τὰ δεινά τε καὶ φοβερά.* Ibid. p. 499. A: *τὰ δὲ κομψά τε καὶ ἐραστικά.* Ibid. p. 399. C: *ἐν ταῖς ᾠδαῖς τε καὶ μέλεσιν.* Ibid. p. 378. E: *μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας τε καὶ οἰκετῶν.* Ibid. 464. A: *ἡ τῶν γυναικῶν τε καὶ παίδων κοινωνία.* Polit. p. 271. C: *τὸ τῶν*

ζεται τοῦτο τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἄλλαι, δικαίως, ὥςπερ περὶ τοῦ ζωγράφου, μετὰ τοῦτο ἐπανεροίμεθ' ἂν τὸν λέγοντα, ποίας δὴ πειθοῦς καὶ τῆς περὶ τί πειθοῦς ἡ
B ῥητορική ἐστι τέχνη; ἢ οὐ δοκεῖ σοι δίκαιον εἶναι ἐπανερέσθαι; ΓΟΡ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Ἀπόκριναι δή, ὦ Γοργία, ἐπειδή γε καὶ σοὶ δοκεῖ οὕτω. ΓΟΡ. Ταύτης τοίνυν τῆς πειθοῦς λέγω, ὦ Σώκρατες, τῆς ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὄχλοις, ὥςπερ καὶ ἄρτι ἔλεγον, καὶ περὶ τούτων, ἅ ἐστι δίκαιά τε καὶ ἄδικα. ΣΩ. Καὶ ἐγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σε λέγειν τὴν πειθὼ καὶ περὶ τούτων, ὦ Γοργία· ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς, ἐὰν
C ὀλίγον ὕστερον τοιοῦτόν τί σε ἀνέρωμαι, ὃ δοκεῖ μὲν

P. 454. B. *ἐπειδή γε καὶ σοὶ δ.*] *γε* om. editt. vett. adversantibus codd. mss. omnibus praeter Par. E. Flor. d. f. o. In Vind. 2. 6. est *ἐπειδή γε σοί,* omisso *καί.*

Ταύτης τοίνυν τῆς πειθοῦς] Pro *τοίνυν* Vat. Ven. Σ. Vind. 2. 7. Par. V. Bodl. Aug. Meerm. Flor. a. b. c. d. m. o. x. *δὴ* scriptum habent. Dein artic. *τοῖς* ante *δικαστηρίοις* om. Aug. Meerm. et Routhii Bodl. Deest ille sane etiam p. 454. E. 455. A., *ἄστρων τε καὶ σελήνης φῶς.* Discriminatis notionibus De Rep. 389. C: *περὶ τῆς νεώς τε καὶ τῶν ναυτῶν.* Alio modo, articulo loco priore omisso, mox p. 454. E: *ἐν δικαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις,* et p. 455. A: *δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων.*

Cap. IX. P. 454. *ἐπανερ. ἂν τὸν λέγοντα*] Intell. *τοῦτ' εἶναι τὸ ἔργον αὐτῆς.*

B. *ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς — ὅπερ γὰρ λέγω*] Haec verba quomodo explicanda sint, ambigunt interpretes. Nam Findeisenius ante *ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς* intelligendum putat *ὅρα.* Quod fieri nullo modo potest propterea, quod ita *ἀλλ' ὅπως μὴ θαυμάζῃς* dicendum erat. Itaque Heindorfius commate post haec, *ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ,* in locum *τελείας στιγμῆς* substituto verba ita accipienda arbitratur, ac si ista, *ὅπερ γὰρ λέγω — τὸν λόγον ἐρωτῶ,* apodosin efficiant, totumque locum interpretatur hoc modo: sed ut ne mirere etc., scito me interrogare. Sed haec interpretatio magnopere vereor ne linguae legibus adversetur. Nam primum quis hoc modo ferat *γὰρ* particulam, quae certe omittenda erat? Deinde quis est quin haec: *ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ,* cum praecedentibus, *ὃ δοκεῖ μὲν δῆλον εἶναι,* tam arcte cohaerere videat, ut inde ab *ἐγὼ δ' ἐπ.* apodosis ordiri neutiquam possit? Sed salva res est. Nam Socrates, liberiore usus orationis conformatione, inchoatam deserit verborum constructionem, protasi non subiiciens apodosin, sed ea, quae in hac enuntianda erant, alio structurae genere exponens. Prorsus ad eundem modum Germanice in sermone con-

δῆλον εἶναι, ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ· ὅπερ γὰρ λέγω, τοῦ
ἑξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον ἐρωτῶ, οὐ σοῦ ἕνεκα,
ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθα ὑπονοοῦντες προαρπάζειν ἀλλή-
λων τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ κατὰ τὴν ὑπόθε-
σιν ὅπως ἂν βούλῃ περαίνῃς. ΓΟΡ. Καὶ ὀρθῶς γέ μοι
δοκεῖς ποιεῖν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἴθι δὴ καὶ τόδε ἐπι-
σκεψώμεθα. καλεῖς τι μεμαθηκέναι; ΓΟΡ. Καλῶ.
ΣΩ. Τί δέ; πεπιστευκέναι; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩ.
Πότερον οὖν ταὐτὸν δοκεῖ σοι εἶναι μεμαθηκέναι καὶ D
πεπιστευκέναι, καὶ μάθησις καὶ πίστις, ἢ ἄλλο τι; ΓΟΡ.
Οἴομαι μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἄλλο. ΣΩ. Καλῶς
γὰρ οἴει· γνώσει δὲ ἐνθένδε. εἰ γάρ τίς σε ἔροιτο, Ἆρ'

nec tamen ideo abiiciendus est, praesertim quum eum codd. longe plurimi et praestantissimi quique libri tueantur.

ἵνα μὴ θαυμάζῃς] *θαυμάζοις* Clark. Coisl. Par. BCI. et alii pauci. male. Vitium ortum ex itacismo. Dein vett. editt. *ἐὰν καὶ ὀλίγον*. Sed *καὶ* unus Par. I. tueri videtur, ceteri illud ignorant, ut miremur exstitisse nuper qui denuo revocarent.

D. *Οἴομαι μὲν ἔγωγε*] *Οἶμαι* Par. I.

citatiore dicas: *Damit du dich aber nicht etwa wunderst, wenn ich dich auch bald nachher wieder um so etwas frage, was deutlich zu sein scheint, und ich frage doch noch danach —. Denn, wie gesagt, ich frage dergleichen, um der Ordnung nach die Rede zu Ende zu bringen, nicht deinetwegen* etc. Vides postrema haec continere utique apodosis sententiam, sed a forma et structura eius aliquantum discrepare. Cf. Matth. Gr. mai. p. 1257. Habet autem haec oratio ubertatem quandam a familiari sermone minime alienam. Poterat enim simpliciter dici hoc modo: *ἐὰν — τοιοῦτόν τί σε ἀνέρωμαι, ὃ δοκεῖ δῆλον εἶναι*, neque opus erat hoc additamento, *ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ*. Eadem abundantia verborum in iis cernitur, quae proxime sequuntur, quibuscum compares illa, quae notavimus ad p. 452. E., si forte offendas in eo, quod post *τοῦ ἑξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον* rursus infertur *ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθα* κ. τ. λ. — *ὑπονοοῦντες προαρπάζειν*. Recte Heindorfius: *ὑπονοῶν προαρπάζει τὰ λεγόμενα τοῦ ἑτέρου* qui, quae ab altero dicuntur, ex mera coniectura et suspicione interpretans non exspectat, dum alter accurate riteque sententiam suam explicaverit. Post *ἀλλὰ* e superioribus solum *ἵνα* repetas.

C. *Ἴθι δὴ καὶ τόδε ἐπισκεψώμ.*] Schol. *Ἄρχεται ἐντεῦθεν τὴν πειθὼ διαιρεῖν εἴς τε τὴν πιστευτικὴν καὶ εἰς τὴν διδασκαλικήν. ἔστι δὲ προσθεῖναι καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, οἷον Τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ἀλλήλοις ἴσα.*

P. 461. *οὐ συνᾴδειν τὰ λεγ.*] non consentire inter se quae a te dicerentur. Phaedon. p. 92. C: *οὗτος οὖν σοι ὁ λόγος ἐκείνῳ πῶς ξυνᾴσεται;*

ὅτι — ἄξιον εἴη διαλέγεσθαι] Mireris hic Heindorfium *ἂν* desiderantem. Quum enim oratio obliqua sit, atque Socrates ea, quae antea dixerat, tamquam ex alius mente et persona referat, nunc ne poterat quidem *ἂν* inferri, nisi oratione *ὑποθετικῶς* conformata. Eadem ratio est p. 512. A. aliorumque locorum, quos comparavit ad hunc locum vir subtilissimus. Alia, quae collegit, quoniam diversi sunt generis, non possunt huc revocari. — Formulam iurandi *νὴ τὸν κύνα,* qua Socrates utebatur, attigimus ad Apolog. Socrat. c. VII. conf. De Rep. III. p. 399. E. Lys. p. 211. E. Phaedr. p. 228. B. al. — *οὐκ ὀλίγης συνουσίας ἐστίν,* non parvum requirit atque brevem sermonem. Supra p. 457. C: *διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ μαθόντες — οὕτω διαλύεσθαι τὰς συνουσίας.* Atque ita etiam alibi dicitur *συνουσία* et *συνεῖναι* de familiari congressu atque colloquio.

ἀδίκως χρῆσθαι τῇ ῥητορικῇ καὶ ἐθέλειν ἀδικεῖν. ταῦτα
B οὖν ὅπῃ ποτὲ ἔχει, μὰ τὸν κύνα, ὦ Γοργία, οὐκ ὀλίγης
συνουσίας ἐστίν, ὥςτε ἱκανῶς διασκέψασθαι.

Cap. XVI. *ΠΩΛ.* Τί δαί, ὦ Σώκρατες; οὕτω καὶ σὺ περὶ τῆς ῥητορικῆς δοξάζεις, ὥςπερ νῦν λέγεις; ἢ οἴει, ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοι μὴ προςομολογῆσαι τὸν ῥητορικὸν ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθά, καὶ ἐὰν μὴ ἔλθῃ ταῦτα εἰδὼς παρ'
C αὐτόν, αὐτὸς διδάξειν, ἔπειτα ἐκ ταύτης ἴσως τῆς ὁμο-

P. 461. B. *Τί δαί, ὦ Σ.*] Sic Clark. corr. Coisl. Par. BW. Vind. 1. Flor. a. c. m. o. Vett. editt. δέ, quod nuper duce Herm. iniuria revocarunt, scil. ut non repertum in pr. Clark.
σοι μὴ προςομολογῆσαι] μὴ om. Par. E. Flor. f. s., sed vid. annot. Locus multum vexatus, quem videmur tamen nunc persanasse interpunctione emendata. v. infra ann.
C. *τοῦθ' ὃ δὴ ἀγ.*] ὃ om. Clark. Vind. 1. 6. Par. BEFIW. Flor. f. s. Error natus est scriptura *τοῦτο.* v. ann.
αὐτὸς ἀγαγών] Sic Clark. Vat. Δ. Ven. Σ. Coisl. corr. Par.

Cap. XVI. B. *ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοι μὴ προςομολογῆσαι τ. ῥ. ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δ.*] Oratio hominis fervidi atque calidioris, quae plane animi mentisque imaginem refert, sed eadem intellectu difficilior. Primum igitur Polus dubitat, num Socrates ipse revera ita de rhetorica sentiat. Itaque sic infit: Quid vero, o Socrates, num etiam ita de arte rhetorica sentis, uti dicis? Tum sophista Gorgiam sic defendit, ut ex eo, quod propter verecundiam concesserit, — concessit autem supra c. XIV. p. 459. D. — 460. A. — oratorem colere etiam iustitiam et honestatem solere, neutiquam consequi moneat, ut ille secum ipso pugnare existimandus sit. De quibus verbis nunc videamus. Et hic quidem quoniam *μὴ προςομολογῆσαι* fere idem est quod *ἀπαρνεῖσθαι,* recte *μὴ οὐχί* ponitur, quod constat ita post negandi verba inferri. v. ad Phaedon. p. 72. D. Elmsl. ad Soph. Oed. Tyr. v. 13. Itaque mox dicitur sic: *τίνα οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια;* Quo loquendi genere non satis perspecto Cornarius ante *ᾐσχύνθη* interponi voluit *οὐκ.* Tum ad *ἐὰν μὴ ἔλθῃ* int. *ὁ τὴν ῥητορικὴν βουλόμενος μαθεῖν* s. *τις μαθήσεσθαι μέλλων τὴν ῥητορικήν.* Ad *αὐτὸς διδάξειν* autem ex praegresso *μὴ προςομολογῆσαι* verbum affirmandi petendum est, more non infrequenti. Hactenus igitur in vado omnia sunt. Sed in proximis olim haerebat vitium. Ponebatur enim post *διδάξειν* aut, quod Stephano placuit, post *ἔπειτα* signum interrogandi. Atqui post *διδάξειν* commate distinguendum fuit. Cohaerent enim ista: *ἔπειτα ἐκ ταύτης κ. τ. λ.,* cum praegresso illo *ἢ οἴει,* sensum ubi spectamus, arctissime. Quamquam illata sunt per anacoluthon, quandoquidem pro eo, quod esse debebat, *ἐναντίον τι συμβῆναι,* iam verbo finito ponitur: *ἐναντίον τι συνέβη,* perinde ac si *οἴει* non antecesserit.

λογίας ἐναντίον τι συνέβη ἐν τοῖς λόγοις; τοῦθ᾽ ὃ δὴ ἀγαπᾷς, αὐτὸς ἀγαγὼν ἐπὶ τοιαῦτα ἐρωτήματα. ἐπεὶ τίνα οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια καὶ ἄλλους διδάξειν; ἀλλ᾽ εἰς τὰ τοιαῦτα ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ τοὺς λόγους. ΣΩ. Ὦ κάλλιστε Πῶλε, ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς, ἵνα, ἐπειδὰν αὐτοὶ πρεσβύτεροι γιγνόμενοι σφαλλώμεθα, παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμῶν τὸν βίον καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. καὶ νῦν εἴ τι ἐγὼ καὶ Γορ- D

BEFIW. Vind. 1. 2. 6. Bodl. Aug. Meermann. Flor. f. s. x. cum edit. Bas. 2. Vulgo erat *ἄγων*, quod Heindorfius defendebat.

ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες] Bass. 1. 2. Flor. x. *ἀλλά τι*, male. Dein Clark. Vat. Ven. Σ. alii *ἑτέρους υἱεῖς*. Alii *ἑταίρους υἱεῖς* vel *ἑτέρους καὶ υἱεῖς*, unde vitii origines cognoscere licet.

οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε] Par. I. *ἐπανορθῶται*. Par. V. supra versum *ἐπανορθῶτε*, quod dedit Bekker. Et sic etiam Flor. b. x. cum ed. Bas. 2. scriptum exhibent.

D. *καὶ νῦν εἴ τι ἐγὼ*] Steph. *τε* errore.

Nimirum convenit haec oratio sane ori calidius loquentis. Tum *ἔπειτα* cum vi illatum, quo id, quod ex Gorgiae confessione consequatur, cum quadam exaggeratione significetur. Nam solere *ἔπειτα* sic, maxime post participia, usurpari ad Phaedon. p. 76. E. docuisse videmur. Denique *ἴσως*, fortasse, iterat quodammodo praegressum illud *οἴει*, in quo nihil est cur haereamus. Iam interrogandi signo post *ἐν τοῖς λόγοις* in locum commatis substituto facile concedes sententiam loci hanc emergere: an putas, propterea quod Gorgias cum pudore dubitavit non concedere (negare) virum rhetoricum etiam iusta novisse et pulcra et bona, ac si quis ad ipsum accedat harum rerum ignarum, fateri ipsum eum haec esse docturum, tum vero ex hac eius concessione contrarium quiddam, quod pugnet cum reliquis, consequutum esse? — Deinde *τοῦθ᾽ ὅ* sequente verbo finito dicitur ut Lat. id quod. Comparavit hanc in rem Heindorfius Theaet. p. 172. D. De Rep. V. p. 462. D., quibus addidisse iuvabit Tim. p. 61. E. Crit. 116. C. Aristoph. Nubb. v. 373: *ἀλλ᾽ ὅστις ὁ βροντῶν ἐστι, φράσον, τοῦθ᾽ ὅ με ποιεῖ τιτρεμαίνειν.* Voc. *δή* autem, ut Lat. scilicet, irrisionis indicium facit. Denique quod recepi plurimorum eorumque optimorum librorum lectionem *ἀγαγών*, ab Heindorfii sententia discedendum fuit, qui tempore hic opus esse arbitratur consuetudinem quandam significante, non praeteritam actionem. Etenim aoristus quoniam ad actionem identidem repetitam refertur, et ipse moris et consuetudinis significationem habere solet.

C. *οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμ.*] Recte in codd. legitur *ἐπανορθοῖτε*, quod Heindorf. Bekker. Ast. alii in *ἐπανορθῶτε* mutarunt. Nam optativus post particulas finales in huius-

γίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου·
δίκαιος δ' εἶ. καὶ ἐγὼ ἐθέλω, τῶν ὡμολογημένων εἴ τί
σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι, ἀναθέσθαι ὅ τι ἂν σὺ
βούλῃ, ἐάν μοι ἓν μόνον φυλάττῃς. ΠΩΛ. Τί τοῦτο
λέγεις; ΣΩ. Τὴν μακρολογίαν, ὦ Πῶλε, ἣν καθέρξῃς,
ᾗ τὸ πρῶτον ἐπεχείρησας χρῆσθαι. ΠΩΛ. Τί δαί; οὐκ
E ἐξέσται μοι λέγειν ὁπόσα ἂν βούλωμαι; ΣΩ. Δεινὰ μέντ'
ἂν πάθοις, ὦ βέλτιστε, εἰ Ἀθήναζε ἀφικόμενος, οὗ τῆς
Ἑλλάδος πλείστη ἐστὶν ἐξουσία τοῦ λέγειν, ἔπειτα σὺ
ἐνταῦθα τούτου μόνος ἀτυχήσαις. ἀλλὰ ἀντίθες τοι·

καὶ ἐγὼ ἐθέλω] V. post ἐγὼ inseritur *σοι*, quod soli habent Par. I. Vind. 1. 2. Flor. m. x. Bodl. Routhii.

ἓν μόνον φυλάττῃς] *μόνον ἓν φ.* Vind. 7. conf. Schaefer. Melet. critt. p. 10.

ἣν καθέρξῃς] *καθείρξ.* Vat. Ven. Ξ. Vind. 2. 6. et corr. Coisl. Vulgo *ἣν καθέξῃς*, ingenti vitio. Receptam lectionem confirmant Clark. Ven. Ξ. Par. B C E F W., qui habent *καθέρξῃς* recte ab Hermanno nuper Platoni impertitum. Aug. Meerm. Bodl. *εἰ καθείρξεις*. Dein *Τί δαί;* pro vulg. *Τί δέ;* scripsi ex corr. Clark. Id enim indignationi loquentis convenientius. conf. ad p. 461. B.

modi enuntiatis usurpatur, si vel ex aliena mente et cogitatione loquimur vel nihil nisi finem et consilium significamus, adiuncta notione optandi. conf. Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 212. ad Oedip. Col. p. 169. nostra ad Rempubl. III. p. 410. C. 237. A. Matthiae. Gr. §. 518. 1. 4. imprimisque Rostii Gramm. amplior. §. 122. 10. p. 656 seqq. edit. septim. Itaque hoc dicit: ut nos, id quod optamus, sustentetis et erigatis. Ceterum Thom. Mag. *ἐπανορθοῦμαι*, inquit, *κάλλιον ἢ ἐπανορθῶ*. Et ponitur medium in eadem sententia De Rep. II. p. 361. B: *ἐὰν ἄρα σφάλληταί τι, ἐπανορθοῦσθαι δυνατῷ εἶναι*. Sed non abstinuisse Atticos usu activi verbi ipsius Platonis testimonia evincunt haec: De Rep. I. p. 346. E. IV. 426. E. X. 604. D. Theaet. 146. C. 167. E. Prot. 340. D. Legg. 769. E. al. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 250.

D. *δίκαιος δ' εἶ.*] Facile quis suspicetur legendum esse *δίκαιος γὰρ εἶ.* Frustra. Neque tamen temere fides habenda est iis, qui in talibus locis *δέ* pro *γάρ* dictum acceperunt. Vid. Herm. ad Viger. p. 845. Itaque haec sic intelligas: etiam nunc, si quid ego et Gorgias in sermone erramus, tu praesens corrige: par est autem te hoc facere. Deinde Heindorfius haesit in eo, quod Socrates Polo promittit se ipsum quoque de iis, quae concessa sint, si quid illi non bene concessum videatur, retractaturum, quidquid ille velit. Nam aliud quid certe requirere videntur ea, quae p. 462. A. leguntur, ubi Socrates alteri quidquid retractandi veniam impertitur. Itaque multo aptior videatur sententia a Ficino expressa: atque ego lubens tibi permitto, ut, si quid eorum, quae concessa sunt, non

„Σοῦ μακρὰ λέγοντος καὶ μὴ ἐθέλοντος τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι, οὐ δείν' ἂν αὖ ἐγὼ πάθοιμι, εἰ μὴ ἐξέσται μοι ἀπιέναι καὶ μὴ ἀκούειν σου;" ἀλλ' εἴ τι κήδει τοῦ 462
λόγου τοῦ εἰρημένου καὶ ἐπανορθώσασθαι αὐτὸν βούλει. ὥςπερ νῦν δὴ ἔλεγον, ἀναθέμενος ὅ τι σοι δοκεῖ, ἐν τῷ μέρει ἐρωτῶν τε καὶ ἐρωτώμενος, ὥςπερ ἐγώ τε καὶ Γοργίας, ἔλεγχέ τε καὶ ἐλέγχου. φῂς γὰρ δήπου καὶ σὺ ἐπίστασθαι ἅπερ Γοργίας. ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σὺ κελεύεις σαυτὸν ἐρωτᾶν ἑκάστοτε ὅ τι ἄν τις βούληται, ὡς ἐπιστάμενος ἀποκρίνεσθαι; ΠΩΛ.

E. ἀλλὰ ἀντίθες τοι· σοῦ μ.] Sic Clark. Coisl. Ven. Ξ. Par. BCFIVW. Vind. 1. 6. Flor. a. b. c. m. o. x. et corr. Vat. Δ. pro vulg. ἀλλὰ ἀντίθες τὸ σοῦ κ. τ. λ. Ven. Σ. Vind. 2. ἀντίθε τοι. Par. E. ἀντιθές τι, quo et ipso recepta lectio confirmatur.

οὐ δείν' ἂν αὖ ἐγὼ π.] ἂν vulgo omissum recte servarunt Clark. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 6. Par. BCIVW. Flor. a. b. c. d. m. o. x. In Vat. Δ. aliisque nonnullis αὖ deest.

P. 462. κελεύεις σαυτὸν] Sic codd. optimi atque plurimi. Vett. editt. σεαυτόν.

recte concessa putes, id tuo arbitratu permutes etc., ex qua interpretatione Heindorfius coniiciebat post ἐθέλω excidisse δοῦναι. Verum tamen nihil mutandum. Nam Socrates illum ipsum locum respiciens iam se quoque paratum esse fatetur ad retractanda ea, quae concessa sint, si quid Polo minus bene concessum videatur. In quo urbanae ironiae aculeus est. — Verbum ἀνατίθεσθαι per metaphoram a calculorum lusu repetitam dici docuit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 87. A., ubi v. annot. — Pro φυλάττῃς quod Findeisen. φυλάττῃ reposuit, fugit illum usus loquendi, ex quo φυλάττειν, nec tamen sine sensus discrimine, pro φυλάττεσθαι usurpatur. v. Elmslei. ad Eurip. Med. v. 314. Schaefer. ad Demosthen. Apparat. T. II. p. 215. Nimirum in talibus locis est observare aliquem vel aliquid, ut ne faciat vel non fiat aut ut aliquid faciat vel fiat. Quocirca sensus hic est: si mihi hoc unum observes: quod lenius et urbanius dictum est, quam illud: si mihi unum solum caveas. conf. ad Theaet. p. 154. C.

ἣν καθέρξῃς] si orationis longitudinem cohibueris. Forma aoristi legitur etiam Politic. p. 285. B. ἕρξας. Reip. V. 461. D: μὴ ξυνέρξαντος ἄρχοντος. Tim. p. 34. C. conf. Lobeck. ad Aiac. v. 752. Schaefer. ad Plut. T. IV. p. 37. Matthiae. Gr. §. 234.

E. ἀλλὰ ἀντίθες τοι· Σοῦ μακρ. λ.] sed huic tuae sententiae hoc oppone, quod mihi dicere liceat etc. Non opus est, ut cum Stephano et Heindorfio τό pro τοι scribamus. Exempla rectae orationis sine tali articuli vel pronominis indice illatae iam alibi attulimus.

B Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ νῦν δὴ τούτων ὁπότερον βούλει ποίει· ἐρώτα, ἢ ἀποκρίνου.

Cap. XVII. ΠΩΛ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. καί μοι ἀπόκριναι, ὦ Σώκρατες. ἐπειδὴ Γοργίας ἀπορεῖν σοι δοκεῖ περὶ τῆς ῥητορικῆς, σὺ αὐτὴν τίνα φῂς εἶναι; ΣΩ. Ἆρα ἐρωτᾷς, ἥντινα τέχνην φημὶ εἶναι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐδεμία ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε, ὥς γε πρὸς σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩ. Πρᾶγμα, ὃ φῂς σὺ ποιῆσαι τέχνην
C ἐν τῷ συγγράμματι, ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων. ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Ἐμπειρίαν ἔγωγέ τινα. ΠΩΛ. Ἐμπειρία ἄρα σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩ Ἔμοιγε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. ΠΩΛ. Τίνος ἐμπειρία; ΣΩ. Χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας. ΠΩΛ. Οὐκοῦν καλόν σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι, χαρίζεσθαι οἷόν τ'

B. *Ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥ. εἶναι;*] Verba *σοι δοκεῖ — εἶναι* Hirschig. uncis seclusit, iniuria, siquidem vi carent neutiquam.

C. *Ἐμπειρία ἄρα σοι δοκεῖ*] V. *ἄρα*.

δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι] Verba *ἡ ῥητορικὴ* Beckio spuria videbantur et e marg., ubi ad seq. *οὐ καλή* adscripta fuissent, temere huc invecta. Nam quaerere Polum nunc omnino, num *καλὸν* sit posse *χαρίζεσθαι* hominibus. In codd. tamen constanter servantur. Uni Ven. Ξ Σ. Vind. 7. ea interponunt ante *δοκεῖ*, unde quis caussas malae suspicionis duxerit. Sed v. annot.

ἤδη πέπυσαι] Vett. editt. *πέπυσαι ἤδη*, quem ordinem Par. EFI. tenent. Pro *Τί δέ;* Clark. ex em. videtur *Τί δαί;* habere.

P. 462. B. *Καὶ νῦν δὴ — ποίει*] *νῦν δή* imperativo iunctum significat **nunc igitur**. v. ad Phileb. p. 106. Politic. p. 287. C: *καὶ νῦν δὴ ταὐτὸν μὲν τοῦτο, ἔτι δὲ μᾶλλον ἢ τόθ' ἡμῖν ποιητέον*. Sophist. p. 221. C: *καὶ νῦν δὴ τοῦτον ἰδιώτην θήσομεν*. Lachet. p. 199. C: *καὶ νῦν δὴ — ἔστιν*.

Cap. XVII. *σὺ αὐτὴν τίνα φῂς εἶναι;*] Schol. Bodl.: *ἀσαφὴς ἡ τοῦ Πώλου ἐρώτησις, πότερον τὸν ὁρισμὸν τῆς ῥητορικῆς ἐπιζητεῖ ἢ τὸ γένος· κατὰ γὰρ τῶν δύο σημαινομένων φέρεται τὸ τίνα φῂς εἶναι. ὅθεν ὁ ἐπιστήμων ἐπανορθοῖ αὐτόν.*

Πρᾶγμα, ὃ φῂς σὺ π.] Schol.: *ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι οὐχ ὁ ἐξ ἀρχῆς τοῦ Πώλου λόγος αὐτοσχέδιος ἦν, ἀλλὰ σύγγραμμα.* v. ad p. 448. C.

C. *Ἐμπειρία ἄρα—*] Schol. Bodl.: *ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ ἡμῶν τὸν βίον πολιτικὸν κατὰ τέχνην. τοῦτο αἰνίττεται, ὡς τοῦ Πώλου τοιοῦτο σύγγραμμα συγγράψαντος.* Deinde notabis usum vocis *ἀπεργασίας*. Euthyphr. p. 13. D: *ἡ ἰατροῖς ὑπηρετικὴ εἰς τίνος ἔργου ἀπεργασίαν τυγχάνει οὖσα ὑπηρετική;* Ibid. E: *εἰς τίνος ἔργου ἀπεργασίαν ὑπηρετικὴ ἂν εἴη;* Protagor. p. 312. D: *πρὸς τὴν ἀπεργασίαν τὴν τῶν εἰκόνων.*

εἶναι ἀνθρώποις; ΣΩ. Τί δέ, ὦ Πῶλε; ἤδη πέπυσαι παρ' ἐμοῦ, ὅ τι φημὶ αὐτὴν εἶναι, ωςτε τὸ μετὰ τοῦτο D ἐρωτᾷς, εἰ οὐ καλή μοι δοκεῖ εἶναι; ΠΩΛ. Οὐ γὰρ πέπυσμαι, ὅτι ἐμπειρίαν τινὰ αὐτὴν φῂς εἶναι; ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ τιμᾷς τὸ χαρίζεσθαι, σμικρόν τί μοι χαρίσασθαι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἐροῦ νῦν με, ὀψοποιία ἥτις μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, τίς τέχνη ὀψοποιία; ΣΩ. Οὐδεμία, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί; φάθι. ΣΩ. Φημὶ δή, ἐμπειρία τις. ΠΩΛ. Τίνος; φάθι. ΣΩ. Φημὶ δή, χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας, ὦ Πῶλε. E ΠΩΛ. Ταὐτὸν δ' ἔστιν ὀψοποιία καὶ ῥητορική; ΣΩ. Οὐδαμῶς γε, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς μὲν ἐπιτηδεύσεως μόριον. ΠΩΛ. Τίνος λέγεις ταύτης; ΣΩ. Μὴ ἀγροικότερον ᾖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν· ὀκνῶ γὰρ Γοργίου ἕνεκα λέγειν, μὴ οἴηταί με διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπι-

D. *ἥτις μοι δοκεῖ τ.*] Sic Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 7. Par. BCEIV. Flor. a. b. c. d. m. o. s. x. Vett. editt. *εἴ τίς μοι.*

Τίνος; φάθι.] V. *τίς; φάθι.* Flor. b. Par. IV. *τίνος τις; φάθι,* unde emendavit Bekkerus.

E. *Ταὐτὸν δ' ἔστιν*] *ἄρ'* pro *δ'* Par. I. et edit. Bas. 2. restitutum. Requiri particulam *συλλογιστικὴν* etiam Heindorf. putabat scribendum ratus: *Ταὐτὸν δή ἐστιν.* Sed recte iudicavit Hermann. *δὲ* indignabundae mirationi unice convenire.

ἀλλὰ τῆς αὐτῆς μὲν ἐπιτηδ.] Addidi *μὲν* ex Clark. Coisl. Vind. 1. 7. Par. EIW. Flor. f. s. Bodl. Nam addere Socrates volebat *ταὐτὸν δ' οὔ,* quod non addit a Polo interpellatus.

ὀκνῶ γὰρ Γοργίου] *γὰρ* e Vind. 1. 6. Par. V. Flor. b. recepimus. Desideraverat Heindorf., diris exsecratur Astius.

χαρίζεσθαι οἷόν τ' εἶναι ἀνθρ.] Continent haec epexegesin verborum praecedentium. Phaedon. p. 96. A: *ὑπερήφανος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι (αὕτη ἡ σοφία), εἰδέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου.* Germanice dixeris: *Scheint dir also nicht die Redekunst etwas Schönes zu sein, nemlich den Menschen gefällig sein zu können?* Consulto iteratur *ἡ ῥητορική,* ne videatur universe quaerere, num pulcrum quiddam sit hominibus gratificari posse. Ex quo patet criticos frustra hic glossema esse odoratos.

ἤδη πέπυσαι—] Schol. Bodl.: *οὔπω, φησί, τὰς συστατικὰς διαφορὰς τοῦ ὅρου ἀποδέδωκά σοι.*

D. *ἐπειδὴ τιμᾷς τὸ χ.*] quandoquidem magni facis. v. Heindorf. ad h. l. et nostra ad Crit. p. 47. A. Mox ad *'Ἀλλὰ τί;* intell. *ἄλλο,* quod in talibus omitti docuit Schaeferus ad Soph. Trachin. v. 390. et ad Oedip. Col. v. 474.

E. *Μὴ ἀγροικότερον ᾖ—*] Tangit illa Poli p. 461. C. Est autem in hac formula comparativi usus legitimus. Apolog. p. 32. D: *εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν.* Ibid. p. 30. E: *εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν.* Euthydem.

τήδευμα. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν τοῦτό ἐστιν ἡ ῥητορική, ἣν
Γοργίας ἐπιτηδεύει, οὐκ οἶδα· καὶ γὰρ ἄρτι ἐκ τοῦ λό-
463 γου οὐδὲν ἡμῖν καταφανὲς ἐγένετο, τί ποτε οὗτος ἡγεῖ-
ται· ὃ δ' ἐγὼ καλῶ τὴν ῥητορικήν, πράγματός τινός
ἐστι μόριον οὐδενὸς τῶν καλῶν. ΓΟΡ. Τίνος, ὦ Σώ-
κρατες; εἰπέ, μηδὲν ἐμὲ αἰσχυνθείς.

Cap. XVIII. ΣΩ. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία,
εἶναί τι ἐπιτήδευμα τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχα-
στικῆς καὶ ἀνδρείας καὶ φύσει δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς
B ἀνθρώποις· καλῶ δὲ αὐτοῦ ἐγὼ τὸ κεφάλαιον κολακείαν.
ταύτης μοι δοκεῖ τῆς ἐπιτηδεύσεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα
μόρια εἶναι, ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιική· ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι
τέχνη, ὡς δὲ ὁ ἐμὸς λόγος, οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἐμ-
πειρία καὶ τριβή. ταύτης μόριον καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐγὼ

ἣν Γοργίας ἐπιτηδ.] Hirschig. coni. ὃ Γοργ. non opus.

P. 463. μηδὲν ἐμὲ αἰσχυνθείς] Sic Par. VW. Vind. 6. Flor. b. d. Bodl. Meerm. et a m. sec. Flor. f. s. Par. E. Vulg. αἰσχυνθῇς, quod defendebat Bastius comparato Demosthen. Leptin. p. 91. Vat. Δ. αἰσχυνθείης, quo lectio recepta egregie confirmatur.

B. ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιική] Sic Clark. Coisl. Vind. 2. 6. Par. BCEFIW. Flor. a. c. d. f. m. o. s. Darmst. cum edit. Bas. 2. Vulgo erat ὀψοποιητική. Receptam scripturam confirmant etiam p. 283. E: εἰ μὴ ἀγροικότερον, ἔφη, ἦν εἰπεῖν. Infra p. 509. A: καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστιν. P. 486. C: εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι. Erast. p. 136. E: ἢ ἀγροικότερόν ἐστιν ἐρέσθαι.

P. 463. τινός ἐστι μόριον οὐδενός] De οὐδενός post τινός illato v. ad Phaedon. p. 65. E.

Cap. XVIII. ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρ.] Coraes: τοῦτο δὲ ὁ Πλάτωνος μαθητὴς Ἰσοκράτης (κατὰ τῶν σοφιστ. §. 9.) „ψυχῆς ἀνδρικῆς καὶ δοξαστικῆς" εἴρηκεν· ἀλλὰ περὶ τῆς ῥητορικῆς ἐκεῖνος ἁπλῶς λέγων, οὐ φαυλίζων αὐτήν.

B. ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι τ.] De constructione v. ad p. 460. E. — ἐμπειρία καὶ τριβή, i. e. usus nulla ratione collectus, ut interpretatur Apulei. De doctrina Plat. II. p. 16. ed. Elmenh. Unde alibi ἄλογος τριβὴ vocatur. v. p. 501. A. Phaedr. p. 270. B. Phileb. p. 55. E. Attigit hoc argumentum etiam Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 531. — καὶ τήν γε κομμωτικήν, artem, quae circa formae lenocinia versatur, et mangonum erat artificium, qui, ut refert Quintil. II, 15. a Routhio laudatus, colorem fuco et verum robur inani sagina mentiebantur. Improbat autem philosophus paullo inferius τὴν κομμωτικὴν eamque vocat gymnasticae artis quandam simulationem. Ad quem locum Sopater Apamensis in Prolegomm. ad Aristid. Oratt. Platonic. p. 7: τὴν δὲ γυμναστικὴν ὑποδύεται ἡ κομμωτική. ἡ μὲν γὰρ τὴν ἀληθῆ εὐεξίαν περιποιεῖ καὶ εὐανθῆ τὰ σώματα τῇ γυμνασίᾳ παρίστησιν· ἡ δὲ ἀλοιφαῖς καὶ χρίσμασι δοκεῖ καλλωπίζειν τὰ σώ-

καλῶ καὶ τήν γε κομμωτικὴν καὶ τὴν σοφιστικήν, τέτταρα ταῦτα μόρια ἐπὶ τέτταρσι πράγμασιν. εἰ οὖν βούλεται Πῶλος πυνθάνεσθαι, πυνθανέσθω· οὐ γάρ πω πέπυσται, ὁποῖόν φημι ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικήν, ἀλλ' αὐτὸν λέληθα οὔπω ἀποκεκριμένος, ὁ δὲ ἐπανερωτᾷ, εἰ οὐ καλὸν ἡγοῦμαι εἶναι. ἐγὼ δὲ αὐτῷ οὐκ ἀποκρινοῦμαι πρότερον, εἴτε καλὸν εἴτε αἰσχρὸν ἡγοῦμαι εἶναι τὴν ῥητορικήν, πρὶν ἂν πρῶτον ἀποκρίνωμαι, ὅ τι ἐστίν. οὐ γὰρ δίκαιον, ὦ Πῶλε· ἀλλ' εἴπερ βούλει πυθέσθαι, ἐρώτα, ὁποῖον μόριον τῆς κολακείας φημὶ εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, καὶ ἀπόκριναι, ὁποῖον μόριον. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἂν μάθοις D ἀποκριναμένου; ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. ΠΩΛ. Τί οὖν; καλὸν

(C at line 2 of the Greek text: τάρα ταῦτα μόρια … βού-)

Thom. Mag. in v. *ὀψοποιός* et mss. Aristidis ac Sopatri. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 529. et p. 464. D. 465. B. C. D. 500. E. 465. D.

C. *φημι ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικήν*] Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. Aug. Meerm. *τὴν ῥητορικὴν κολακείας μόριον εἶναι*, omisso *τῆς*. Sed articulo aegre careas.

οὔπω ἀποκεκριμένος] V. *οὕτως*, quod ex Vat. Coisl. Par.

ματα. Differt autem *κομμωτικὴ* a *κοσμητικῇ*, qua honestum ornatum quaeri docuit Vossius De natura art. V, 9. §. 11. — *ἐπὶ τέτταρσι πράγμασιν*. nam rhetorica versatur in oratione, coquinaria in cibis, ars comendi in ornatu corporis, sophistica in disputationibus.

C. *ἀλλ' αὐτὸν λέληθα οὔπω ἀποκεκριμένος*] sed latuit eum me nondum ad haec respondisse. Monui propter Findeisenium, qui vulgarem lectionem *οὕτως* sequutus interpretatur: sed eo non opinante sic respondi, sed mea responsio eius exspectationem superavit. De perfecto *ἀποκεκρίσθαι* tum active tum passive significante v. annot. ad p. 453. D. — *πρὶν ἂν πρῶτον ἀποκρίνωμαι*, priusquam ante omnia respondero. Nam in coniunctivo inest vis et significatio futuri exacti. v. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 215., ubi sagacissime observavit *πρὶν ἂν* sequente coniunctivo non usurpari, nisi in priore membro adsit negandi aut prohibendi significatio. Quod praeceptum quibus caussis et rationibus nitatur, acutissime explicavit G. Hermann. in Censur. edit. Elmslei. p. 350. ed. Lips.

D. *Ἆρ' οὖν ἂν μάθοις ἀποκριναμένου;*] sc. *ἐμοῦ*. Verba intelligendi, sciendi, audiendi cum genitivo construi ad Remp. I. p. 194. docuimus. Sententia haec est: Num igitur me intelliges respondentem? *Du wirst doch wohl meine Antwort verstehen?*

πολιτικῆς μορίου εἴδωλον] Quintil. Inst. Orat. II, 15, 25. ad hunc locum respi-

ἢ αἰσχρὸν λέγεις αὐτὴν εἶναι; ΣΩ. Αἰσχρὸν ἔγωγε· τὰ γὰρ κακὰ αἰσχρὰ καλῶ· ἐπειδὴ δεῖ σοι ἀποκρίνασθαι ὡς ἤδη εἰδότι, ἃ ἐγὼ λέγω. ΓΟΡ. Μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἐγὼ οὐδὲ αὐτὸς συνίημι, ὅ τι λέγεις. ΣΩ.
E Εἰκότως γε, ὦ Γοργία· οὐδὲν γάρ πω σαφὲς λέγω, Πῶλος δὲ ὅδε νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς. ΓΟΡ. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἔα, ἐμοὶ δ' εἰπέ, πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ πειράσομαι φράσαι, ὅ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἡ ῥητορική· εἰ δὲ μὴ τυγχάνει ὂν τοῦτο, Πῶλος ὅδε ἐλέγξει. σῶμά που καλεῖς τι καὶ

CIV. Vind. 6. 7. Flor. b. c. d. o. x. et corr. Clark. emendatum. Veram lectionem iam edit. Bas. 2. tuetur.

D. κακὰ αἰσχρὰ καλῶ] V. αἰσχρὰ ἐγὼ καλῶ. Extrusi ἐγὼ auctoritate Clark. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BEFIW. Flor. f. s. x. et Aristidis.

E. Ἀλλ' ἐγὼ πειράσομαι] Vett. editt. Ἀλλὰ τοῦτ' ἐγὼ π., quod soli Par. EF. Flor. e. f. tenent. Dein ἡ om. Clark. et pr. Vind. 2. Clark. τυγχάνῃ.

ciens reddit: civilitatis particulae simulacrum. Apulei. Doctrin. Plat. p. 2. ed. Elmenh.: civilis particulae umbram, id est imaginem. Lucian. Bis Accusat. §. 34.

ὡς ἤδη εἰδότι, ἃ ἐγὼ λέγω] quasi iam scias, quid mihi velim. Carpit his verbis hominem intemperantius et calidius fere ad ea properantem, de quibus nondum est interrogatum. Haec ipsa vero respiciens Gorgias deinde, ἀλλ' ἐγώ, inquit, οὐδὲ αὐτὸς συνίημι, ὅ τι λέγεις, ne ipse quidem intelligo, quid dicas. Post μὰ Δία, quam formulam constat negandi vim habere, saepissime ἀλλά cum negatione infertur ad augendam negationis gravitatem. Alcibiad. I. p. 110. C: μὰ Δί' ἀλλ' οὐκ ἠγνόουν ἔγωγε, ἀλλὰ σαφῶς ἐγίγνωσκον. Cratyl. p. 423. B: μὰ Δί' ἀλλ' οὐκ ἐμοί πω δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι. In cuiusmodi locis qui post μὰ Δία interpungunt, ii quae arcte inter se cohaerent male divellunt. Neque enim haec confundenda sunt cum iis, quae tractavimus ad Phileb. p. 104. Par est ratio formulae asseverandi νὴ Δία, quae ἀλλά ita subiectum habere solet, ut asseverandi vis item augeatur. Infra p. 481. B: νὴ τοὺς θεοὺς ἀλλ' ἐπιθυμῶ. Aristoph. Nubb. v. 652: νὴ τὸν Δί' ἀλλ' οἶδα, quae comparavit Heindorfius.

E. νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς] Recte Suidas, hoc ipso loco laudato, νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς, ἀμαθὴς δηλονότι καὶ προπετής. Nam non sine irrisione haec a Socrate dici in aprico est. Neque displicet Schleiermacheri sententia, qui ad significationem vocabuli πῶλος alludi existimat. Mox τυγχάνει ὂν τοῦτο dictum pro τυγχάνει οὖσα τοῦτο. Sed ὂν

ψυχήν; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τούτων 464 οἴει τινὰ εἶναι ἑκατέρου εὐεξίαν; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τί δαί; δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δ' οὔ; οἷον τοιόνδε λέγω· πολλοὶ δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τὰ σώματα, οὓς οὐκ ἂν ῥᾳδίως αἴσθοιτό τις, ὅτι οὐκ εὖ ἔχουσιν, ἄλλος ἢ ἰατρός τε καὶ τῶν γυμναστικῶν τις. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Τὸ τοιοῦτον λέγω καὶ ἐν σώματι εἶναι καὶ ἐν ψυχῇ, ὅ τι ποιεῖ δοκεῖν μὲν εὖ ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, ἔχει δὲ οὐδὲν μᾶλλον. ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. B

Cap. XIX. ΣΩ. Φέρε δή σοι, ἐὰν δύνωμαι, σα-

P. 464. *Τί δαί; δοκοῦσαν* —] *δαί* Vat. Vind. 6. et corr. Clark. Vulgo *δέ*.

οἷον τοιόνδε λέγω] *τοιόνδε τι* Par. BC. *οἷον τόδε* Flor. f. s. Par. E.

ποιεῖ δοκεῖν μὲν εὖ ἔχειν] V. *μὲν δοκεῖν*. Par. I. *δοκεῖ μέν*, unde ordinem verborum legitimum restituit Bekkerus. Flor. f. s. x. et Aristides *ὃ ποιεῖ* pro *ὅ τι π.* De *ὅ τι* sic usurpato v. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 775.

praedicato accommodatum usu satis frequenti. cf. De Republ. I. p. 333. E. p. 336. A. IV. p. 420. D. 354. C. Legg. X. p. 892. A. XII. p. 961. D.

P. 464. *Τί δαί; δοκοῦσαν* —] Est sanitas animi et corporis non modo ficta et simulata, sed etiam vera. Itaque locus labem contraxit. Quaerere utique debuit Socrates: *Τί δέ; οὐ καὶ δοκοῦσαν κ. τ. λ.*

οἷον τοιόνδε λέγω] Frequens formula apud Platonem in afferendis exemplis. Euthyphron. p. 13. B: *οὐκοῦν θεραπεία γε πᾶσα ταὐτὸν διαπράττεται; οἷον τοιόνδε· ἐπ' ἀγαθῷ τινί ἐστι κ. τ. λ.*, ubi Heusdius, huius loci immemor, scribendum putabat *οἷον τὸ τοιόνδε*, quod sane multo est frequentius. Sed vide quae diximus ad Phaedon. p. 65. A. In proximis notabis *ἄλλος* longiore intervallo a pronomine *τὶς* divulsum.

ἔχει δὲ οὐδὲν μᾶλλον] quum tamen nihilo magis bene valeant. Structurae genus explanavit ad h. l. Heindorfius. Phileb. p. 37. B. C: *τῷ ποτε οὖν δὴ τρόπῳ δόξα ψευδὴς — φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς μόνον ἀληθές, δοξάζειν δὲ ὄντως — ἀμφότερα ὁμοίως εἴληχεν;* quum tamen utrique *τὸ ὄντως δοξάζειν* tribuendum sit. Men. p. 79. B: *λέγεις δέ μοι, ὅτι ἀρετή ἐστιν οἷόν τ' εἶναι τἀγαθὰ πορίζεσθαι μετὰ δικαιοσύνης, τοῦτο δὲ φῂς μόριον ἀρετῆς εἶναι.* De Rep. VII. p. 533. D. Pessime vir quidam doctus apud Routhium coniecit *ἔχειν*. Quod autem subiectum ad *ἔχει* intelligendum relinquitur, quia antecedit *ὅ τι ποιεῖ δοκεῖν μὲν εὖ ἔχειν*, h. e. *δοκεῖν μέν τινα εὖ ἔχειν*, de eo consulas etiam p. 456. D. 457. E. ann.

φέστερον ἐπιδείξω ὃ λέγω. Δυοῖν ὄντοιν τοῖν πραγμάτοιν δύο λέγω τέχνας· τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ πολιτικὴν

B. *Δυοῖν ὄντοιν τοῖν πραγμάτοιν*] *τοῖν*, vulgo omissum, servarunt Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BEFW. Flor. s. Meerm. Bodl. Darmst.

τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψ.] V. *καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψ.* Sed *καὶ* prae-

Cap. XIX. B. *Δυοῖν ὄντοιν κ. πρ. κ. τ. λ.*] Sententia loci haec est: Duae sunt, inquit, artes bonae, quae ad corporis valetudinem servandam vel restituendam pertinent; duae item valent ad animum recte gubernandum. Corpori enim prospiciunt ars gymnastica et medica; animo prosunt legislatoria et iustitia. Sed reperiuntur etiam artes quattuor turpes, quarum summa in adulatione continetur. Quae quidem artes inhonestae quemadmodum singulae suas habent partes, ita etiam honestis artibus callide quasi insidiantur, quippe sese simulantes illis meliores esse. Sic gymnasticae in locum subrepit *ἡ κομμωτική*; artis medicae locum occupat *ἡ ὀψοποιική*; legislatoriae autem *ἡ σοφιστικὴ* ac iustitiae *ἡ ῥητορικὴ* vicariae esse volunt. Iam vero quod coquorum ars corpori, id rhetorica animo est. Nam corpori male sano ars medica, animo turbato iustitia medetur. Fallit autem deliciis et voluptatibus *ἡ ὀψοποιικὴ* corpus, rhetorica animum (p. 461. B. — 466. A.). Quintil. Inst. Orat. II, 15, 24 seq.: plerique autem, dum pauca ex Gorgia Platonis, a prioribus imperite excerpta, legere contenti neque hoc totum neque alia eius volumina evolvunt, in maximum errorem inciderunt creduntque eum in hac esse opinione, ut rhetoricen non artem, sed peritiam quandam gratiae ac voluptatis existimet, et alio loco civilitatis particulae simulacrum et quartam partem adulationis, quod duas partes civilitatis corpori assignet, medicinam et quam interpretantur exercitatricem, duas animo, legalem atque iustitiam, adulationem autem medicinae vocet coquorum artificium et exercitatricis mangonum, qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiantur, legalis cavillatricem, iustitiae rhetoricen. Quae omnia sunt quidem scripta in hoc libro dictaque a Socrate, cuius persona videtur Plato significare quid sentiat; sed alii sunt eius sermones ad coarguendos qui contra disputant compositi.

τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ —] Ante *τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ π. κ.* quod vulgo *καὶ* insertum legebatur, recte illud omnium fere librorum auctoritate omissum esse docebunt aliquot huius asyndeti exempla. Legg. p. 957. A: *πάντα δ' οὖν — τὸν νέον ἀναπληροῦν χρὴ νομοθέτην· τὰ μὲν ἴδια δικαστήρια ταύτῃ πῃ γιγνόμενα μέτρον ἂν ἔχοι· τὰ δὲ δημόσια καὶ κοινὰ καὶ ὅσοις ἀρχὰς δεῖ κ. τ. λ.* Ibid. IX. p. 867. A. Protagor. p. 338. C: *ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἱρήσεσθε. τῇ μὲν ἀληθείᾳ — ἀδύνατον ὑμῖν, ὥστε Πρωταγόρου τοῦδε σοφώτερόν τινα ἑλέσθαι· εἰ δὲ*

καλῶ, τὴν δὲ ἐπὶ σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι, μιᾶς δὲ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας

ter Par. I. nullus liber tuetur, nec habent Ald. et Bas. 1. Fluxit ex praepostera correctione. v. ann.

τὴν δὲ ἐπὶ σώματι] Sic Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. B C. Editt. omnes ἐπὶ τῷ σώματι. De articulo omisso v. ad Phaedon. c. 41. extr. et infra p. 465. D.

αἱρήσεσθαι κ. τ. λ. Phaedon. p. 91. B: λογίζομαι γάρ, ὦ φίλε ἑταῖρε· καὶ θέασαι ὡς πλεονεκτικῶς· εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ πεισθῆναι, εἰ δὲ μηδέν ἐστιν κ. τ. λ. De Rep. V. p. 470. B., ubi v. varr. lectt. Atque sic iam Homer. Iliad. α'. v. 304: ὣς τώ γ' ἀντιβίοισι μαχεσσαμένω ἐπέεσσιν ἀνστήτην, λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν· Πηλείδης μὲν ἐπὶ κλισίας καὶ νῆας ἐΐσας ἤϊε —· Ἀτρείδης δ' ἄρα νῆα θοὴν ἅλαδε προέρυσσεν. — μίαν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω, non possum sic statim uno nomine appellare. De hoc usu voc. οὕτως v. Phaedr. p. 235. C. ibique Heindorf. Sympos. p. 176. D. c. annot. De Rep. VII. p. 530. C. coll. Schaefer. ad Dionys. Hal. De Compos. Verbor. p. 480. Dictionem ὀνομάζειν s. καλεῖν τινά τι, aliquem aliquo nomine appellare, ad Phaedon. p. 105. D. et alibi illustravimus. — Corpori curando duas artes inservire ait, alteram γυμναστικήν, quippe quae non modo conservandae valetudini prosit, sed etiam acquirendae, alteram ἰατρικήν, quae ad restituendam corporis male affecti valetudinem pertineat. Et huic quidem tamquam ex altera parte respondere ex artibus civilibus dicit τὴν δικαιοσύνην, quippe quae iura civium male violata tueatur atque suum cuique restituat; illi autem similem esse ait τὴν νομοθετικήν, quae efficiat, ut vita civilis consistere queat. Ἀντίστροφον enim vocatur id, quod alicui rei ex altera parte respondet: *ein Gegenstück*. cf. Theaet. p. 158. D. p. 175. D. Phileb. p. 40. D. De Republ. VII. p. 522. A. Ferri non potest quod vulgo erat ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς τὴν νομοθετικήν, quoniam ἀντί non habet eam significationem, quae sententiae loci accommodata sit. Quod autem repetitur ἀντίστροφον, nihil hoc offensionis habere arbitramur, quandoquidem utramque hanc artem gymnasticae atque medicae ex altera parte prorsus respondere cum vi quadam significatur. Et sollemnis est haec eiusdem vocabuli repetitio apud particulas μὲν—δέ. Deinde facile quis τὴν δικαστικήν, et paullo post καὶ ἡ δικαστική, reponendum arbitretur, quod in paucis libris reperitur. Quae lectio unice placuit Schleiermachero, qui vulgatam, quamvis antiquam, tamen per errorem ortam censuit. At enim vero tuetur illam tum Quintiliani auctoritas loco supra laudato, tum annotatio schol. haud sane spernenda: δικαιοσύνην, inquit, ἀλλ' οὐ δικαστικὴν προσεῖπεν, ἵνα μὴ τὸ δικαστικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ διανεμητικόν, μᾶλλον δὲ αὐτὴν τῆς ψυχῆς εἰς ἑαυτὴν ἐνέργειαν περιλάβῃ τὸ ὄνομα. Itaque quum iustitiae ut virtutis artem vellet indicare, δικαιοσύνην posuit, quippe cuius vocabuli usus latius pateret, neque dixit δικαστικήν, quia huic nomini paullo aliam tribui videbat significationem, quam quae iustitiae dignitati conveniret. Conf. infra p. 478. A. seqq., unde apparebit

δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικήν, τὴν δὲ ἰατρικήν.
τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν τῇ γυμναστικῇ τὴν
νομοθετικήν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιο-
C σύνην. ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις, ἅτε περὶ τὸ αὐτὸ
οὖσαι, ἑκάτεραι τούτων, ἥ τε ἰατρικὴ τῇ γυμναστικῇ
καὶ ἡ δικαιοσύνη τῇ νομοθετικῇ· ὅμως δὲ διαφέρουσί
τι ἀλλήλων. τεττάρων δὴ τούτων οὐσῶν, καὶ ἀεὶ πρὸς
τὸ βέλτιστον θεραπευουσῶν, τῶν μὲν τὸ σῶμα, τῶν δὲ
τὴν ψυχήν, ἡ κολακευτικὴ αἰσθομένη, οὐ γνοῦσα λέγω,
ἀλλὰ στοχασαμένη, τέτραχα ἑαυτὴν διανείμασα, ὑποδῦσα
D ὑπὸ ἕκαστον τῶν μορίων, προςποιεῖται εἶναι τοῦτο,

τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν] V. *τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντὶ μὲν τῆς γυμν.* In quibus *ἀντὶ μὲν* corruptum ex vera lectione *ἀντίστροφον*, quam ex Aug. Meerm. Bodl. Routhii et Aristide reponere non dubitavi. Veterem scripturam servant Bekkerus, Herm. alii.

τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιοσύνην] *τὴν δικαστικὴν* scribunt Par. I. Flor. x. cum Bas. 2. suffragante Sopatro in Prolegg. ad Aristidem, qui haec Platonis exponens voc. *δικαστικὴν* adhibet. Sed alteram lectionem firmat et codicum reliquorum auctoritas et Quintiliani II, 15, 25. testimonium et Schol. ad h. l., qui cur *δικαιοσύνην* nec potius *δικαστικὴν* dixerit philosophus, explicare conatur. Quod autem gravissimum est, convenit ea egregie cum ipsius Platonis sententia. Itaque dubitari non potest, quin *δικαστικὴν* ortum luculentissime, *δίκην* cur memoraverit philosophus. Neque in eo haerebimus, quod inter artes recensetur *δικαιοσύνη*. Nam similiter De Republ. I. p. 332. C. D. *δικαιοσύνη* vocatur *τέχνη*, ubi inter alia haec leguntur: *ἡ οὖν δὴ τίσι τί ἀποδιδοῦσα τέχνη δικαιοσύνη ἂν καλοῖτο;* Erast. p. 137. D: *τίς οὖν ἐστιν ἡ ἐπιστήμη, ἥτις τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀκολασταίνοντας καὶ παρανομοῦντας ὀρθῶς κολάζει; οὐχ ἡ δικαστική; — ἢ ἄλλην οὖν τινα καλεῖς δικαιοσύνην ἢ ταύτην;* conf. p. 478. A. B.

C. *ἡ κολακ. αἰσθομένη — ὑποδῦσα*] Participiorum cumulatio ne quem offendat, v. ad Apolog. Socr. p. 27. A. et Indic. ad Sympos. s. v. Particip. — Istud *στοχασαμένη* interpretatur accuratius illud *αἰσθομένη*. — *ὑποδῦσα ὑπὸ ἕκαστον τῶν μορ.*, uniuscuiusque induens sibi formam atque speciem. Recte Sopater Prolegomm. p. 8. interpretatur: *ὑποδύεται, τοῦτ' ἔστιν ὑπεισέρχεται, ὑποκρίνεται, ὡς ἐκείνῃ ταὐτὸν δοκεῖν εἶναι.* Apte Findeisen. comparavit Aristotel. Art. Poet. I, 2: *ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς πολιτικῆς ἡ ῥητορική. Τῶν λόγων οἱ μὲν καὶ φαίνονται ἀληθεῖς καὶ εἰσίν, τοῖς δὲ ὑποδέδυκε μὲν τὸ ψεῦδος· ὅμως δὲ ὑποκρίνονται καὶ ἀπατῶσιν.* Themist. Or. 26. p. 320. A. Apud eundem haud pauca sunt his similia.

ὅπερ ὑπέδυ, καὶ τοῦ μὲν βελτίστου οὐδὲν φροντίζει,
τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν καὶ ἐξαπατᾷ,
ὥςτε δοκεῖ πλείστου ἀξία εἶναι. ὑπὸ μὲν οὖν τὴν ἰατρι-
κὴν ἡ ὀψοποιικὴ ὑποδέδυκε, καὶ προςποιεῖται τὰ βέλ-
τιστα σιτία τῷ σώματι εἰδέναι, ὥςτ', εἰ δέοι ἐν παισὶ
διαγωνίζεσθαι ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρὸν ἢ ἐν ἀνδράσιν
οὕτως ἀνοήτοις, ὥςπερ οἱ παῖδες, πότερος ἐπαΐει περὶ
τῶν χρηστῶν σιτίων καὶ πονηρῶν, ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψο-
ποιός, λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν. κολακείαν μὲν E
οὖν αὐτὸ καλῶ, καὶ αἰσχρόν φημι εἶναι τὸ τοιοῦτον,
ὦ Πῶλε, — τοῦτο γὰρ πρὸς σὲ λέγω — ὅτι τοῦ ἡδέος 465

sit ex male sedula criticorum correctione. Sic etiam mox iidem libri pro *καὶ ἡ δικαιοσύνη* scriptum exhibent *καὶ ἡ δικαστική*.

C. *ἡ κολακευτικὴ αἰσθομένη*] Sic Vind. b. Par. FIV. Bodl. Flor. b. d. f. s. x. Aristid. et corr. Coisl. Vett. editt. *αἰσθανομένη*.

D. *ὅπερ ὑπέδυ*] *ὅπου ὑπέδυ* Clark.

θηρεύεται τὴν ἄνοιαν] Cornar. et Canter. Nov. Lectt. VII, 9. corr. *τὴν διάνοιαν*, ut est in Par. F. Heusdius malebat *τὴν εὔνοιαν*. Neutro opus est. v. ann.

δοκεῖ πλείστου] Sic Clark. a pr. m. Vat. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 7. Par. BCFVW. Flor. a. b. o. Aug. Meerm. Bodl. Vett. editt. *δοκεῖν*, Paris. I. *δοκεῖν ἀξίαν*.

ἡ ὀψοποιικὴ ὑποδέδυκε] Sic cum Clark. optimi et plurimi codd. pro vulg. *ὀψοποιητική*, ut p. 463. B. 465. B. C.

ἢ ὁ ὀψοποιός] V. *καὶ ὁ ὀψ.*, quod soli habent Par. EF.

D. *τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν*] Apuleius De Dogm. Plat. I. p. 17. ed. Elmenh., ubi ad hunc locum respicit, interpretatur: opinionem imprudentium captat. Hoc sibi vult Plato: imperitam multitudinem fallere ac decipere studet. Nos similiter: *sie macht Jagd auf den Unverstand.* Nam *τὴν ἄνοιαν* dictum pro *τοὺς ἀνοήτους*, ut vere observavit Heindorfius. Loquendi genus in Prolegg. ad Leges Platonis Vol. II. p. LX. tractavimus copiosius. — *τὸ ἀεὶ ἥδιστον*, *das jedesmal am angenehmsten seiende.* De hoc usu voc. *ἀεί* v. Apolog. Socrat. p. 25. C.

πότερος ἐπαΐει π. τ. χρ.] Heindorfius propter praecedens illud *εἰ δέοι* scribendum putabat *ἐπαΐοι*. Sed in huiusmodi structura non raro post optativum indicativum inferri ipse postea docuit ad Phaedon. p. 62. B. C. cf. Matth. §. 529. *ἐπαΐειν* et *εἰδέναι περί τινος*, alicuius rei peritum esse, frequens est dictio apud Platonem. v. Criton. p. 48. A. Hipp. Mai. p. 289. E. Menon. p. 71. B. p. 92. C. Lachet. 199. A. B.

E. *τοῦτο γὰρ πρὸς σὲ λέγω* —] Vere monuit Heindorfius haec addi ab Socrate, ne Gorgiam istud *αἰσχρόν* offendat. v. p. 462. E.

στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου· τέχνην δὲ αὐτὴν οὔ φημι εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν, ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ἃ προςφέρει ὁποῖ' ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν, ὥςτε τὴν αἰτίαν ἑκάστου μὴ ἔχειν εἰπεῖν. ἐγὼ δὲ τέχνην οὐ καλῶ ὃ ἂν ᾖ ἄλογον πρᾶγμα. τούτων δὲ πέρι εἰ ἀμφιςβητεῖς, ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον.

Cap. XX. Τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ, ὥςπερ λέγω, ἡ
B ὀψοποιικὴ κολακεία ὑπόκειται· τῇ δὲ γυμναστικῇ κατὰ

P. 465. *τέχνην δὲ αὐτὴν*] Par. I. cum ed. Bas. 2. *αὐτό*, quod Stephanus quoque in cod. aliquo repperit. Dedit id Bekkerus.
ἃ προςφέρει] Vett. editt. *ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα ᾧ προςφέρει ἃ προςφέρει*, quod ortum est ex *διττογραφίᾳ*. Eiecimus *ᾧ προςφέρει*, quam rationem firmat Aristides, qui pro his *ᾧ προςφέρει ἃ προςφέρει* habet tantummodo *ὃ προςφέρει*. Verba *ἃ προςφέρει* om. Par. I W. Cornarius eiectis verbis inutilibus scribendum putabat *ὧν προςφέρει*, ut ediderunt Bekk. Turr. Herm. Sed *ὧν* ferri non potest, propterea quod *λόγον ἔχειν περί τινος*, non item *λόγον ἔχειν τινός* dici solet. Itaque deleto post *προςφέρει* commate accusativum *ἃ* tenuimus, ut constructio verborum haec sit: *οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ὁποῖ' ἄττα τὴν φύσιν ἐστὶν ἃ προςφέρει.* Fieri tamen potest, ut in librorum communi fere scriptura aliud quid lateat. Scita est coniectura Hoenebeeki Hissink. Animadverss. crit. Daventriae a. 1845. p. 44. pro *οὐδένα* legendum *δοῦναι* putantis.
B. *ἡ ὀψοποιικὴ κολ.*] V. *ὀψοποιητική*, ut ubique. Hic quoque bona pars librorum alteram scripturam tuetur, inter quos rursus sunt optimi, Clark., de quo immerito tacet Bekkerus, et Vat. Δ.

P. 465. *ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδ. —*] H. e. quia non potest reddere rationem, qualis sit earum rerum, quas affert, natura, ideoque illarum caussas ignorat. Itaque deinde *ἄλογον πρᾶγμα* vocatur. Eandem sententiam philosophus defendit etiam Phaedr. p. 260. E: *ὅτι ψεύδεται καὶ οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἄτεχνος τριβή· τοῦ δὲ λέγειν ἔτυμος τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι οὔτ' ἔστι οὔτε μή ποτ' ὕστερον γένηται.* — *ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον*, paratus sum tibi reddere dictorum rationem. Xenoph. Mem. IV, 4, 9: *αὐτὸς οὐδενὶ θέλων ὑπέχειν λόγον, οὐδὲ γνώμην ἀποφαίνεσθαι περὶ οὐδενός.*

Cap. XX. B. *ὑπόκειται*] clam et fraudulenter adiacet, i. q. *ὑποδέδυκε*. Nugatur novitius quidam interpres de substrato cogitans.

καὶ λειότητι καὶ ἐσθήσει] Tenuimus iam quod libri mss. suffragiis plurimis confirmant, hoc uno excepto, quod *αἰσθήσει* de sententia Corais in *ἐσθήσει* mutavimus, quo vocabulo utuntur Athen. I. p. 18. E. Diodor. IV, 4. Philo, alii. conf. etiam Etym. Magn. p. 382. vers. 51. et 56. Quippe apte sane illud formatum est ad designandam vestiendi rationem, quo certe differt non parum ab *ἐσθῆτες*. Itaque verba sic interpreteris: figuris (formis) et

τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἡ κομμωτική, κακοῦργός τε οὖσα καὶ ἀπατηλὴ καὶ ἀγεννὴς καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασι καὶ χρώμασι καὶ λειότητι καὶ ἐσθήσει ἀπατῶσα, ὥστε ποιεῖν ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν. ἵν' οὖν μὴ μακρολογῶ, ἐθέλω σοι εἰπεῖν ὥσπερ οἱ γεωμέτραι — ἤδη γὰρ ἂν ἴσως ἀκολουθήσαις — ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικήν, τοῦτο ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν. μᾶλλον δὲ ὧδε, C

τρόπον τοῦτον] τούτων Clark. Vat.

κακοῦργός τε οὖσα] οὖσα additum e Ven. Ξ Σ. Vind. 2. Par. V. Flor. a. b. c. d. f. m. o. x. Aug. Meerm. et corr. Coisl. Par. B. Tuetur illud etiam edit. Bas. 2., omittit tamen Clark. cum Olympiodoro.

σχήμασι καὶ χρώμασι] Vett. editt. σχήμασί τε καὶ χρ. Sed τε om. Clark. Vat. Par. BEFIW. Coisl. Flor. f. s. x. Darmst. Aristid. Dein vett. editt. καὶ λειότητι, pro quo Par. EF. Flor. f. s. Ald. Bas. 1. λειότησι, ut Bekker. Hermann. alii. Tum vulgo erat καὶ αἰσθήσει, sensu nullo. Quod dedimus ἐσθήσει, Corai debetur. Bekkerus coniecit ἐσθῆσιν ex Par. V. pr. et Coisl. sec. ut Canterus Nov. Lectt. V, 15. Codex Aristidis Schellerhem. habet ἐσθῆτι. v. annot.

ἴσως ἀκολουθήσαις] Sic optimi et longe plurimi libri. Vett. editt. ἀκολουθήσειας. conf. infra p. 477. B. et Matthiae. Gr. ampl. T. I. p. 361., qui Atticam formam optativi non semper usurpari ab Atticis scriptoribus verissime docuit.

C. τοῦτο ὀψοποιικὴ] V. ὀψοποιητική. Illud rursus Clark. Vat. aliique plurimi tuentur. Sic item paullo post.

coloribus et laevigatione et vestiendi ratione fraudem faciens; *durch Formen und Farben und Glättung und Gewandung täuschend.* Vides ita omnia esse clara et perspicua, ut non opus sit varias virorum doctorum opiniones de hoc loco expromtas, partim perquam miras illas et absurdas, memorare vel examinare. Quamquam pro λειότητι ubi λειώσει scripseris, id etiam melius cum ἐσθήσει concordabit. Verba σχήματα et χρώματα saepe sic coniunguntur. v. Theaet. p. 156. B. 163. E. Phaedon. p. 100. D. Cratyl. p. 431. C. Sophist. p. 251. A. Tim. p. 68. D. De Republ. II. p. 373. V. p. 476. B. al. — ὥστε ποιεῖν κ. τ. λ., ita ut efficiat, ut homines pulcritudinis adscitae atque aliunde petitae studio propriam atque genuinam, quae arte palaestrica conciliatur corpori, negligant. Egregie et prorsus ad rem accommodate dictum ἐφέλκεσθαι ἀλλότριον κάλλος, alienam adsciscere pulcritudinem.

ὥσπερ οἱ γεωμέτραι] Serranus putabat ad rei perspicuitatem adhiberi diagramma sive figuram geometricam. In quo vir doctus valde erravit. Referuntur enim haec ad verba proxime sequentia, quae imitantur mathematicorum rationem, ut sententia haec sit: sed ne longus sim, more mathematicorum rem explicare volo.

ὅτι δ' κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικήν, τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικήν, καὶ ὅτι δ' ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην. ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκε μὲν οὕτω φύσει· ἅτε δ' ἐγγὺς ὄντων, φύρονται

ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην] Par. I. Flor. x. cum Bas. 2. hic quoque habent δικαστικήν. v. p. 464. B. C.

διέστηκε μὲν οὕτω φ.] Sic Par. I. Flor. x. ed. Bas. 2. διέστηκαν. Vulgo διέστηκεν οὕτω φ. Dein Vind. 1. 6. ἅτε δὴ ἐγγύς. Pro περὶ ταὐτὰ Clark. Vind. 2. 6. Flor. a. b. c. d. o. m. Aug. Meerm. περὶ ταῦτα. Verba σοφισταὶ καὶ ῥήτορες desunt in Vindob. 6. Eiecit

C. ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκε μὲν οὕτω φύσει] Heindorfius, qui haec, ὅπερ μέντοι λέγω, refert ad illa p. 464. B. C., complura hic sibi visus est repperisse vestigia mutilatae orationis. Buttmannus difficultatem sic removeri posse arbitratur, si ὅπερ μέντοι λέγω non ad praegressam orationem trahatur, sed ad ea ipsa, quibus praefixum est, διέστηκε μὲν οὕτω, ita ut post λέγω intelligatur τοῦτό ἐστιν. Itaque probata lectione ed. Bas. 2. διέστηκαν, sensum totius loci declaravit sic: Ita tamen hoc dictum volo, ut natura quidem illae artes hunc in modum differant, sed tamen quum propinquae sibi et finitimae sint, rhetores sophistaeque eodem in loco et circa eadem (occupati) confundantur. Equidem ista ὅπερ μέντοι λέγω referenda censeo ad proxime praecedentia, similiter ut solet formula ὥσπερ λέγω et ὅπερ λέγω usurpari, ubi praegressa repetuntur. v. ad Apolog. Socr. p. 21. A. et quae notavit Boeckhius Praefat. ad Simonem, quem finxit, Socratic. p. XXIV. Docuerat autem Socrates, quodnam esset harum artium discrimen et quaenam inter eas intercederet coniunctio. Itaque nunc extrema haec in animo retinens atque oratione persequens diligentius ita loquitur: quod autem nunc dixi, eandem esse sophistices ad legum ferendarum scientiam itemque rhetorices ad disciplinam iudiciariam rationem, quae intercedat arti fucatrici cum gymnastica aut coquinariae cum medica, id quidem discrimen tenendum est ab ipsa natura esse constitutum; sed quia etc. Apparet, opinor, ad διέστηκε tamquam subiectum e superioribus esse cogitandum αὐτά, h. e. istae artes, quae inter se sunt cognatae. Quod si cui videatur difficilius, nullo negotio rem expedies pro ὅπερ scribendo ἅπερ, quod sane pro vero habemus. Itaque hactenus quidem omnia in expedito sunt. Iam vero nemo non exspectet hanc fere subiectum iri sententiam: Sed quia hae artes inter se cognatae sunt, idcirco saepe confunduntur neglecto discrimine a natura constituto. Nam quod Socrates de veris artibus dixerat p. 464. B. C., eas propter cognationem, qua contineantur, inter se misceri, idem manifestum est eum nunc etiam de illarum artium simulacris affirmare, hoc est de rhetorice et sophistice, quas solas nunc memorat, quia artis fucatricis et coquinariae aliam esse rationem in proximis est demonstraturus. Sed illam sententiam

ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταὐτὰ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες, καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσονται οὔτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς οὔτε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τούτοις. καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστάτει, ἀλλ' αὐτὸ αὑτῷ, καὶ μὴ ὑπὸ ταύτης D

ea Bekkerus Schleiermachero obsequutus. Daehnio scribendum videbatur: *φύσει· ἃ δ' ἐγγὺς ὄντων φύρονται ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταὐτά· καὶ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες οὐκ ἔχουσιν κ. τ. λ.* Nos vero locum pro sano habemus, praeterquam quod *ἅπερ μέντοι λ.* scribendum censemus.

ὅ τι χρήσονται] Par. I. Vind. 6. *χρήσωνται.*

philosophus, mutato orationis tenore, expressit aliter. Nam ab artium commemoratione repente cogitatione transiit ad eos, qui illas profitentur, atque rem ita enuntiat: sed quum ista sibi cognata sint et affinia, idcirco saepe miscentur sophistae atque rhetores, ita ut rhetor saepe sophistae ac vicissim sophista rhetoris partes agat neque aut ipsi sciant aut alii perspectum habeant, quidnam discriminis inter eos intercedat. Itaque participium *ὄντων* ponitur sic, ut rursus *αὐτῶν* neutro genere intelligatur. Atque haec si vera sunt, apparet profecto Schleiermacherum et Bekkerum verba *σοφισταὶ καὶ ῥήτορες* iniuria omisisse, quibus abiectis intolerabilis plane oritur sermonis obscuritas. Neque vero idoneam videmus caussam et rationem, cur ea tamquam spuria delenda sint. Nam quod ait Schleiermacherus „dicendum fuisse sophistas et rhetores non inter ipsos, sed cum iuris peritis et legislatoribus confundi, quoniam agatur de verarum et falsarum artium permutatione et confusione", erravit sine dubio vir egregius, quum nunc de unis artium verarum simulacris et quasi imitatricibus nec vero de illis ipsis sermo sit. Cogitari autem Platonem voluisse de sophistices atque rhetorices commixtione, quae in eo cernatur, ut rhetor saepe sophistam agat et sophista rhetorem, luculentissime apparet ex iis, quae p. 520. A. leguntur: *ταὐτόν, ὦ μακάριε, ἐστὶ σοφιστὴς καὶ ῥήτωρ, ἢ ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον, ὥσπερ ἐγὼ ἔλεγον πρὸς Πῶλον,* quae recte iudicavit Heindorfius ad hunc locum respicere. Itaque haec quoque videntur satis iam expedita esse. Eandem vero interpretationem, quam nos proposuimus, etiam Olympiodorus sequutus est, qui ad hunc locum ita commentatur: *σύγχυσις γάρ,* inquit, *γίγνεται σοφιστικῆς καὶ ῥητορικῆς· οὕτω γοῦν καὶ ὁ Γοργίας, σοφιστὴς ὤν, ἑαυτὸν ῥήτορα ἐποίει.* Superest, ut de singulis verbis pauca moneamus. Ac primum quidem de neutro *ταῦτα* s. *αὐτά* post nomina feminini generis intelligendo v. Matthiae. Gr. §. 439. ac de nominativo subiecti omisso §. 294 seqq. Praeterea tenendum istud *οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσονται* significare: consilii inopes sunt, quid de se faciant, h. e. sophistarum an rhetorum nomen profiteantur. In quibus cur nunc indicativum futuri, etiam codicum testimoniis firmatum, tenuerimus, docebit annotatio ad Symp. 216. C. et Euthydem. p. 287. C.

καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ κ. τ. λ.] Etiam haec paullo obscurius dicta sunt. Indicatur

κατεθεωρεῖτο καὶ διεκρίνετο ἥ τε ὀψοποιικὴ καὶ ἡ ἰα-
τρική, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἔκρινε σταθμώμενον ταῖς
χάρισι ταῖς πρὸς αὐτό, τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ
ἦν, ὦ φίλε Πῶλε· σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος· ὁμοῦ ἂν
πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ, ἀκρίτων ὄντων
τῶν τε ἰατρικῶν καὶ ὑγιεινῶν καὶ ὀψοποιικῶν. ὃ μὲν
οὖν ἐγώ φημι τὴν ῥητορικὴν εἶναι, ἀκήκοας, ἀντίστρο-
E φον ὀψοποιίας ἐν ψυχῇ, ὡς ἐκεῖνο ἐν σώματι. Ἴσως
μὲν οὖν ἄτοπον πεποίηκα, ὅτι σε οὐκ ἐῶν μακροὺς λό-
γους λέγειν αὐτὸς συχνὸν λόγον ἀποτέτακα. ἄξιον μὲν

D. *καὶ διεκρίνετο*] V. *ἀνεκρίνετο*, quod habent soli Par. EF. Tum rursus vett. editt. *ὀψοποιητικὴ* invitis optimis codicibus.

χρήματα ἐφύρετο] Plerique codd., in quorum numero sunt etiam Clark. Vat. Ven. *ΞΣ*. Coisl., *ἐφέρετο*. perperam. Verba *ἐν τῷ αὐτῷ* Hirschig. ut suspecta uncis seclusit.

ἀκρίτων ὄντων] V. *ἀκρίτων τε ὄντων*. Sed *τε* libri mss. non agnoscunt excepto Par. EF. In Flor. f. s. scriptum exstat *ἀκρίτων γ' ὄντων*. Vulgatum autem verborum ordinem, *ὑγιεινῶν καὶ ἰατρικῶν*, auctoritate librorum praestantissimorum invertimus.

συμβαίνει μέγιστον κακὸν ἡ ἀδικία] Quadruplex est verbi *συμβαίνειν* constructio: aut enim construitur cum solo nominativo subiecti et praedicati, ut h. l. et Rep. I. p. 329. D. Alcibiad. I. p. 130. C., aut additum habet participium *ὤν, οὖσα, ὄν*, ut Euthydem. p. 281. E., aut adsciscit infinitivum eumque pro varia verborum collocatione vel cum nominativo vel cum accusativo iunctum. De postrema ratione diximus ad Phileb. p. 176.

D. *μεγέθει τὸ ἀδικεῖν*] Adversatur hoc universae So-

ΠΩΛ. Κινδυνεύει. ΣΩ. Τὸ δέ γε μὴ διδόναι ἐμμονὴ
τοῦ κακοῦ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Δεύτερον ἄρα ἐστὶ τῶν
κακῶν μεγέθει τὸ ἀδικεῖν· τὸ δὲ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι
δίκην πάντων μέγιστόν τε καὶ πρῶτον κακῶν πέφυκεν.
ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩ. Ἆρ' οὖν περὶ τούτου, ὦ φίλε,
ἠμφεσβητήσαμεν, σὺ μὲν τὸν Ἀρχέλαον εὐδαιμονίζων
τὸν τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα δίκην οὐδεμίαν διδόντα, ἐγὼ
δὲ τοὐναντίον οἰόμενος, εἴτ' Ἀρχέλαος εἴτ' ἄλλος ἀνθρώ- E
πων ὁστισοῦν μὴ δίδωσι δίκην ἀδικῶν, τούτῳ προσήκειν
ἀθλίῳ εἶναι διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ ἀεὶ
τὸν ἀδικοῦντα τοῦ ἀδικουμένου ἀθλιώτερον εἶναι καὶ
τὸν μὴ διδόντα δίκην τοῦ διδόντος; οὐ ταῦτ' ἦν τὰ ὑπ'
ἐμοῦ λεγόμενα; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται,
ὅτι ἀληθῆ ἐλέγετο; ΠΩΛ. Φαίνεται.

Cap. XXXVI. ΣΩ. Εἶεν. εἰ οὖν δὴ ταῦτα ἀληθῆ, 480
ὦ Πῶλε, τίς ἡ μεγάλη χρεία ἐστὶ τῆς ῥητορικῆς; δεῖ
μὲν γὰρ δὴ ἐκ τῶν νῦν ὡμολογημένων αὐτὸν ἑαυτὸν

spondetur: *ἀλλ' οἵ γε πολλοὶ νομίζουσιν οὕτως.* Dein *ἠμφεσβητήσαμεν* Clark. Vatt. alii. Vulgo scribebatur *ἠμφισβητήσαμεν.*

ἀδικοῦντα δίκην οὐδεμίαν] Sic Clark. Vat. Coisl. Vind. 6. Par. BCEFIW. Flor. b. c. d. f. m. o. s. x. Vulgo post *ἀδικοῦντα* inserebatur *καί.*

cratis argumentationi, qui nihil aliud efficere voluit, quam ut intelligatur eum, qui iniuste faciens poenas luat, meliore uti fortuna illo, qui impune iniuste agat. Itaque istud *τὸ ἀδικεῖν* desiderio non satisfacit. Nimirum addi debebat utique *δίκην διδόντα,* quod videtur intercidisse, nisi forte malueris cum R. B. Hirschigio in Exploratione argumentationum Socratic. Gorg. et Phileb. Plat. Traiect. ad Rhen. 1859. 8. p. 15. refingere: *τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην.* Utut est, illud quidem vir doctissimus primus acute perspexit, vulgatam librorum lectionem mancam esse neque argumentationi Socraticae apte convenientem.

τὸν τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα δίκην οὐδεμίαν διδόντα] qui, etsi maximam fecerit iniuriam, tamen nullas dederit poenas. Vulgo ante *δίκην* illatum erat *καί,* quod non dubitavimus auctoritate codicum delere.

E. *διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων*] prae ceteris hominibus. vid. Crit. p. 52. B. Phaed. p. 64. E.

Cap. XXXVI. P. 480. *εἰ οὖν δὴ ταῦτα ἀλ.*] Colligit Socrates ex iis, quae disputata sunt, artem oratoriam esse inutilem adeoque noxiam, quippe quae maxime adhiberi soleat ad defendenda aut excusanda mala facinora. Itaque homines ait, si saperent, sese, ut medico in morbis corporis, ita iudici in morbis animi curandos et castigandos esse tradituros.

μάλιστα φυλάττειν, ὅπως μὴ ἀδικήσῃ, ὡς ἱκανὸν κακὸν ἕξοντα· οὐ γάρ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἐὰν δέ γε ἀδικήσῃ ἢ αὐτὸς ἢ ἄλλος τις ὧν ἂν κήδηται, αὐτὸν ἑκόντα ἰέναι ἐκεῖσε, ὅπου ὡς τάχιστα δώσει δίκην, παρὰ τὸν δικαστήν, ὥσπερ παρὰ τὸν ἰατρόν, σπεύδοντα, ὅπως
B μὴ ἐγχρονισθὲν τὸ νόσημα τῆς ἀδικίας ὕπουλον τὴν ψυχὴν ποιήσῃ καὶ ἀνίατον· ἢ πῶς λέγομεν, ὦ Πῶλε, εἴπερ τὰ πρότερον μένει ἡμῖν ὁμολογήματα; οὐκ ἀνάγκη ταῦτα ἐκείνοις οὕτω μὲν συμφωνεῖν, ἄλλως δὲ μή; ΠΩΛ. Τί γὰρ δὴ φῶμεν, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἐπὶ μὲν

P. 480. *ὅπως μὴ ἀδικήσῃ*] *ἀδικήσει* solus Vind. 6., quod recepit Bekker. Videtur illud ob sequens *ὡς ἱκανὸν κακὸν ἕξοντα* esse invectum, quod tamen eiusmodi est, ut etiam aoristo locus sit.
B. *τὴν ψυχὴν ποιήσῃ*] Ven. Ξ. *ποιήσει*, probante Bekkero. At aoristo opus, quum praecedat *ἐὰν δὲ ἀδικήσῃ*: quamobrem de singulo quodam iniusto facinore vel potius de singulis facinoribus, quae iniuste committantur, cogitandum est. v. ad p. 510. A.
ἢ πῶς λέγομεν] Clark. Vat. Par. V. Bodl. *λέγωμεν*, probante

ὅπως μὴ ἀδικήσῃ] Qui aoristum ex praecepto Dawesii mutavit in *ἀδικήσει*, Heindorfius, is postea ipse illum defendit ad Protagor. p. 476. Nec dubium est, quin hoc in genere nihil invitis codicibus loco movendum sit, praesertim quum nec in hac verborum constructione aoristi atque futuri discrimen temere negligatur. v. Matthiae. Gr. ampl. p. 988 seq. ed. rec. et ad Eurip. Phoeniss. v. 1319. Et hoc quidem loco quum de iniuste faciendo, h. e. de singulis actionibus iniustis, cogitandum sit, recte se habet aoristus, qui significat: ne iniuste faciat in hac vel illa re. conf. p. 510. A. Ceterum ad *ἀδικήσῃ* intelligendum est subiectum indefinitum, cuius significatio continetur verbis proxime praecedentibus. — *ὡς ἱκ. κακὸν ἕξοντα*, quum habiturus sit sat multum mali, si iniuste agat.
ὥσπερ παρὰ τὸν ἰατρόν] Respiciuntur illa p. 478. A. Pro *ὥσπερ* fuit qui *ὡς* coniiceret, sine caussa.
B. *ἢ πῶς λέγομεν, ὦ Πῶλε, εἴπερ —*] an quomodo censemus, Pole, siquidem rata manent ea, de quibus antea inter nos convenit? De indicativo in hac interrogatione adhibito v. De Republ. II. p. 377. E. VII. p. 530. D. V. p. 461. E. Phaed. p. 75. B. Legg. I. p. 649. A. Cratyl. p. 425. C. al. Videlicet *πῶς λέγωμεν* est deliberantis, quid dicendum sit, *πῶς λέγομεν* autem quaerentis, quid dicatur et statuatur. — *οὕτω μέν*, si statuimus animum iustitia corrigendum esse.
Τί γὰρ δὴ φῶμεν;] H. e. *τί γὰρ ἄλλο φῶμεν;* v. ad Criton. p. 50. C.
εἰ μὴ εἴ τις ὑπ.] De hoc *εἰ μὴ εἰ*, nisi si, v. Matth. §. 617. f. De Republ. IX. p. 581. D: *οὐδενὸς ἀξίαν φήσει εἶναι, εἰ μὴ εἴ τις αὐτῶν ἀργύριον ποιεῖ.* Sympos. p. 205. E: *οὐ γὰρ τὸ ἑαυτῶν, οἶμαι, ἕκαστοι ἀσπάζον-*

ἄρα τὸ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῆς ἀδικίας τῆς αὑτοῦ ἢ γονέων ἢ ἑταίρων ἢ παίδων ἢ πατρίδος ἀδικούσης οὐ χρήσιμος οὐδὲν ἡ ῥητορικὴ ἡμῖν, ὦ Πῶλε, εἰ μὴ εἴ τις ὑπολάβοι ἐπὶ τοὐναντίον κατηγορεῖν δεῖν μάλιστα μὲν C ἑαυτοῦ, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν οἰκείων καὶ τῶν ἄλλων ὃς ἂν ἀεὶ τῶν φίλων τυγχάνῃ ἀδικῶν, καὶ μὴ ἀποκρύπτεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ φανερὸν ἄγειν τὸ ἀδίκημα, ἵνα δῷ δίκην καὶ ὑγιὴς γένηται, ἀναγκάζειν τε καὶ αὑτὸν καὶ τοὺς ἄλλους μὴ ἀποδειλιᾶν, ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως, ὥςπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῷ, τὸ ἀγαθὸν

Bekkero; vid. explic. Vulgo post *ὦ Πῶλε* interrogandi nota erat, *ὑποστιγμῇ* post *ὁμολογήματα* illata. Mutavimus cum Heindorfio.

C. *ἀναγκάζειν τε καὶ αὑτὸν*] Sic Ven. Ξ Σ. Vind. 2. Flor. x. d. Bodl. Aug. Meerm. cum edit. Bas. 2. Vulgo pro *τε* scribebatur *δέ*.

μύσαντα καὶ ἀνδρείως] Flor. x. *μύσαντα εὖ καὶ ἀνδρείως*. non opus.

ται, εἰ μὴ εἴ τις τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ. Ibid. p. 221. D. ex optimis libris dedimus *εἰ μὴ ἄρα εἰ*. Lachet. p. 196. A. Thucyd. I, 17: *οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μὴ εἴ τι πρὸς περιοίκους.* — *ἐπὶ τοὐναντίον* adverbialiter positum est pro *τοὐναντίον* propter antegressum *Ἐπὶ μὲν ἄρα τὸ ἀπολογεῖσθαι.* Sic dicitur *ἐπὶ ἔλαττον, ἐπὶ πλέον, ἐπὶ τὸ πολύ, ἐπὶ τὸ βέλτιον*, al. v. Matthiae. Gr. §. 586. extr. Bernhardy. Synt. p. 252.

C. *ὃς ἂν ἀεὶ τῶν φίλων τυγχάνῃ*] Non improbat Heindorfius lectionem codd. Meerm., Bodl., Flor. m. *τυγχάνοι* eamque a suspensa oratione dicit habere excusationem. Ac sane optativus cum *ἂν* iunctus locum habet in obliqua oratione, ubi is permutatur cum coniunctivo rectae orationis, qui *ἂν* sibi adiunctum habet. De quo genere loquendi v. quae exposuit G. Hermannus De particula *ἂν* p. 147 seqq. Exempla quaedam rei suppeditant etiam Bornemann. ad Xenoph. Anab. p. 136. et Krueger. ad libr. I, 5, 9. Verumtamen hoc quidem loco unice tenendus coniunctivus est. Nam primum quidem eum tuentur ceteri codd. omnes communi consensione; deinde optativus si verus esset, deinceps etiam optativo opus foret in verbis *ἵνα δῷ δίκην κτλ.* Itaque sic est existimandum. Utitur Socrates coniunctivo propterea, quod relicta oratione obliqua transit iam ad rectae orationis constructionem, perinde ac si praecederet *κατηγορεῖν δεῖ.* In qua ratione nihil est quod quem offendat, quandoquidem Graeci in temperandis miscendisque rectae et obliquae orationis generibus mira usi sunt libertate. conf. Politic. p. 268. C.

ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα] Conf. ad p. 475. E. Pro *μύσαντα* Th. Bergkius in libro *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft v. Zimmermann* a. 1835. n. 114. p. 916. coniiciebat legendum esse *μὴ μύσαντα*, quoniam viri fortis sit oculis non occlusis

καὶ καλὸν διώκοντα, μὴ ὑπολογιζόμενον τὸ ἀλγεινόν,
D ἐὰν μέν γε πληγῶν ἄξια ἠδικηκὼς ᾖ, τύπτειν παρέχοντα, ἐὰν δὲ δεσμοῦ, δεῖν, ἐὰν δὲ ζημίας, ἀποτίνοντα, ἐὰν δὲ φυγῆς, φεύγοντα, ἐὰν δὲ θανάτου, ἀποθνήσκοντα, αὐτὸν πρῶτον ὄντα κατήγορον καὶ αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων καὶ ἐπὶ τοῦτο χρώμενον τῇ ῥητορικῇ, ὅπως ἂν καταδήλων τῶν ἀδικημάτων γιγνομένων ἀπαλλάττωνται τοῦ μεγίστου κακοῦ, ἀδικίας. φῶμεν οὕτως, ἢ μὴ φῶμεν,
E ὦ Πῶλε; ΠΩΛ. Ἄτοπα μέν, ὦ Σώκρατες, ἔμοιγε δοκεῖ, τοῖς μέντοι ἔμπροσθεν ἴσως σοι ὁμολογεῖται. ΣΩ. Οὐκοῦν ἢ κἀκεῖνα λυτέον, ἢ τάδε ἀνάγκη συμβαίνειν; ΠΩΛ. Ναί, τοῦτό γε οὕτως ἔχει. ΣΩ. Τοὐναντίον δέ

D. ὄντα κατήγορον] V. inverso ordine κατήγορον ὄντα, ut est in Par. E.

καὶ ἐπὶ τοῦτο χρώμενον] V. καὶ μὴ φειδόμενον, ἀλλ ἐπὶ τ. Verba μὴ φειδόμενον ἀλλ' om. Clark. Vat. Vind. 1. 6. Par. BCEFIVW. Flor. a. b. c. d. f. m. o. s. Bodl. et pr. Coisl., quorum auctoritas certe reverenda fuit. Et redolent ista utique glossema. Pro vulg. ἐπὶ τούτῳ Clark. Par. BCI. Flor. b. et edit. Bas. 2. ἐπὶ τοῦτο. Accusativus est etiam infra p. 508. B. et alibi.

καταδήλων τῶν ἀδικημάτων γιγν.] V. alio ordine γιγνομένων τῶν ἀδ., invitis codd. plerisque omnibus.

E. τοῖς μέντοι ἔμπροσθεν] V. πρόσθεν, quod cum paucis aliis Par. E. habet. Dein pro σοι ὁμολογεῖται Par. V. συνομολογεῖται. Heindorfius σοι deleri iussit.

μὴ αὐτὸς ἀδικῆται] V. μὴ ἀδικῆται αὐτός, quod rursus cum Flor. f. s. tenet Par. E.

dolores tolerare. At depinxit Plato nobis non sapientem aliquem, qui more Stoicorum ista mala perferat, sed virum constantem, qui clausis oculis, h. e. quid de se fiat, utcunque negligens, vel summos dolores subeat patienter. Hinc recte dicitur *μύσαντα καὶ ἀνδρείως*, quod utrumque ad *παρέχειν* pertinet: p a t i e n t e r e t f o r t i t e r.

D. *καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων*] Vid. ad p. 473. C., ubi legebantur haec: *ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων.*

E. *ἴσως σοι ὁμολογεῖται*] *σοι* dicit, quia ut ita statuatur e ratione Socratis esse videtur.

ἢ κἀκεῖνα λυτ.] n o n n e i g i t u r a u t i l l a q u o q u e a r g u m e n t a t o l l e n d a s u n t a t q u e d i s s o l v e n d a, a u t h a e c i n d e c o n s e q u i n e c e s s e e s t? Similiter infra dixit *λύειν λόγους*. Protagor. p. 332. E: *πότερον οὖν, ὦ Πρωταγόρα, λύσωμεν τῶν λόγων.* — *κἀκεῖνα*, sc. s i e t i a m i l l a p r o f a l s i s h a b e a m u s. Nam ita *καί* in his explicandum.

Τοὐναντίον δέ γε αὖ μεταβαλόντα —] Liberius conformata periodus est. Nam quae primum enuntiantur: *εἰ ἄρα δεῖ τινα κακῶς π. κ. τ. λ.*, ea propter verba interposita paullo aliter deinde repetuntur sic: *ἐὰν δὲ ἄλλον ἀδικῇ ὁ ἐχθρὸς κ. τ. λ.*,

γε αὖ μεταβαλόντα εἰ ἄρα δεῖ τινα κακῶς ποιεῖν, εἴτ'
ἐχθρὸν εἴτε ὁντινοῦν, ἐὰν μόνον μὴ αὐτὸς ἀδικῆται ὑπὸ
τοῦ ἐχθροῦ· τοῦτο μὲν γὰρ εὐλαβητέον· ἐὰν δὲ ἄλλον
ἀδικῇ ὁ ἐχθρός, παντὶ τρόπῳ παρασκευαστέον καὶ πράτ-
τοντα καὶ λέγοντα, ὅπως μὴ δῷ δίκην, μηδὲ ἔλθῃ παρὰ 481
τὸν δικαστήν· ἐὰν δὲ ἔλθῃ, μηχανητέον, ὅπως ἂν δια-
φύγῃ καὶ μὴ δῷ δίκην ὁ ἐχθρός, ἀλλ' ἐάν τε χρυσίον
ἡρπακὼς ᾖ πολύ, μὴ ἀποδιδῷ τοῦτο, ἀλλ' ἔχων ἀναλί-
σκηται καὶ εἰς ἑαυτὸν καὶ εἰς τοὺς ἑαυτοῦ ἀδίκως καὶ
ἀθέως, ἐάν τε θανάτου ἄξια ἠδικηκὼς ᾖ, ὅπως μὴ ἀπο-
θανεῖται, μάλιστα μὲν μηδέποτε, ἀλλ' ἀθάνατος ἔσται
πονηρὸς ὤν, εἰ δὲ μή, ὅπως ὡς πλεῖστον χρόνον βιώσεται B

P. 481. ὅπως μὴ δῷ δίκην] V. διδῷ. Aoristum servarunt Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCFIW. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Bodl. Aug. Meerm.

ὅπως ἂν διαφύγῃ καὶ μὴ δῷ δ.] V. δώῃ. Recte Vind. 6. Flor. x. δῷ δ. In Flor. d. est διδῷ δίκην. conf. annot. Mox ᾖ post ἡρπακὼς om. Clark. Vat. Vind. 1. 6. Par. BCFIW. Flor. a. b. c. m. o. x. et pr. E. Quod si verum est, ex proximo membro ᾖ intelligendum erit. Sed vereor, ne propter repetitionem hic eiectum sit a grammaticis saepe male curiosis.

ἀδίκως καὶ ἀθέως] ἀθέσμως Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. Par. V. Aug. Meerm.

ἐάν τε θανάτου ἄξια] ἐάν τε αὖ θ. Ven. Σ. Vind. 2. 7. Flor. d. x. Aug. Meerm. et edit. Bas. 2. Dein vulg. ἀποθανῆται ex Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. 7. Par. BCFIVW. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Aug. Bodl. Meerm. correctum.

ita ut apodosis postremis accommodata sit. De ἐάν post εἰ illato v. ann. ad Legg. IX. p. 872. E. Phaedon. p. 93. B. Notanda vero praeterea est ubertas orationis, qua graviter indicatur contraria rei ratio. Nam primo dicit τοὐναντίον, contra, deinde αὖ, ex altera parte, denique addit μεταβαλόντα, mutata ratione, vicissim. Ita enim μεταβαλών saepenumero usurpatur apud Platonem: Phileb. p. 51. A: ἐγὼ δὴ πειράσομαι μεταβαλὼν σημαίνειν ὑμῖν αὐτάς. Ibid. p. 21. D: τὸν δὲ τοῦ νοῦ μεταβαλόντες αὖ βίον ἴδωμεν. Plura dabunt Markland. ad Maxim. Tyr. p. 677. et Heindorf. ad h. l. — ἐὰν μόνον μὴ αὐτὸς ἀδικῆται κ. τ. λ., dummodo ipse non ab inimico afficiatur iniuria, quoniam scilicet isto pacto necesse fuerit, ut alter in iudicium vocetur et iusta poena afficiatur, quod beneficii loco habendum fuerit.

P. 481. μάλιστα μὲν μηδέποτε] Haec ne quem in fraudem inducant, cogitandum est plene dicendum fuisse: μάλιστα μὲν μηχανητέον, ὅπως μηδέποτε ἀποθανεῖται. De μάλιστα μέν, εἰ δὲ μή, v. Boeckh. in Min. p. 87. Krueger. ad Dionys. p. 27. Hermann. ad Lucian. De histor. conscrib. p. 284.

τοιοῦτος ὤν. ἐπὶ τὰ τοιαῦτα ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε, ἡ ῥητορικὴ χρήσιμος εἶναι· ἐπεὶ τῷ γε μὴ μέλλοντι ἀδικεῖν οὐ μεγάλη τίς μοι δοκεῖ ἡ χρεία αὐτῆς εἶναι, εἰ δὴ καὶ ἔστι τις χρεία· ὡς ἔν γε τοῖς πρόσθεν οὐδαμῇ ἐφάνη οὖσα.

Cap. XXXVII. *ΚΑΛ.* Εἰπέ μοι, ὦ Χαιρεφῶν, σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης, ἢ παίζει; *ΧΑΙ.* Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Καλλίκλεις, ὑπερφυῶς σπουδάζειν· οὐδὲν μέντοι
C οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν. *ΚΑΛ.* Νὴ τοὺς θεοὺς ἀλλ' ἐπιθυμῶ. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, πότερόν σε φῶμεν

C. *πότερόν σε φῶμεν*] *φῶμεν* teste Olympiodoro in libris quibusdam olim non repertum est.

ἄλλο τι ἢ ἡμῶν ὁ βίος] Bekkerus *ἢ* sine codicum consensione eliminavit.

τοῖς δὲ ἄλλο τι, τὸ αὐτό] Libri mss. omnes *ἄλλο τι ἢ τὸ αὐτό*. Heindorfius post *τὸ αὐτὸ* addendum putabat *ὄν*, sine caussa idonea.

D. *τὸ ἑαυτοῦ πάθημα*] V. *αὐτοῦ*.

ταὐτόν τι πεπονθότες] Vind. 6. *πεπονθότε*, quod olim cum

B. *ἐπεὶ τῷ γε μὴ μέλλ.*] „Locum sic intelligo: Qui non sit iniuriam illaturus, non opus est ei rhetorica, ut eiusdem opera luat supplicio suo iniustitiam." ROUTH.

Cap. XXXVII. *οὐδὲν μέντοι οἷον τὸ αὐτ. ἐρ.*] optimum tamen fuerit ipsum interrogare. v. ad p. 447. C.

C. *Νὴ τοὺς θεοὺς ἀλλ' ἐπιθυμῶ*] Vid. annot. ad p. 463. D.

ἡμῶν ὁ βίος ἀνατετραμμένος ἂν εἴη] Similem verborum constructionem habet Aristoph. Plut. v. 499: *ὡς μὲν γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ βίος τοῖς ἀνθρώποις διάκειται:* quem locum comparavit Routhius. Addimus De Rep. IV. p. 442. B: *μὴ — ξύμπαντα τὸν βίον πάντων ἀνατρέψῃ.* Deinde Stephan. coniecit *πράττοιμεν.* Sed quidni indicativo nunc locus sit, quum praecedant haec: *εἰ μὲν γὰρ σπουδάζεις κ. τ. λ.?* — De constructione verborum *τὰ ἐναντία — ἢ ἃ δεῖ* v. ad Phileb. p. 100.

εἰ μή τι ἦν — τὸ αὐτό] Quid velit Socrates, facile patet ex iis, quae deinde hanc illustraturus sententiam adiecit. Cohaerent verba sic: *εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος τὸ αὐτό, τοῖς μὲν ἄλλο τι, τοῖς δὲ ἄλλο τι,* nisi hominibus esset communis aliqua animorum affectio, quamquam eius apud alios alia ratio est. Quippe fieri sane potest, ut, licet alii aliis rebus studeant, tamen communem quendam studiorum suorum sensum habeant. Ut quum Socrates philosophiae, Callicles autem populi rebus studet, uterque certe amore alicuius rei captus est. Itaque sententia est satis perspicua. Neque structura verborum quidquam habet difficultatis. Nam illa: *τοῖς μὲν ἄλλο τι, τοῖς δὲ ἄλλο τι,* principi sententiae interposita sunt, ut ea

νυνὶ σπουδάζοντα, ἢ παίζοντα; εἰ μὲν γὰρ σπουδάζεις τε καὶ τυγχάνει ταῦτα ἀληθῆ ὄντα, ἃ λέγεις, ἄλλο τι ἢ ἡμῶν ὁ βίος ἀνατετραμμένος ἂν εἴη τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντα τὰ ἐναντία πράττομεν, ὡς ἔοικεν, ἢ ἃ δεῖ; ΣΩ. Ὦ Καλλίκλεις, εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος, τοῖς μὲν ἄλλο τι, τοῖς δὲ ἄλλο τι, τὸ αὐτό, ἀλλά τις ἡμῶν ἴδιόν τι ἔπασχε πάθος ἢ οἱ ἄλλοι, οὐκ ἂν ἦν ῥᾴδιον D ἐνδείξασθαι τῷ ἑτέρῳ τὸ ἑαυτοῦ πάθημα. λέγω δ' ἐννοήσας, ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταὐτόν τι πεπονθότες· ἐρῶντε δύο ὄντε δυεῖν ἑκάτερος, ἐγὼ μὲν

Bekkero dedi. Nunc pluralem numerum servandum putavimus. v. quae de hoc genere exposuimus ad Euthydem. p. 273. D. Protagor. p. 317. E. Phaedr. p. 254. A. p. 278. B., unde disces dualem numerum non raro sic cum plurali numero consociari. Dein Par. I. Flor. b. *δυεῖν*. v. p. 464. B., ubi nullus codex *δυεῖν*, p. 473. D. al. Libri hoc in genere mire fluctuant. conf. Fischer. ad Theophrast. Char. II, 2. Aeschin. Socr. II, 3. Lennep. ad Phal. p. 42. Lobeck. ad Phrynich. p. 210 seq. Matthiae. Gr. §. 138. 2. Videtur *δυεῖν* apud Platonem non omnino spernendum.

limitibus suis circumscribatur atque accuratius definiatur. — Mox notabis structuram verborum *ἴδιόν τι — ἢ οἱ ἄλλοι*, quae prorsus conformata est *πρὸς τὸ νοούμενον*. Quippe in *ἴδιον* comprehenditur simul notio diversitatis: unde subiicitur *ἤ*, perinde ac si scriptum esset *ἄλλο τι ἔπασχε*.

D. *λέγω δ' ἐννοήσας κτλ.*] Totum hunc locum, qui sequitur, Ficinus videtur aliter scriptum legisse, neque tamen quidquam in eo mutandum putamus. — *καὶ τοῦ Πυριλάμπους*, intell. *υἱοῦ*, quae frequens ratio est. Nam quominus cum Heindorfio *Δῆμον* intelligamus, linguae leges prohibent. Ludit autem commemorans *δῆμον* Atheniensem atque *Δῆμον*, Pyrilampis filium. Elegantiam loci partim explicavit Casaubonus ad Athenaeum IX, 12. p. 397. „Demus hic ille est", inquit, „*φιλόκαλος* et comtulus iuvenis, quem ut mollem et formae studiosum comici perstrinxerunt. v. Aristoph. Vespp. v. 97. ibique schol. Ex istis lucem afferes loco Platonis in Gorgia, ubi ait Socrates de se et Callicle ambos se duorum amore teneri, ipsum quidem Alcibiadis et philosophiae, Calliclem vero *δήμου* Atheniensium et *Δήμου* Pyrilampis, id est populi et Demi, qui erat filius Pyrilampis." Comicis propter ipsum *Δήμου* nomen ludendi cavillandique materiam praebuit; v. Ranke Vit. Arist. p. 405. Raspius De Eupol. Demis p. 94. conf. infra p. 513. B. Quamquam Populi prosopopoeia ceterum non fuit inaudita. Statuas Demi Attici memorat Pausanias I, 1, 3. et 3, 4. Eundem Parrhasius in tabula repraesentavit, de quo Plin. N. H. XXXV, 36. Fallitur vero Casaubonus l. c. scribendum putans *καὶ τοῦ τοῦ Πυριλάμπους*. Nam neque articulum eodem casu sic repetitum

Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας, σὺ δὲ τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου καὶ τοῦ Πυριλάμπους. αἰσθάνομαι οὖν σου ἑκάστοτε, καίπερ ὄντος δεινοῦ, ὅτι, ὁπόσ' ἂν φῇ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν, οὐ δυναμένου
E ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου· ἔν τε τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐάν τι σοῦ λέγοντος ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων μὴ φῇ οὕτως ἔχειν, μεταβαλλόμενος λέγεις ἃ ἐκεῖνος βούλεται, καὶ πρὸς τὸν Πυριλάμπους νεανίαν τὸν καλὸν τοῦτον τοιαῦτα ἕτερα πέπονθας. τοῖς γὰρ τῶν παιδικῶν

σὺ δὲ τοῦ τε Ἀθην. δ.] Sic Ven. Ξ. Vind. 2. 7. Bodl. Meerm. Aug. et pr. Par. I. Vett. editt. *σύ τε δυοῖν, τοῦ τε Ἀθ. δ.*, in quibus *δυοῖν* perinepte intrusum.

ὁπόσ' ἂν φῇ σου] V. *ὅπως*, quod ex codd. correctum fere omnibus. Astius *ὅ τι ἂν* ex Flor. x. Vulgatum *ἀντιφῇ* ex Clark. Vat. Ven. Ξ. Vind. 2. 7. Flor. s. x. Aug. Bodl. Meerm. aliis emendatum. Unde natum sit vitium, ex scriptura Ven. Ξ. corr. *ἀνφῇ* coniicias.

E. *ἔν τε τῇ ἐκκλησίᾳ*] Vulg. *ἔν τε γὰρ τῇ ἐκκλ.* Voc. *γὰρ* nunc eieci cum Clark. Vat. Coisl. Vind. 6. Par. BCEFIW. Flo-

per loquendi consuetudinem ferri posse arbitramur, quamquam id citeriori quidem graecitati non repugnare docuit Boissonad. ad Anecdot. II. p. 296., ad Planud. Met. p. 73. et ad Eurip. T. III. p. 339. conf. Schaefer. ad Demosth. Appar. IV. p. 151., neque opus est omnino hac geminatione, siquidem non *Δήμου*, sed *υἱοῦ* cogitatione addendum est. Mox articulo item ante Pyrilampis nomen omisso dicitur *τὸν Πυριλάμπους νεανίαν* et infra p. 513. B. *τῷ Πυριλάμπους*. Alia huius generis exempla v. ap. Lambert. Bos. De Ellips. p. 507. ed. Schaefer.

ὅτι — οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν] Aut dicendum fuit *ὅτι οὐ δύνασαι — ἀλλὰ μεταβάλλει*, aut *ὅτι* omittendum. Sed utraque orationis forma in unum conflata dixit *ὅτι οὐ δυναμένου*. v. Apolog. Socrat. p. 37. B. De hoc genere loquendi consulas Bornemann. ad Xenoph. Anabas. II, 6, 24. p. 162 seq. Rost. §. 129. not. 1. coll. §. 122. ann. 3. Bernhardy. Synt. p. 471. — *ἄνω καὶ κάτω μεταβάλλεσθαι* passim dicuntur ii, qui prae consilii inopia nesciunt, quo se vertant, qui non habent, quid dicant vel faciant, qui sibi non constant neque certam in agendo sequuntur rationem, ut h. l. Dinarch. p. 13. ed. Reisk.: *διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας καὶ οὐκ ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενος.*

E. *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων*] Quod altero loco reposuimus articulum plurimorum librorum auctoritate, ne quis putet legem illam violatam esse, de qua scripsimus ad p. 455. D. Nam *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων* dicitur, quia opponitur *ἐκεῖνος*, h. e. *Δῆμος ὁ Πυριλάμπους*, estque simul populus tam levis atque inconstans, qualis est Atheniensis. Carpit enim Socrates Calliclis levitatem mobili populi turbae nunquam non blandientis

βουλεύμασί τε καὶ λόγοις οὐχ οἷός τ' εἶ ἐναντιοῦσθαι, ὥςτε, εἴ τίς σου λέγοντος ἑκάστοτε ἃ διὰ τούτους λέγεις θαυμάζοι, ὡς ἄτοπά ἐστιν, ἴσως εἴποις ἂν αὐτῷ, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν, ὅτι, εἰ μή τις παύσει τὰ σὰ 482
παιδικὰ τούτων τῶν λόγων, οὐδὲ σὺ παύσει ποτὲ ταῦτα λέγων. νόμιζε τοίνυν καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆναι ἕτερα τοιαῦτα ἀκούειν, καὶ μὴ θαύμαζε, ὅτι ἐγὼ ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τὴν φιλοσοφίαν, τὰ ἐμὰ παιδικά, παῦσον ταῦτα λέγουσαν. λέγει γάρ, ὦ φίλε ἑταῖρε, ἀεὶ ἃ νῦν ἐμοῦ

rentinis excepto d. Videlicet inserviunt haec explica- lis verbis praecedentibus.

ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων] Secundum ὁ debemus Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. B C I V W. Flor. a. c. d. m. o. x. Aug. Bodl. Meerm. Carent tamen eodem articulo Clark. et Vat. v. annot.

βουλεύμασί τε] V. βουλήμασί τε, ut est in Par. E. et paucis aliis.

P. 482. ἀεὶ ἃ νῦν ἐμοῦ ἀκ.] ἀεὶ additum ex Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. I V W. Flor. a. b. c. o. Bodl. Meerm. al.

et adulantis. Ceterum exempla articuli in his formulis temere neglecti collegit Schaefer. Melett. crit. p. 8. et Fischer. ad Weller. T. I. p. 341.

τοιαῦτα ἕτερα] itidem talia. Mox p. 482. A: χρῆναι ἕτερα τοιαῦτα ἀκούειν. Sympos. p. 201. E. Phaedr. p. 58. D., ubi v. annot. — βουλεύμασί τε καὶ λόγοις. Quod schol. ad Aristoph. Plut. v. 493. statuit, βούλευμα esse consilium privatum et βούλημα consilium publicum, hoc discrimen non recte esse constitutum docuit Spanhem. Itaque hoc loco auctoritati codicum parendum iudicavimus.

P. 482. ταῦτα λέγων] Dictum hoc est δεικτικῶς, neque opus, ut scribatur ταὐτά, praesertim quum praecedat τούτων τῶν λόγων.—τὰ ἐμὰ παιδικά. Synesius p. 22. ed. Turneb. Platonem imitatus item philosophiam vocat τὰ παιδικὰ sua. v. quae de usu huius nominis diximus ad Phaedon. p. 68. A. Phaedr. p. 249. A. — πολὺ ἧττον ἔμπληκτος. Suidas: ἔμπληκτοι· κοῦφοι, εὐμετάβλητοι. Eustath. p. 1886. ἔμπληκτον interpretatur ἄστατον, εὐμετάβολον. Lysid. p. 214. C: δοκοῦσι λέγειν — τοὺς κακοὺς — μηδέποτε ὁμοίους μηδ' αὐτοὺς αὐτοῖς εἶναι, ἀλλ' ἐμπλήκτους τε καὶ ἀσταθμήτους, ubi v. Heindorf. Eurip. Troad. v. 1211: ταῖς τροπαῖς γὰρ αἱ τύχαι, ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ' ἄλλοσε πηδῶσι. Plutarch. Eumen. p. 584. E. T. I: ἔμπληκτος ὢν καὶ φορᾶς μεστὸς ἀβεβαίου. Plura dabit Lobeck. ad Sophocl. Aiac. v. 1348. Wyttenbach. ad Plut. Vol. VI. P. II. p. 927. Male igitur Ficinus: minus stolida et pervicax. Neque dignum est mentione, quod scholiasta et Olympiodorus tamquam aliam lectionem commemorant ἔκβλητος.

ἀκούεις, καί μοί ἐστι τῶν ἑτέρων παιδικῶν πολὺ ἧττον ἔμπληκτος· ὁ μὲν γὰρ Κλεινίειος οὗτος ἄλλοτε ἄλλων ἐστὶ λόγων, ἡ δὲ φιλοσοφία ἀεὶ τῶν αὐτῶν. λέγει δὲ ἃ
B σὺ νῦν θαυμάζεις, παρῆσθα δὲ καὶ αὐτὸς λεγομένοις. ἢ οὖν ἐκείνην ἐξέλεγξον, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, ὡς οὐ τὸ ἀδικεῖν ἐστι καὶ ἀδικοῦντα δίκην μὴ διδόναι ἁπάντων ἔσχατον κακῶν· ἢ εἰ τοῦτο ἐάσεις ἀνέλεγκτον, μὰ τὸν κύνα, τὸν Αἰγύπτιον θεόν, οὔ σοι ὁμολογήσει Καλλικλῆς, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ διαφωνήσει ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ. καίτοι ἔγωγε οἶμαι, ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι κρεῖττον εἶναι ἀναρμοστεῖν τε καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορὸν ᾧ χορη-

ἧττον ἔμπληκτος] Clark. Vind. 1. marg. ἔκπληκτος, quam lectionem etiam schol. memorat.

φιλοσοφία ἀεὶ τῶν αὐτῶν] Hic ἀεὶ om. Clark. Vat. Ven. 6. Par. BCEFIVW. Flor. a. b. c. f. m. o. s. x. et pr. Coisl. Sed ἀεὶ τῶν αὐτῶν ad amussim respondet praecedenti ἄλλοτε ἄλλων. Quamobrem haec omissio errore nata sit prorsus necesse est.

B. ἔσχατον κακῶν] Vat. κακόν. Clark. Par. CEFV. Vindobonens. 7. Florentini κακῶν. In aliis quibusdam est τῶν κακῶν.
τὸν Αἰγύπτιον θεόν] V. Αἰγυπτίων. Mutavi ex Olympiodoro suadente Sybrando. Alioquin τῶν articulus ante Αἰγυπτίων desideratur.

ὁ μὲν γὰρ Κλειν. — ἄλλοτε ἄλλ.] Notatur Alcibiadis levitas et inconstantia, de qua v. Sympos. p. 216. B. C. al. Sensum verborum bene explicat Olympiodorus: ὁ Ἀλκιβιάδης ἄλλοτε ἄλλοις χαίρει λόγοις, ἡ δὲ φιλοσοφία ἀεὶ τῶν αὐτῶν ἐφίεται λόγων, ἀληθῶν γε ὄντων. De dictione atque structura vid. Matth. Gr. amplior. p. 622. — παρῆσθα δὲ καὶ αὐτός, videlic. κινουμένων τῶν λόγων τῶν πρὸς Πῶλον, ut recte Olympiodor. — ἐξέλεγξον, h. e. coargue ac doce. v. p. 467. A. 508. A. B.

B. μὰ τὸν κύνα —] Vide annot. ad Apol. Socrat. p. 28. Olympiodorus: Αἰγύπτιον εἶπεν, ἐπειδὴ μάλιστα πάντων οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς συμβόλοις ἐκέχρηντο, unde scripseris τὸν Αἰγύπτιον. Idem proxima interpretatur sic: εἰ ἀνέλεγκτον ἐάσεις τὸν λόγον, ὦ Καλλίκλεις, καὶ μὴ θελήσεις ζητηθῆναι τοὺς λόγους, οὐδέποτέ σοι συμφωνήσει ὁ Καλλικλῆς, ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτε σαυτῷ συμφωνήσεις, ἀλλ' ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ διαφωνήσεις τυφλώττων. κάλλιον δέ γε λύρας χορδὰς διαφωνῆσαι καὶ μὴ ποιεῖν ἁρμονίαν, ἤγουν χορὸν διαφωνῆσαι, καὶ μὴ ψυχὴν αὐτὴν ἑαυτῇ μάχεσθαι καὶ διαφωνεῖν· μέγιστον γὰρ τοῦτο κακόν. De μᾶλλον post κρεῖττον illato v. infra ad p. 487. B.

Cap. XXXVIII. C. δοκεῖς νεανιεύεσθαι] Schol. νεανιεύεσθαι interpretatur μέγα φρονεῖν, κομπάζειν. Proprie est iuvenum more se efferre, deinde iuveniliter gloriari, se iactare, ut h. l. v. Wyttenbach. ad Selectt. princip.

γοίην, καὶ πλείστους ἀνθρώπους μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' ἐναντία λέγειν μᾶλλον ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι καὶ ἐναντία λέγειν. C

Cap. XXXVIII. *ΚΑΛ. Ὦ Σώκρατες, δοκεῖς νεανιεύεσθαι ἐν τοῖς λόγοις ὡς ἀληθῶς δημηγόρος ὤν· καὶ νῦν ταῦτα δημηγορεῖς ταὐτὸν παθόντος Πώλου πάθος, ὅπερ Γοργίου κατηγόρει πρὸς σὲ παθεῖν. ἔφη γάρ που Γοργίαν ἐρωτώμενον ὑπὸ σοῦ, ἐὰν ἀφίκηται παρ' αὐτὸν μὴ ἐπιστάμενος τὰ δίκαια ὁ τὴν ῥητορικὴν βουλόμενος μαθεῖν, εἰ διδάξει αὐτὸν ὁ Γοργίας, αἰσχυνθῆναι αὐτὸν* D
καὶ φάναι διδάξειν διὰ τὸ ἔθος τῶν ἀνθρώπων, ὅτι

ἀναρμοστεῖν τε] Sic corr. Heusdius Spec. crit. p. 32. probante Heindorfio et Bekkero. Libri omnes *ἀνάρμοστόν τε*, quod tueri conatur Winckelm. ad Euthydem. p. 73. *εἶναι* intelligens, ubi tamen dissimillima confudit. Verbum *ἀναρμοστεῖν*, quo fortasse offensi sunt loci corruptores, legitur etiam alibi apud Platonem, veluti Sophist. p. 253. A. 261. C. Legg. IV. p. 718. B. De Rep. V. p. 462. A., quos locos iam attulit Heindorfius. Astius *εἶναι* traiectum putans coni. *ἀνάρμοστόν τε εἶναι καὶ διαφ.*

D. *εἰ διδάξει αὐτὸν ὁ Γ.*] *διδάξοι* Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BCVW. Flor. a. c. m. Vindob. 1. 2. 6. 7. Bodl. et corr. Vat. Sed recte se habere indicativum futuri vel exinde patet, quod *ἐὰν ἀφίκηται* scriptum est, non *εἰ ἀφίκοιτο*. conf. Reisig. Coni. Arist. p. 226.

historic. p. 373. ad Plutarch. Moral. T. I. p. 137. ed. Ox. Deinde *δημηγόρον εἶναι* vel *δημηγορεῖν* proprie est concionari, orationem habere, et opponitur *τῷ διαλέγεσθαι*, ut Protagor. p. 336. B. Sed in malam partem dicitur sic, ut sit rhetorum more copiose dicere ostentationis caussa neque in dicendo verum et utile spectare, sed audientium gratiam captare et inanem orationis aucupari delectationem. conf. infra p. 502. C. D. 519. D. Theaet. p. 162. D. De Rep. I. p. 350. D. — *ταὐτὸν παθόντος Π.*, postquam Polo idem accidit, quod querebatur Gorgiae accidisse tecum disserenti. Respicitur ad p. 461. B., ut proxima docent.

D. *αἰσχυνθῆναι αὐτόν*] Poterat omitti *αὐτόν*. Sed usitata est Atticis neque ingrata repetitio subiecti per pronomen *αὐτός*. v. ad Symp. p. 195. A. Theaet. 155. E. Phaedr. p. 269. A. Schaefer. ad L. Bos. De Ellips. p. 23. Ast. ad Legg. p. 10. Bernhardy. Syntax. p. 290. Similiter Latini scriptores is, hic et ille post nomen substantivum inferunt. v. Manut. ad Cicer. Epist. ad Famill. VII, 26. XIII, 28. et quos laudat Drackenborch. ad Liv. XXV, 27, 1.

ὅτι ἀγανακτοῖεν ἄν, εἴ τις μὴ φ.] *weil sie unwillig sein würden, wenn einer es nicht sagte.* Alia foret sententia, si *ἂν* desideraretur. v. Hermann. ad Viger. p. 741 seq. et Poppo ad Xenoph. Cyrop. I, 3, 13.

ἀγανακτοῖεν ἄν, εἴ τις μὴ φαίη· διὰ δὴ ταύτην τὴν ὁμολογίαν ἀναγκασθῆναι ἐναντία αὐτὸν αὑτῷ εἰπεῖν, σὲ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἀγαπᾶν. καί σου κατεγέλα, ὥς γέ μοι δοκεῖν, ὀρθῶς τότε. νῦν δὲ πάλιν αὐτὸς ταὐτὸν τοῦτο ἔπαθε, καὶ ἔγωγε κατ' αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Πῶλον, ὅτι σοι συνεχώρησε τὸ ἀδικεῖν αἴσχιον εἶναι τοῦ ἀδι-
E κεῖσθαι· ἐκ ταύτης γὰρ αὖ τῆς ὁμολογίας αὐτὸς ὑπὸ σοῦ συμποδισθεὶς ἐν τοῖς λόγοις ἐπεστομίσθη, αἰσχυνθεὶς ἃ ἐνόει εἰπεῖν. σὺ γὰρ τῷ ὄντι, ὦ Σώκρατες, εἰς τοιαῦτα ἄγεις φορτικὰ καὶ δημηγορικά, φάσκων τὴν ἀλή-

καί σου κατεγέλα] Sic Vind. 2. Par. V. Vett. editt. cum reliquis codd. mss. *καταγελᾶν*, quod recte mutandum vidit Cornarius. Defenderunt tamen nuper Bernhardy. Syntax. p. 464. et Winckelmann. ad Euthydem. p. 38., qui infinitivum volunt ex parenthesi *ὥς γέ μοι δοκεῖν* pendere, de quo genere structurae v. ad p. 453. B. Sed quum *ὥς γέ μοι δοκεῖν* semper dicatur absolute neque cum infinitivo iunctum usquam reperiatur, illam duarum constructionum confusionem hic non posse locum habere plane nobis persuasimus.

P. 483. *κατὰ φύσιν ὑπερ.*] V. *τὰ κατὰ φ. ὑπ.* Articulum

κατ' αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Πῶλ.] H. e. in hoc ipso non laudo Polum. Sic *αὐτό* ponitur Lysid. p. 220. B: *φίλον δὲ τῷ ὄντι κινδυνεύει ἐκεῖνο αὐτὸ εἶναι, εἰς ὃ πᾶσαι αὗται αἱ λεγόμεναι φιλίαι τελευτῶσι*, illud vel maxime carum esse videtur etc. Plura notavit Valckenar. ad Herodot. III, 71. et ad Chrysostom. Orat. I. in Hemsterhus. Oratt. p. VI. Conf. infra p. 488. D. p. 509. E.

E. *ὑπὸ σοῦ συμπ. — ἐπεστομίσθη*] H. e. a te irretitus in sermone eo redactus est, ut non haberet quod tibi opponeret. Ad *συμποδισθείς* Olympiodor. ms.: *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀλόγων ζώων τῶν συμποδιζομένων ἐπὶ τὸ σφαγῆναι.* Theaetet. p. 165. E: *θαυμάσας τὴν σοφίαν συνεποδίσθης ὑπ' αὐτοῦ, οὗ δή σε χειρωσάμενός τε καὶ συνδήσας ἤδη ἂν τότε ἐλύτρου κ. τ. λ.* De *ἐπιστομίζειν*, quod proprie est os equi freno compescere, Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. p. 193. exposuit. — *φορτικά* sunt gravia et molesta, v. ad Apol. Socrat. p. 32. A., *δημηγορικά* autem ad speciem et gratiam audientium, non ad verum comparata. — *ὡς τὰ πολλά* respondet Lat. ut plerumque, ut Legg. XII. p. 952. D. al. Male Findeisen. interpretatur quam saepissime. Satis autem constat sophistas, virtutis vim et rationem tollentes, docuisse ea, quae iusta et honesta haberentur, non per se — *φύσει*, natura — iusta et honesta esse, sed lege et conventione. v. Legg. X. p. 889. E. p. 890. A. Protagor. p. 337. D. Theaet. p. 172. A. Itaque Callicles distinguit *τὰ κατὰ φύσιν* et *τὰ κατὰ νόμον*.

P. 483. *ὃ δὴ καὶ σὺ τοῦτο τὸ σοφὸν κ.*] Acerba cum irrisione istud *τοῦτο τὸ σοφόν* pronomini *ὃ* subiectum est. De

θειαν διώκειν, ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστι καλά, νόμῳ δέ.
ὡς τὰ πολλὰ δὲ ταῦτα ἐναντία ἀλλήλοις ἐστίν, ἥ τε
φύσις καὶ ὁ νόμος. ἐὰν οὖν τις αἰσχύνηται καὶ μὴ τολ-
μᾷ λέγειν ἅπερ νοεῖ, ἀναγκάζεται ἐναντία λέγειν. ὃ δὴ 483
καὶ σὺ τοῦτο τὸ σοφὸν κατανενοηκὼς κακουργεῖς ἐν
τοῖς λόγοις, ἐὰν μέν τις κατὰ νόμον λέγῃ, κατὰ φύσιν
ὑπερωτῶν, ἐὰν δὲ τὰ τῆς φύσεως, τὰ τοῦ νόμου. ὥςπερ
αὐτίκα ἐν τούτοις, τῷ ἀδικεῖν τε καὶ τῷ ἀδικεῖσθαι,
Πώλου τὸ κατὰ νόμον αἴσχιον λέγοντος, σὺ τὸν νόμον
ἐδιώκαθες κατὰ φύσιν. φύσει μὲν γὰρ πᾶν αἴσχιόν ἐστιν,

omisimus cum Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFIVW. Flor. a. b. c. d. f. m. o. s. Bodl. In Flor. x. articulo utrobique addito legitur *τὰ κατὰ νόμον λέγῃ, τὰ κατὰ φύσ. ὑπ.*

αἴσχιον λέγοντος, σὺ τὸν νόμον] Haec verba om. Clark. Vat. Vind. 1. 6. Desunt errore ex *ὁμοιοτελεύτῳ* profecto. Dein *κατὰ φύσιν* post *ἐδιώκαθες* vett. editt. negligunt. Recte illud tuentur Clark. Vat. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Aug. Bodl. Meerm. Flor. a. x. et Cornarii Hassensten. In Par. FV. pr. desunt verba *Πώλου — ἐδιώκαθες.*

constructione v. Heindorf. ad h. l. ad Cratyl. p. 97. Parmenid. p. 226. Protagor. p. 579. et Matth. Gr. §. 476. Est autem *σοφόν* callide et astute inventum, callide ac scite excogitatum, sicuti alibi *σόφισμα* est callidum artificium, astutum facinus vel consilium. v. interpp. ad Euripid. Hecub. v. 256. — *κακουργεῖν ἐν τοῖς λόγοις,* in disputando fallacibus et captiosis rationibus uti. v. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 334. Idem opprobrium Socrati obiicit Thrasymachus De Republ. p. 338. D. coll. 341. A. De discrimine a sophistis inter *τὸν νόμον* et *τὴν φύσιν* constituto v. ad Cratyl. Prolegg. p. 23. Ceterum hunc modum adversarium in disputando decipiendi, quo Callicles Socratem usum esse queritur, descripsit Aristotel. De Sophistic. Elench. c. XII. p. 570. Vol. III. ed. Buhl., id quod iam Routhius monuit. Neque obscurum est sophistam Socrati tribuere suam ipsius artem eumque e suis moribus iudicare. Verbum *ὑπερωτᾶν* est furtim h. e. captiose et fraudulenter interrogare.

Πώλου τὸ κατὰ νόμον αἴσχιον λ.] Loci sententia haec est: Quum Polus de eo loqueretur, quod esset lege et consuetudine turpius, — concesserat enim turpe esse iniuriam facere, in eaque re communi hominum opinioni aliquid tribuerat — tu id, quod secundum legem et consuetudinem iudicabatur, ad naturae normam exigebas et persequebaris. Quippe Socrates, quum Polus *κατὰ νόμον* recte statuere videretur turpius et peius esse iniuriam pati quam facere, — erat enim haec communis hominum sententia — vicissim disputando efficere conabatur, ut iniuriam facere

ὅπερ καὶ κάκιον, τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν.
B οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς τοῦτό γ' ἐστὶ τὸ πάθημα, τὸ ἀδικεῖσθαι, ἀλλ' ἀνδραπόδου τινός, ᾧ κρεῖττόν ἐστι τεθνάναι ἢ ζῆν, ὅςτις ἀδικούμενος καὶ προπηλακιζόμενος μὴ οἷόςτε ἐστὶν αὐτὸς αὑτῷ βοηθεῖν, μηδὲ ἄλλῳ, οὗ ἂν κήδηται. ἀλλ', οἶμαι, οἱ τιθέμενοι τοὺς νόμους οἱ ἀσθενεῖς ἄνθρωποί εἰσι καὶ οἱ πολλοί. πρὸς αὑτοὺς οὖν καὶ τὸ αὑτοῖς συμφέρον τούς τε νόμους τίθενται καὶ τοὺς ἐπαί-
C νους ἐπαινοῦσι καὶ τοὺς ψόγους ψέγουσιν· ἐκφοβοῦντες τοὺς ἐῤῥωμενεστέρους τῶν ἀνθρώπων καὶ δυνατοὺς ὄν-

B. ἐστι τεθνάναι] V. inverso ordine τεθνάναι ἐστίν, reluctantibus Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 2. 6. 7. Par. V. Flor. x.
C. ἐκφοβοῦντες τοὺς] τε vulgo post ἐκφοβοῦντες inculcatum om. Clark. Vat. Vind. 1. 6. Par. BCEFI. Flor. a. b. c. f. m. o. s. x. Bodl. Meerm. Findeisenio vocula collocanda videbatur post τῶν ἀνθρώπων. Imo ea omnino omittenda fuit, quandoquidem haec praecedentium verborum illustrationi inserviunt, perinde ac si scriptum legatur: ἐκφοβοῦντες γὰρ τοὺς ἐῤῥ., ut rursus locum habeat appositio illa integri enuntiati toties a criticis et grammaticis male neglecta. Igitur ante ἐκφοβοῦντες in locum commatis substituimus colon quod dicitur.
ἡ δέ γε, οἶμαι, φύσις] Meerm. ἡ δέ γε φύσις, οἶμαι. Sed

quam pati non modo turpius, sed etiam peius esse iudicaretur. Ita clara omnia sunt et perspicua neque opus est, ut vel litterulam loco suo moveamus. Secus tamen Astio visum, qui Platoni censet hoc esse restituendum: Πώλου τὸ κατὰ φύσιν αἴσχιον λέγοντος σὺ τὸν νόμον ἐδιώκαθες. φύσει γὰρ κ. τ. λ. Deinceps τὸ ἀδικεῖσθαι pertinet ad praegressum πᾶν neque opus est, ut ante τὸ ἀδικεῖσθαι interponatur οἷον. Haeremus tamen in isto πᾶν, quod vide an in πᾶσιν mutandum sit. Idem Sybrando in mentem venisse videmus, Wagnerus coni. πάντως. Ceterum inanis est coniectura Dobraei Adversar. T. I. p. 153. verba τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν eiiciendum putantis.

B. οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς τοῦτό γ'] Sic Meno, Gorgiae discipulus, in libro cognomine p. 71. E: ὅτι αὕτη ἐστὶν ἀνδρὸς ἀρετή, ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν καὶ πράττοντα τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς, καὶ αὐτὸν εὐλαβεῖσθαι μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν, ubi v. annot. Ait igitur Callicles non esse viri iniurias pati, sed servi, cui mori quam vivere satius sit, quia nec sibi illatas iniurias contumeliasque propulsare possit nec suis opitulari.

οἱ τιθέμενοι τ. ν.] Eaedem sophistarum opiniones illustrantur De Republ. I. p. 338. E. II. p. 358. E. seqq. Legg. IV. p. 714. C. D. — τίθεσθαι νόμους dicuntur qui leges ferunt, quibus et ipsi obnoxii sint atque pareant, τιθέναι νόμους autem qui aliis leges scribunt ita, ut ipsorum libertas illis non circumscribatur aut cohibeatur. Itaque de hominibus

τας πλέον ἔχειν, ἵνα μὴ αὐτῶν πλέον ἔχωσι, λέγουσιν, ὡς αἰσχρὸν καὶ ἄδικον τὸ πλεονεκτεῖν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀδικεῖν, τὸ πλέον τῶν ἄλλων ζητεῖν ἔχειν· ἀγαπῶσι γάρ, οἶμαι, αὐτοὶ ἂν τὸ ἴσον ἔχωσι φαυλότεροι ὄντες. Cap. XXXIX. διὰ ταῦτα δὴ νόμῳ μὲν τοῦτο ἄδικον καὶ αἰσχρὸν λέγεται, τὸ πλέον ζητεῖν ἔχειν τῶν πολλῶν, καὶ ἀδικεῖν αὐτὸ καλοῦσιν· ἡ δέ γε, οἶμαι, φύσις αὐτὴ ἀποφαίνει αὐτό, ὅτι δίκαιόν ἐστι τὸν ἀμείνω τοῦ D χείρονος πλέον ἔχειν καὶ τὸν δυνατώτερον τοῦ ἀδυνατωτέρου. δηλοῖ δὲ ταῦτα πολλαχοῦ ὅτι οὕτως ἔχει, καὶ

οἶμαι sic inter articulum et nomen interiectum bene tuetur Heindorfius comparatis locis De Rep. VIII. p. 564. A. et Demosth. Lept. §. 4., ubi *οἶμαι* inter praepositionem et nomen interiectum. De articulo conf. Demosth. adv. Conon. p. 1268. 27. ed. R.: *οἱ γάρ, οἶμαι, βέλτιστοι καὶ ἥκιστα κ. τ. λ.*, coll. Schaefer. Appar. T. V. p. 96. Adde De Rep. VIII. p. 568. C. Scilicet Graecos constat parenthesin arctius, quam nos solemus, cum primaria enuntiati parte coniunxisse et cum ea velut in unum confudisse. Tenui tamen interpunctionem perspicuitatis caussa.

D. *ἀποφαίνει αὐτό*] Sic Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 2. 6. Par. BCEFW. Flor. a. b. c. d. f. m. o. s. x. Vulg. *ἀποφαίνοι ἄν*. Bekkerus et Turr. ex Par. V. dederunt *ἀποφαίνει αὖ*.

in libera republica viventibus, qualis fuit civitas Atheniensis, verbum medium usurpatur; secus res se habet, ubi sermo est de tyrannis, qui civibus imperant quae fieri cupiunt, ipsi autem legibus non obstringuntur. — *τοὺς ἐπαίνους* et *τοὺς ψόγους* articulo adiecto dicit laudes et vituperationes, quibus uti consueverunt. vid. Matthiae. Gr. §. 267. Krueger. Gr. §. 46, 5, 1.

C. *ἀγαπῶσι γάρ, οἶμαι*] nam contenti sunt, ut Men. p. 75. C. De Republ. I. p. 330. B. III. p. 399. C. V. p. 450. A. Tim. p. 29. C. p. 30. B. al.

Cap. XXXIX. D. *ἀποφαίνει αὐτό, ὅτι δ.*] Vulgata lectio *ἀποφαίνοι ἄν* rem lenius ac modestius significat, quam pro Calliclis superbia et confidentia. Codd. plurimi *ἀποφαίνει αὐτό*, quod recipiendum putavimus, quamquam non displicet quod Bekkerus ex uno cod. V. recepit *ἀποφαίνει αὖ*. Nam difficilior illa lectio facile potuit in peius mutari, altera non item. Quippe *αὐτό* referendum est ad *τὸ πλέον ζητεῖν ἔχειν τῶν ἄλλων*. Quum autem sufficeret addidisse *ὅτι δίκαιόν ἐστι*, Callicles dicendi fervore abreptus, neglectis verbis praecedentibus, adiecit etiam haec: *τὸν ἀμείνω τοῦ χείρονος κ. τ. λ.*

δηλοῖ δὲ ταῦτα πολλαχοῦ] H. e. manifestum est autem hoc, *δῆλα δὲ ταῦτά ἐστι πολλαχοῦ*. Herodot. IX, 68: *δηλοῖ τε ἐμοί, ὅτι πάντα τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἤρτηντο ἐκ Περσέων*. Id. II, 117: *κατὰ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα — δηλοῖ* (patet), *ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστιν*, ubi Valcken. frustra *δῆλον* corrigebat. Plat. De Republ. VI. p. 497. C: *τότε*

ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ὅλαις ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς γένεσιν, ὅτι οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται, τὸν κρείττω τοῦ ἥττονος ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν. ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν, ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ Σκύθας; ἢ ἄλλα μυρία
E ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν. ἀλλ', οἶμαι, οὗτοι κατὰ φύσιν [τὴν τοῦ δικαίου] ταῦτα πράττουσι, καὶ ναὶ μὰ Δία κατὰ νόμον γε τὸν τῆς φύσεως, οὐ μέντοι ἴσως κατὰ

E. *αὐτοῦ ἐπὶ Σκύθας*] ἐπὶ τοὺς Σκ. vett. editt. invitis codd. mss. praeter Par. E. fere omnibus.

τὴν τοῦ δικαίου] Haec verba merito ab Schleiermachero in glossematis suspicionem vocata defendunt Astius, Daehnius p. 12. et Hermann., nam quaestionem: *ποίῳ δικαίῳ;* non significare Xerxem iniuria Graecos aggressum esse, sed quaeri, utrum *νόμου* an *φύσεως δικαίῳ*, cui ipsi respondeant verba *κατὰ φύσιν τοῦ δικαίου.*

τιθέμεθα· πλάττοντες τοὺς βελτ.] Haec vulgo sic scripta legebantur: *τιθέμεθα, πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐῤῥωμενεστά-*

δηλώσει (patebit), *ὅτι τοῦτο μέν τι τῷ ὄντι θεῖον ἦν*, ubi male Ficinus reddidit: declarabit. Epistol. Socrat. 3: *οὔπω δ' ἐστὶ φανερά· οἶμαι μέντοι οὐ πολλοῦ αὐτὰ δηλώσειν χρόνου.* Sic intelligo Herodot. III, 82: *καὶ ἐν τούτῳ διέδεξε, ὅσῳ ἐστὶ τοῦτο ἄριστον.* Itaque non est quod cum Heindorfio intelligas *ἡ φύσις*. Mox animadvertes haec: *ὅτι οὕτως ἔχει*, accuratius declarari verbis: *ὅτι οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται κ. τ. λ.*

E. *ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι —*] Male Stephanus corrigebat *ἢ ἄλλα μυρία ἃ ἄν τις ἔχοι.* v. ad Apolog. Socr. p. 41. B. Phaedon. p. 94. B. Matth. Gr. ampl. §. 474. d. Mox verba *τὴν τοῦ δικαίου* glossema inepti interpolatoris redolere acute vidit Schleiermacherus. Etenim *ἡ φύσις τοῦ δικαίου* huc prorsus non pertinet, commemorari potius debebat *τὸ τῆς φύσεως δίκαιον*, ut p. 484. A., aut dici *κατὰ φύσιν δικαίως ταῦτα πρ.* Nam sententia haec est: illud ius, quod est ab hominibus constitutum, *τὸ κατὰ νόμον*, isti homines utique vehementer laeserunt, at vero secundum naturam illi egerunt atque ex lege naturae. Hinc seqq. *κατὰ νόμον γε τῆς φύσεως* tantummodo *νόμον* et *φύσιν* inter se opponi ostendunt. Itaque fallitur qui *τὴν τοῦ δικαίου φύσιν* interpretatur naturam iuris, de qua ne cogitari quidem potest, quum tota hac disputatione *τὸ κατὰ νόμον* et *τὸ κατὰ φύσιν* inter se opponantur neque *ἡ τοῦ δικαίου φύσις* usquam commemoretur. Nec vero ulla in hac oppositione inest obscuritas, quum ipsa res iam antea declarata sit p. 482. E. seqq. — De formula *καὶ νὴ μὰ Δία* (sic enim corrigendum) v. Fritsch. Quaestt. Luciann. p. 155 seq. Addimus Aristoph. Avv. v. 577. 1144. Rann. v. 861. ed. Dind. infra p. 527. D.

ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα· πλαττ.] Nihil in his loco movendum, dummodo colon post *τιθέμεθα* inferatur et *καὶ* post *ὥσπερ λέοντας* cum codd. mss. optimis et plurimis eiiciatur. Ita enim

τοῦτον, ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα· πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐῤῥωμενεστάτους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥσπερ λέοντας κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες, καταδουλούμεθα λέγοντες, ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν καὶ τοῦτό 484 ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον. ἐὰν δέ γε, οἶμαι, φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ, πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαῤῥήξας καὶ διαφυγών, καταπατήσας τὰ ἡμέτερα γράμματα καὶ μαγγανεύματα καὶ ἐπῳδὰς καὶ νόμους

τους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥσπερ λέοντας καὶ κατεπᾴδοντές τε κ. τ. λ. Quae quam inepte et contorte dicantur, nemo erit quin protenus sentiat. Delevi *καὶ* post *λέοντας,* quod fere soli Par. EF. tuentur, et emendavi interpunctionem. Herm. *τιθέμεθα* circumscripsit.

P. 484. *διαφυγών, καταπατήσας*] V. *διαφυγὼν καὶ καταπατήσας.* Eieci *καὶ* cum Clark. Vat. Coisl. Par. BCEFIW. Flor. a. b. c. f. m. o. s. x. De hac participiorum cumulatione modo infra in enarratione dictum.

verba inde a *πλάττοντες* insequentia praegressis: *ὃν* (*νόμον*) *ἡμεῖς τιθέμεθα,* epexegeseos instar subiecta sunt, in quibus complurium participiorum concursio neminem morabitur, qui respexerit ann. ad p. 464. C. Phaedon. p. 70. A. al. Sententia haec est: nec tamen secundum istam legem, quam nos nostro sancimus arbitrio: dum enim optimos et validissimos nostrum ipsorum a pueris acceptos et quasi leones incantamentis et praestigiis delenitos formamus (educamus et instituimus), redigimus eos in servitutem, dicentes aequum (*τὸ ἴσον*) esse illud, quod honestum atque iustum sit. Verbum *πλάττειν* apte nunc de adolescentibus disciplina et institutione formandis dictum significatione impropria. De Rep. II. p. 377. C: *πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς ψυχαῖς.* De Rep. VI. p. 500. D: *καὶ μὴ μόνον ἑαυτὸν πλάττειν.* Legg. II. p. 671. E: *παιδεύειν τε καὶ πλάττειν.* Prave Heindorfius iunxit *τιθέμεθα πλάττοντες* (sc. *τὸν νόμον*), quod accepit pro *ὃν τιθέμενοι πλάττομεν.* Alio modo locum nuper pervertit C. Fr. Hermann., qui *τιθέμεθα* arbitrio suo eiecit, quo scilicet sermonis structura expedita haberetur. Atqui ea profecto satis expedita est, dummodo fuerit satis perspecta. Post *λέοντας* Heusdius inserendum putabat *δέοντες,* tamquam leones vincientes. Quo non opus. De vi et natura iustitiae in aequalitate reposita conf. infra p. 508. 8.

P. 484. *ἱκανὴν γ. ἔχων ἀνήρ*] Eodem modo *ἀνήρ* usurpatur Politic. p. 259. A: *βασιλεύοντι χώρας ἀνδρί.* Sympos. c. 16: *ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα.* Xenoph. Hier. VIII, 5: *ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ καὶ ἐκ θεῶν τιμή τις καὶ χάρις συμπαρέπεσθαι ἀνδρὶ ἄρχοντι,* al. Proxima fortasse dicta sunt ad imitationem Homer. Iliad. VI. v. 506 seq.: *ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων κ. τ. λ.* Certe

τοὺς παρὰ φύσιν ἅπαντας, ἐπαναστὰς ἀνεφάνη δεσπότης ἡμέτερος ὁ δοῦλος, καὶ ἐνταῦθα ἐξέλαμψε τὸ τῆς
B φύσεως δίκαιον. δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυσθαι ἐν τῷ ᾄσματι, ἐν ᾧ λέγει, ὅτι Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων· οὗτος δὲ δή, φησίν, ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί· τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέος, ἐπεὶ ἀπριάτας — λέγει οὕτω πως, τὸ γὰρ ᾆσμα οὐκ ἐπίσταμαι. λέγει δ', ὅτι οὔτε

δεσπότης ἡμέτερος] ὑμέτερος Steph. praeter codicum auctoritatem.

B. ἄγει δικαιῶν] V. βιαίως τὸ δικαιότατον. Sed βιαίων Clark. Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCF. Flor. a. b. c. d. m. o. x. βιαιῶν Ven. Ξ. Plerumque hi versus sic afferun-

metaphora ab equo ferociente repetita est. Quod intelligitur etiam ex usu verbi ἀποσείσασθαι, hoc in genere satis frequentati. Xenoph. Cyrop. VII, 1, 18: ὁ ἵππος σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον. Herodot. VII, 88: ὁ ἵππος στὰς ὀρθὸς ἀπεσείσατο τὸν Φαρνούχεα. IX, 22: ἵσταται ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται. Deinde γράμματα non de psephismatis intelligenda sunt, quod voluit Heindorfius, sed omnino de formulis, in quarum numero sunt psephismata, ut vere monuit Schaeferus ad Demosth. Apparat. T. IV. p. 260. — μαγγανεύματα sunt praestigiae, ut Legg. X. p. 908. D. XI. p. 933. al. v. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 310. — ἐπαναστὰς ἀνεφάνη — ἐξέλαμψε. De hoc usu aoristi v. ad Phaedon. p. 73. D. c. XVIII.

B. καὶ Πίνδαρος] Respicitur ad Pindari fragmentum, quod legitur p. 76. T. III. ed. Heyn. p. 640. T. II. P. II. ed. Boeckh. Reposui autem δικαιῶν τὸ βιαιότατον, quod habet cod. Bekker. V. in marg. adscriptum. Ipse Plato Legg. p. 714. E: καὶ ἔφαμέν που κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιαιότατον, quod certe magis poetice dictum quam vulgatum illud: ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον. Quum vero Callicles doceat ex naturae lege fortiorem ius constituere, et quum apud ipsum Platonem Legg. III. p. 690. B. IV. p. 714. D. Protagor. p. 337. D., ubi Pindari haec sententia vel laudatur vel respicitur, κατὰ φύσιν addatur, probabile est quod coniecit Boeckhius in Min. et Legg. p. 178., etiam hoc loco scribendum esse: οὗτος δὲ δή, φησί, κατὰ φύσιν ἄγει, nec veri quid vidit de Geer. Diatrib. de Politic. Platon. p. 22., qui hoc additamento opus esse negavit. Quod autem scholiastes Pindari pleniorem praebens locum illud κατὰ φύσιν reticet, acute inde collegit Boeckhius ad Pindar. Fragm. p. 642. id non ante verbum ἄγει lectum esse, sed ante vocem νόμος, fortasse etiam aliis nonnullis vocabulis interpositis. Quae si vera sunt, quo loco hic ali-

πριάμενος οὔτε δόντος τοῦ Γηρυόνου ἠλάσατο τὰς βοῦς, ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, καὶ βοῦς καὶ τἆλλα C κτήματα εἶναι πάντα τοῦ βελτίονός τε καὶ κρείττονος τὰ τῶν χειρόνων τε καὶ ἡττόνων. Cap. XL. τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς οὕτως ἔχει, γνώσει δέ, ἂν ἐπὶ τὰ μείζω ἔλθῃς ἐάσας ἤδη φιλοσοφίαν. φιλοσοφία γάρ τοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, χαρίεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ

tur, ut *ἄγει δικαιῶν* scribatur. Et habet Par. V. in marg. *δικαιῶν τὸ βιαιότατον.* Hinc reposuimus quod unice verum videtur. Pro *Ἡρακλέος,* quod plurimi codd. habent, vett. editt. *Ἡρακλέους.* Pro vulg. *χειρί* Par. V. *χερί.* Sed v. Boeckh. ad Pind. T. III. p. 642. Bergk. Poet. lyr. p. 263.

quid exciderit, ambigi etiam magis poterit. In codd. enim ne levissimum quidem apparet deperditi alicuius vocabuli vestigium, neque Olympiodorus quidquam habuisse videtur, quod in nostris libris non conservatum sit. Fieri tamen potest, ut Callicles Pindari versus non sine mutatione afferens post *φησί* interposuerit *φύσει,* quod propter litterarum similitudinem facile potuit ab librariis negligi. Sed utut est, illud quidem certum arbitramur, Calliclem locum Pindaricum in rem suam accommodantem legem naturae intelligi velle atque potissimum extrema haec *ἐπεὶ ἀπριάτας* urgere atque diligentius in suam sententiam interpretari. Sensum verborum Boeckhius ita explicavit: „Fatalis lex etiam vim maximam affert eamque iustam efficit, quum humana ratione sit iniusta, quia quod summa lex imperavit, etsi iniustum nobis esse videatur, iustum sit necesse est." De Geryonis bovibus ab Hercule raptis v. Hesiod. Theog. v. 289. et 982. Virgil. Aen. VII. v. 662. et VIII. v. 201. — Post *ἐπεὶ ἀπριάτας* finge Calliclem haesitasse nec statim in mentem revocare potuisse ea, quae recitare vellet. — *οὐκ ἐπίσταμαι,* non teneo memoria, ut Phaedon. p. 61. B: *οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου.* Protag. 339. B: *τοῦτο ἐπίστασαι τὸ ᾆσμα;*

ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου] Referendum est *τούτου* ad proxima verba *καὶ βοῦς καὶ τἆλλα κτήματα εἶναι κ. τ. λ.* His enim uberius explicatur.

Cap. XL. C. *φιλοσοφία γάρ τοί ἐστιν — χαρίεν*] Exspectes *χαρίεν τι.* Sed non opus. v. ad Sympos. p. 27 seq. Lucian. Dial. Mort. XXII, 5. Mox *ἡλικία* de aetate iuvenili intelligas, ut in formula *εἰς ἡλικίαν ἥκειν,* de qua v. Heindorf. ad Charmid. §. 3. Itaque *πόῤῥω τῆς ἡλικίας* est ultra iuventutem. P. 485. A: *καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν.* De sententia v. De Republ. VI. p. 487. D.

καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ,
D. *Ποίων ἱματίων;*] Quas tu mihi vestes narras? Indignantis haec interrogatio est, cuius exempla dederunt Heusdius Specim. critic. p. 108. Heindorf. ad Phaedr. p. 111. et 133. ad Protagor. p. 365., quibus accedant quae notavi ad Hipp. Mai. p. 285. D. Mox apertiore etiam indignationis significatione dicitur *Ποῖα ὑποδήματα; φλυαρεῖς ἔχων;* de qua formula v. Hermann. ad Viger. p. 777. Matthiae. Gr. §. 567. Germanice haec ita reddas: *Was hast du nur, dass du doch immer von Schuhen schwatzest?* Ante τὸν σκυτοτόμον ἴσως μ. δ. nemo copulam desiderabit, qui meminerit membrorum parallelismum aspernari solere orationis vincula.

E. *Ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις —*] In talibus ὡς exclamandi habet significationem: Ut tu semper

491 *ΚΑΛ.* Νὴ τοὺς θεούς, ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ
κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύει,
ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον. *ΣΩ.* Οὐκοῦν σὺ
ἐρεῖς, περὶ τίνων ὁ κρείττων τε καὶ φρονιμώτερος πλέον
ἔχων δικαίως πλεονεκτεῖ; ἢ οὔτε ἐμοῦ ὑποβάλλοντος
ἀνέξει οὔτ' αὐτὸς ἐρεῖς; *ΚΑΛ.* Ἀλλ' ἔγωγε καὶ πάλαι
λέγω. πρῶτον μὲν τοὺς κρείττους, οἵ εἰσιν, οὐ σκυτοτό-
B μους λέγω οὐδὲ μαγείρους, ἀλλ' οἳ ἂν εἰς τὰ τῆς πόλεως
πράγματα φρόνιμοι ὦσιν, ὅντινα ἂν τρόπον εὖ οἰκοῖτο,
καὶ μὴ μόνον φρόνιμοι, ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖοι, ἱκανοὶ ὄντες
ἃ ἂν νοήσωσιν ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ ἀποκάμνωσι διὰ μαλα-
κίαν ψυχῆς.

Cap. XLVI. *ΣΩ.* Ὁρᾷς, ὦ βέλτιστε Καλλίκλεις,

P. 491. *ἀτεχνῶς γε ἀεί*] Clark. *ἀτέχνως*, quod sequutus est Schleiermacherus; sed v. infra.

B. *διὰ μαλακίαν ψυχῆς*] Articulum *τῆς* vulgo ante *ψυχῆς* praefixum om. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 6. 7. Par. V. Flor. b. x. Bodl. Aug. Meerm., quos certas quasdam ob caussas sequuti sumus.

ἀλλὰ τοτὲ μὲν ι. β.] Sic codd. optimi quique pro vulgato *ποτέ*, nisi quod plurimi *τότε* exhibent.

eadem dicis! Exempla collegit Heindorf. ad h. l. Conf. infra p. 521. C. De sententia v. Xenoph. Mem. IV, 4, 6. Post *Οὐ μόνον γε* intelligas *ταὐτὰ λέγω*, usu frequenti, de quo v. ad Phaedon. p. 107. B.

P. 491. *Νὴ τοὺς θεούς* —] De hoc Socratis more, qui plus in recessu habebat, quam fronte promitteret, v. Sympos. p. 221. D. E. Xen. Mem. I, 2, 37. — *ἀτεχνῶς* hic fere idem esse quod *ἁπλῶς*, sine exceptione, prorsus, docuit Heindorf. ad Sophist. p. 411. §. 88. Obiter notabis dictionis speciem: *ἀεὶ λέγων — οὐδὲν παύει*. Poterat enim *ἀεί* salva sententia omitti. Cave tamen pleonasmum esse putaveris. Eodem modo infra p. 517. C: *οὐδὲν παυόμεθα εἰς τὸ αὐτὸ ἀεὶ περιφερόμενοι.* Denique *ὡς — ὄντα τὸν λόγον* abunde illustrabunt annot. ad Phaedon. p. 109. D. Matthiae. Gr. §. 565. 3.

Οὐκοῦν σὺ ἐρεῖς] Futurum cohortandi et imperandi potestate positum. v. ad Sympos. p. 172. A. Deinde pro *περὶ τίνων — πλέον ἔχων* vulgaris loquendi ratio *περὶ τίνα* exigebat. Proximorum verborum sententia haec est: an neque me id tibi subiicere permittes, neque ipse dices?

Ἀλλ' ἔγωγε καὶ πάλαι λέγω] Callide se simulat Callicles ea, quae nunc dicturus est, iam antea dixisse, quum tamen longe alia proposuerit. Orditur autem sermonem verbis *πρῶτον μέν*, quum etiam docere vellet, *περὶ τίνων ὁ φρονιμώτερος πλέον ἔχων δικαίως πλεονεκτεῖ*. Sed a Socrate interpellatus orationis cursum non persequitur. — *τοὺς κρείττους, οἵ εἰσιν*, dictum est cum abundantia quadam,

ὡς οὐ ταὐτὰ σύ τ' ἐμοῦ κατηγορεῖς καὶ ἐγὼ σοῦ; σὺ
μὲν γὰρ ἐμὲ φῂς ἀεὶ ταὐτὰ λέγειν, καὶ μέμφει μοι· ἐγὼ
δὲ σοῦ τοὐναντίον, ὅτι οὐδέποτε ταὐτὰ λέγεις περὶ τῶν
αὐτῶν, ἀλλὰ τοτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους C
τοὺς ἰσχυροτέρους ὡρίζου, αὖθις δὲ τοὺς φρονιμωτέρους,
νῦν δ' αὖ ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων· ἀνδρειότεροί τινες ὑπὸ
σοῦ λέγονται οἱ κρείττους καὶ οἱ βελτίους. ἀλλ', ὦ 'γαθέ,
εἰπὼν ἀπαλλάγηθι, τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε
καὶ κρείττους καὶ εἰς ὅ τι. *ΚΑΛ.* 'Αλλ' εἴρηκά γε ἔγωγε
τοὺς φρονίμους εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ ἀν-
δρείους. τούτους γὰρ προςήκει τῶν πόλεων ἄρχειν, καὶ D
τὸ δίκαιον τοῦτ' ἔστι, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων,
τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων. *ΣΩ.* Τί δὲ αὑτῶν, ὦ

C. *τούτους γὰρ προςήκει*] Sic Clark. Vat. Ven. Ξ. Par. BFIW. Vind. 1. 6. Flor. a. c. d. m. o. cum Ald. Bas 1. 2. Sed Stephanus *τούτοις* dedit.

D. *Τί δὲ αὑτῶν, ὦ ἑταῖρε;*] V. *Τί δὲ αὑτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις;* Locus perquam impeditus ac difficilis. Pro *αὑτῶν* Clark. et Vat. *αὐτῶν*. Dein Clark. *ἑταῖρε, ἢ τί ἀρχομένους;* sed verbis *ἄρχοντας ἢ* in marg. a m. rec.

qualem Callicles in hac oratione sectatur passim. Poterat enim *οἵ εἰσιν* omitti. Latine dixeris: Ac primum quidem praestantiores illos, videlicet quinam sint, non dico sutores aut coquos etc. Heindorfius verba dicta putat pro *τούτους οἵ κρείττους εἰσί*, dubitans tamen, an potior sit Ficini ratio haec ita vertentis: Atque ego iam dudum dico, primo quidem qui potiores sint. Non (enim) cerdones dico etc.

Cap. XLVI. B. *'Ορᾷς, ὦ β.* —] Vide annot. ad p. 475. E. Ad *ἐγὼ δὲ σοῦ τοὐναντίον* intelligendum remotius illud *κατηγορῶ*, nec probandum quod in aliquot codd. legitur *ἐγὼ δὲ σὲ τοὐν.*

C. *ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων*] H. e. *ἕτερόν τι ἔχεις*. Infra p. 518. A: *ἥκεις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων κ. τ. λ.* Prorsus ad eundem modum nostrates: *und jetzt kommst du mir wieder mit etwas Anderem.* Deinde pergere poterat: *ἀνδρειότεροι γάρ τινες ὑπὸ σοῦ λέγονται.* Sed *γάρ* omissum est ex illa loquendi consuetudine, de qua v. Indic. ad T. I. s. v. Asyndeton. — *εἰπὼν ἀπαλλάγηθι*, tandem dicas: *mache, dass du es endlich einmal sagst.*

D. *τοῦτ' ἔστι, πλέον ἔχειν* —] Constructionem attigimus ad p. 469. C. Heindorfium mireris coniecisse *τὸ πλέον ἔχειν.*

Τί δὲ αὑτῶν, ὦ ἑτ. —;] Olympiodorus: *Τί δὲ αὑτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἐπειδὴ ἀσαφῶς προεβάλλοντο καὶ ἀδιαρθρώτως τὰ ὀνόματα, καὶ οἱ δύο ἔλεγον φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον, καὶ ὅτι τὸ πλέον ἔχουσιν οἱ φρόνιμοι καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ ἄλλως μὲν ὁ Σω-*

ἑταῖρε; τί ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; ΣΩ. Ἕνα ἕκαστον λέγω αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχοντα. ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ, αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχειν, τῶν δὲ ἄλλων; ΚΑΛ. Πῶς ἑαυτοῦ ἄρχοντα λέγεις; ΣΩ. Οὐδὲν ποικίλον, ἀλλ᾽ ὥςπερ οἱ πολλοί, σώφρονα ὄντα καὶ
E *ἐγκρατῆ αὐτὸν ἑαυτοῦ, τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἄρχοντα τῶν ἐν ἑαυτῷ. ΚΑΛ. Ὡς ἡδὺς εἶ! τοὺς ἠλιθίους*

additis. Vat. *ἑταῖρε, τί ἢ ἀρχομένους;* Vind. 6. *ἑταῖρε, τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* In Vat. Coisl. Ven. Ξ. Par. BCEFIW. Florent. Vind. 1. August. scriptum legitur: *τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; τί ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* quam lectionem habent etiam Ald. Bas. 1. 2. Inter hos autem Ven. Ξ. pro *τί ἢ* scribit *τίη*. Ven. Σ. Vind. 2. *ἑταῖρε; τί ἤ; ἢ ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* Flor. c. verba *τί ἢ τί* Callicli

κράτης τὸ φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον ἐνόει καὶ τὸ πλέον ἔχειν, ἄλλως δὲ ὁ Καλλικλῆς, θέλει ὁ Σωκράτης ἀγαγεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἀρετήν, τὴν σωφροσύνην φημί. εἶτα ἐπειδὴ εἶχεν ἀνιαθῆναι καὶ ὁ Καλλικλῆς, οὐκ εὐθέως ἄρχεται ἀπ᾽ αὐτῆς, ἀλλὰ πρότερον λέγει αὐτῷ, ὅτι Τὸν ἄρχοντα τίνος δεῖ πρότερον; ἑαυτοῦ ἄρχειν, ἢ οὔ; Ὁ τοίνυν Καλλικλῆς οὐ νοεῖ τί αὐτῷ λέγει, ἀλλὰ φησίν· ὁτιή τοῦτο, ἀντὶ τοῦ τί λέγεις; Πάλιν φησί, ὅτι Δεῖ ἑαυτοῦ ἄρχειν ἢ οὔ; καὶ πάλιν οὐ νοεῖ. Εἶτα πάλιν ἐρωτᾷ. Ὁ δὲ ὑπενόει, ὅτι λέγει αὐτῷ, ὅτι ἑαυτοῦ ἄρχειν ὀφείλειν τὸν μὴ ἔχοντα πρᾶγμα, ἀλλὰ αὐτεξούσιον ὄντα, καὶ πάντα τὰ δοκοῦντα πράττοντα. Ὡς τοίνυν οὐ νοεῖ, φησίν, ὅτι Ἀποκαλύπτω σοι καὶ λέγω, ὅτι ἑαυτοῦ λέγω ἄρχειν τὸν τῶν ἐπιθυμιῶν — κρατοῦντα. Contemplantibus vero nobis hanc annotationem et cum codicum scripturis conferentibus probabile sane olim visum est Platonis manum fuisse hanc: *ΣΩ. Τί δὲ αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; ΚΑΛ. Τί δή; ΣΩ. Τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; κ. τ. λ.* Quae ne perperam intelligantur, haec iuvabit animadvertere. Pronomen *Τί* in Socratis interrogatione idem est quod *κατά τι*, unde pendet genitivus *αὐτῶν*. Intelligendum autem ex superioribus est *ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων*. Itaque Germanice interpretari haec licebit sic: *In Bezug auf was von ihrem Selbst aber?* (sc. *herrschend und beherrscht*). Ad quae Callicles rem non perspiciens: *Τί δή;* ut etiam supra p. 469. A. interrogatur, h. e. Quid ita? *Wie denn so?* Cui Socrates ipsum iam verbum addens: *In Bezug auf was (von ihrem Ich) herrschend oder beherrscht?* Patet vero intelligendum relinqui: *τὸ δίκαιόν ἐστι* s. *προσήκει τοὺς ἄρχοντας πλέον ἔχειν καὶ τοὺς ἀρχομένους ἔλαττον ἔχειν:* id enim res ipsa requirit. Nimirum ita Socrates callide sermonem traducit ad temperantiae virtutem. Scholiastes ad h. l.: *Ὁ Καλλικλῆς συνεὶς τούτων οὐδέν, ὑπολαβὼν δὲ διαίρεσίν τινα περιέχειν τὴν ἐρώτησιν τοῦ Σωκράτους, ἀξιοῖ σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν, τί ποτέ ἐστιν ἑκάτερον ὧν ἀντιδιαιρεῖν βούλεται. διόπερ φησὶ τί ἢ τί;* Inde Heindorfius suspicatus est legendum esse: *ΣΩΚΡ. Τί δέ; αὐτῶν — ἀρχομένους; ΚΑΛΛ.*

λέγεις τοὺς σώφρονας. ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅςτις οὐκ ἂν γνοίη, ὅτι οὕτω λέγω. ΚΑΛ. Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ πῶς ἂν εὐδαίμων γένοιτο ἄνθρωπος δουλεύων ὁτῳοῦν; ἀλλὰ τοῦτ᾽ ἔστι τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον, ὃ ἐγώ σοι νῦν παῤῥησιαζόμενος λέγω, ὅτι δεῖ τὸν ὀρθῶς βιωσόμενον τὰς μὲν ἐπιθυμίας τὰς ἑαυτοῦ ἐᾶν ὡς μεγίστας εἶναι καὶ μὴ κολάζειν, ταύταις δὲ

tribuit. Bekkerus auctoritate Par. V. verba ἢ τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους delevit. v. ann. infra.

E. *Πῶς γὰρ οὔ;*] Haec verba Ald. Bas. 1. 2. Bekkerus cum Par. F. retulerunt ad Calliclis orationem. Mox pro *οὐ τοῦτο* Clark. Vat. et rec. Ven. Σ. *οὕτω*. Id nunc reposuimus, alioquin scribendum *ὅτι τοῦτο λέγω*. Ceterum Turr. et Herm. duce Ficino correxerunt: *Πῶς γάρ; οὐδεὶς ὅςτις οὐκ ἂν γνοίη, ὅτι οὐ τοῦτο λέγω.* v. ann.

Τί ἢ τί; πῶς λέγεις; Idem tamen in re incerta nihil temere loco movendum ratus vulgatam lectionem sic defendit, ut post *τί δέ* distinxerit et pro *αὐτῶν* scripserit *αὑτῶν* ad quod animo intelligi voluit *ἄρχοντας*. Itaque haec: *τί ἄρχοντας ἢ ἀρχομένους;* breviter dicta censet pro *τίνων ἄρχοντας ἢ ὑπὸ τίνων ἀρχομένους;* neque enim hoc *τί* pro *κατὰ τί;* quanam in re? *inwiefern?* quenquam esse offensurum. Astius scribendum proposuit: *Τί δὲ αὑτῶν; ἄρχοντας ἤ τι ἀρχομένους;* Hermannus de suo scripsit: *Τί δέ; αὑτῶν, ὦ ἑταῖρε; τί οἴει; ἄρχοντας κ. τ. λ.*

ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ] Exspectabas *τούτου*, quod Findeisenius invitis libris reposuit. Sed apte comparavit Heindorf. Theaet. p. 184. B: *δεῖ δὲ οὐδέτερα.* Aristoph. Ecclesiaz. v. 305 seqq. ed. Dind.: *ὡς ἂν χειροτονῶμεν ἅπανθ᾽ ὁπόσ᾽ ἂν δέῃ τὰς ἡμετέρας φίλας*, qui locus praeteriit Elmsleium ad Euripid. Med. v. 552. annot., ubi *δεῖ τινά τι*, opus est alicui aliqua re, Graecum esse negat, usum loquendi in hac constructione certe dativum personae requirere existimans. Rann. v. 1368: *ἴτε δεῦρο νῦν, εἴπερ γε δεῖ καὶ τοῦτό με, ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τέχνην.* De accusativo rei huic verbo iungi solito v. etiam Xenoph. Cyrop. IV, 3, 3: *ὅσα δεῖ ἵππους ἔχουσι*, quem locum unus Fischerus recte intellexit. Mox *Οὐδὲν ποικίλον* recte interpretatur Heindorfius: Nihil varium subdolumque, quod ambagibus facile deludat et difficilem habeat explicatum. vid. Sympos. p. 182. B. Tim. p. 59. C. Phileb. p. 53. E. Menon. p. 75. E. Cratyl. p. 393. D.

E. *Ὡς ἡδὺς εἶ!*] Quam suavis, i. e. quam ineptus, quam ridiculus, es! Dictum cum Attica irrisione, ut Reip. I. p. 337. D. Euthyd. 300. A. Theaet. 209. E. al. v. Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 131. Proxima verba: *τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας*, sic intelligas: temperantes dicis (intelligis) illos, qui stolidi sunt, unde apparet, cur articulus additus sit. Paullo ante p. 491. C: *ἀλλὰ τοτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους τοὺς ἰσχυροτέρους* (eos qui validiores essent) *ὡρίζου.* Legg. I. p. 633. E: *τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν κρατούμενον τοῦτον τὸν ἐπονειδίστως ἥττονα*

492 ὡς μεγίσταις οὔσαις ἱκανὸν εἶναι ὑπηρετεῖν δι' ἀνδρείαν καὶ φρόνησιν καὶ ἀποπιμπλάναι ὧν ἂν ἀεὶ ἡ ἐπιθυμία γίγνηται. ἀλλὰ τοῦτ', οἶμαι, τοῖς πολλοῖς οὐ δυνατόν· ὅθεν ψέγουσι τοὺς τοιούτους δι' αἰσχύνην, ἀποκρυπτόμενοι τὴν αὑτῶν ἀδυναμίαν, καὶ αἰσχρὸν δή φασιν εἶναι τὴν ἀκολασίαν. ὅπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐγὼ ἔλεγον, δουλούμενοι τοὺς βελτίους τὴν φύσιν ἀνθρώπους, καὶ αὐτοὶ οὐ δυνάμενοι ἐκπορίζεσθαι ταῖς ἡδοναῖς πλήρωσιν

P. 492. *δι' ἀνδρείαν*] Tenent formam *ἀνδρείαν* cum Steph. libri nostri meliores omnes, in quibus est etiam Clark. Bekkerus lectore non monito cum Ald. Bas. 1. 2. *ἀνδρίαν* scripsit. Sed *ἀνδρία* proprium videtur posterioris atticismi; apud Platonem autem, cuius tamen codd. multum dissentiunt, *ἀνδρεία* praeferam, quod ductum est ab Ionico *ἀνδρηΐη*. Sed *ἀνανδρία* unice verum, quippe quod ab adiectivo *ἄνανδρος* derivatum est. conf. ad Apolog. Socr. p. 35. A. et ad Cratyl. p. 413. D. seq., ubi *ἀνδρεία* ab *ἄνω ῥεῖν* deducitur, et infra p. 495. C.

ἐν τοῖς πρόσθεν] V. *ἔμπροσθεν* adversantibus Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Aug. Bodl. Meerm.

ἑαυτοῦ λέγομεν. Sic intelligas etiam Lachet. p. 195. D: *ὅτι γε τοὺς μάντεις καλεῖ τοὺς ἀνδρείους.* Theaet. p. 145. D: *ἆρ' οὐ τὸ μανθάνειν ἐστὶ τὸ σοφώτερον γίγνεσθαι;* quos locos comparavit Heindorfius. In proximis viri docti magnopere haeserunt, quandoquidem pro *ὅτι οὕτω λέγω* vulgo scribebatur *ὅτι οὐ τοῦτο λέγω.* Itaque alii verba: *Πῶς γὰρ οὔ;* traxerunt ad Calliclis orationem, nomine Socratis ante *οὐδεὶς ὅστις οὐκ κ. τ. λ.* interposito; alii autem pro *Πῶς γὰρ οὔ;* scribendum putarunt *Πῶς γάρ;* quod ita factum ab Routhio et Astio est. Sed omnia optime procedunt, ubi ex optimis libris, Clarkiano et Vaticano, pro *οὐ τοῦτο* restituerimus *οὕτω.* Ita enim sententia loci emergit haec: CALL. Suavis es, o bone! temperantes dicis stolidos illos homunciones, qui cupiditates suas coercent neque eas ullo modo explere conantur. Quod Socrates urbane concedit ideoque respondet sic: Quidni vero? quilibet enim intelligat ita me sentire. His vero auditis Callicles acerbius etiam regerit: Sane quidem ita sentis, hoc est, stolidos illos temperantes dicis; sunt enim illi revera stolidi, quandoquidem nemo potest esse beatus, qui aliis serviat neque cupiditatibus suis indulgeat. Hic igitur totius loci sensus est: quem quia critici non perceperunt, quae essent integerrima misere depravarunt. Ceterum sententiam loci, non singula verba, expressimus, quod monemus ideo, quia fuerunt qui suo ipsi parcentes otio talia protenus calumniarentur.

P. 492. *ὅπερ ἐν τοῖς — ἔλεγον*] Conf. p. 483. B. C. Referas igitur haec ad verba proxima: *δουλούμενοι τοὺς βελτίους κ. τ. λ.* Quae quidem

ἐπαινοῦσι τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην διὰ τὴν B αὑτῶν ἀνανδρίαν. ἐπεί γε οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι ἢ αὐτοὺς τῇ φύσει ἱκανοὺς ἐκπορίσασθαι ἀρχήν τινα ἢ τυραννίδα ἢ δυναστείαν, τί τῇ ἀληθείᾳ αἴσχιον καὶ κάκιον εἴη σωφροσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις; οἷς ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο τὸν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψό-

οὐ δυνάμενοι ἐκπ.] V. *ἐκπ. οὐ δ.* invitis codd. praeter Par. E F. fere omnibus.

B. *κάκιον εἴη σωφροσύνης*] Flor. x. *σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης*. Et ita antea utrumque coniungebat Callicles: *ἐπαινοῦσι τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην*, ac deinceps: *ὑπὸ τοῦ καλοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σωφροσύνης*. Edit. Bas. 2: *τῶν ἀγαθῶν καὶ δικαιοσύνης καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος*. Vides verba *καὶ δικαιοσύνης* alieno loco esse interposita: erroris fontem iam Routhius detexit. Nolui tamen nunc invitis ceteris codd. istud *καὶ δικαιοσύνης* recipere.

καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος] *καί*, quod codd. longe plurimi cum Clark. Vat. Coisl. et Ven. *Σ*. tuentur, in vett. editt. omissum

verborum connexio quo facilius appareret, ante *ὅπερ* loco commatis maiorem posui distinctionem. Nam vulgo haec perperam distinguuntur sic: — *τὴν ἀκολασίαν, ὅπερ — ἔλεγον· δουλούμενοι κ. τ. λ.* Vitium ex parte sustulit Heindorfius, qui post *ἔλεγον* commate interpunxit, ante *ὅπερ* minorem distinctionem reliquit. Quum autem haec inserviant verbis superioribus accuratius illustrandis, nemo erit, opinor, qui scribendum opinetur: *ὅπερ γὰρ ἐν τ. πρ. ἐγὼ ἔλεγον*. v. Indic. ad T. I. s. v. Asyndeton. Paullo ante *αἰσχρὸν δή φασιν* est: turpem scilicet dicunt. Habet enim *δή* ironiae significationem, ut sexcenties.

ἐκπορίζεσθαι ταῖς ἡδοναῖς πλήρωσιν] H. e. ullam rationem explendarum cupiditatum invenire. Infra p. 494. C: *τὰς — ἐπιθυμίας ἁπάσας — πληροῦν*.

B. *ἐπεί γε οἷς ἐξ ἀρχῆς*—] De accusativo post dativum illato v. praeter alios Elmslei. ad Eurip. Heraclid. v. 693. ad Med. p. 169. not. 9. Ast. ad Legg. p. 158. nostra ad Sympos. p. 176. D. Matthiae. §. 536. Pro *ἐπεί γε οἷς* ne quis cum Heindorfio scribendum putet *ἐπεὶ οἷς γε*, legenda est brevis illa Hermanni annotatio ad Viger. p. 785.

τί τῇ ἀληθείᾳ — κάκιον εἴη] quid quis putet revera turpius esse etc. Ne quis hic et in proximis *ἂν* desideret, v. quae id genus alia collegimus ad Alcibiad. I. p. 132. B. et Lachet. p. 190. B. Optativus sine *ἂν* quomodo intelligendus sit, exposuit Hermannus De part. *ἂν* p. 157. conf. Rost. Gr. §. 120. Bernhardy. Synt. p. 411. Facile tamen scripseris —*ἂν εἴη*.

οἷς ἐξὸν ἀπ. —] Casus pronominis more fere constanti participio accommodatus est, quum deberet verbo finito, hoc fere

γον; ἢ πῶς οὐκ ἂν ἄθλιοι γεγονότες εἴησαν ὑπὸ τοῦ
C καλοῦ τοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σωφροσύνης, μηδὲν πλέον νέμοντες τοῖς φίλοις τοῖς αὑτῶν ἢ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ταῦτα ἄρχοντες ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει; ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, ὦ Σώκρατες, ἣν φῂς σὺ διώκειν, ὧδ' ἔχει· τρυφὴ καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία, ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχῃ, τοῦτ' ἔστιν ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία· τὰ δὲ ἄλλα ταῦτ' ἔστι τὰ καλλωπίσματα, τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα, ἀνθρώπων φλυαρία καὶ οὐδενὸς ἄξια.

D Cap. XLVII. ΣΩ. Οὐκ ἀγεννῶς γε, ὦ Καλλίκλεις, ἐπεξέρχει τῷ λόγῳ παῤῥησιαζόμενος· σαφῶς γὰρ σὺ νῦν λέγεις ἃ οἱ ἄλλοι διανοοῦνται μέν, λέγειν δὲ οὐκ ἐθέ-

est. Quippe offenderunt critici in hac verborum coniunctione, *ἐξὸν καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος*. Sed genitivum absolutum post *ἐξὸν* addito *καί* illatum nihil habere insolentiae docebunt quae adscripsimus ad Reip. X. p. 604. B. Euthyphron. p. 4. D.

C. *ἣν φῂς σὺ δ.*] Sic Clark. Vat. Coisl. Par. B C I W. al. Vett. editt. *σὺ φῇς*.

modo: *οἷ, ἐξὸν αὐτοῖς —, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο.* Prorsus eodem modo De Republ. V. p. 465. E: *οἷς ἐξὸν πάντα ἔχειν τὰ τῶν πολιτῶν οὐδὲν ἔχοιεν.* Symp. p. 174. E: *οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν κ. τ. λ.* Lachet. p. 187. A. Legg. IX. p. 856. E. Thucyd. III, 105: *ὃ τειχισάμενοι κοινῷ δικαστηρίῳ ἐχρῶντο.* conf. Bernhardy. Synt. p. 350. Porson. ad Eur. Med. v. 734. ibique Schaefer. His neglectis Hirschigius nuper sermonem Platonis corrupit scribendo: *οἷ, ἐξὸν κ. τ. λ.* Post *καὶ μηδενὸς ἐμπ. ὄντος* repetas e superioribus *ἀπολαύειν αὐτῶν.* — In verbis *νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψόγον* inest παρίσωσις.

C. *τὰ δὲ ἄλλα ταῦτ' ἔστι τὰ καλλωπίσματα*] Heindorfius *τὰ* ante *παρὰ φύσιν* delendum suspicabatur. Ego ante *καλλωπίσματα* exstingui malim. Nam *τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα* per appositionem additum puto istis: *τὰ δὲ ἄλλα ταῦτα.* Etenim verborum ordo paullulum immutatus est, quum esse deberet hic: *τὰ δὲ ἄλλα ταῦτα, τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα, ἐστὶ καλλωπίσματα, φλυαρία καὶ* (denique) *οὐδενὸς ἄξια.* Nuper qui articulum etiam ante *παρὰ* deletum voluit corrigendo perdidit sententiam.

Cap. XLVII. D. *Οὐκ ἀγεννῶς γε, ὦ K.*] Perquam generose, *wahrhaft ritterlich*, quod dictum est urbana cum irrisione pro mire confidenter, satis aperte et impudenter. Infra p. 521. A: *δίκαιος εἶ, ὥσπερ ἤρξω παῤῥησιάζεσθαι —, διατελεῖν ἃ νοεῖς λέγων. καὶ νῦν εὖ καὶ γενναίως λέγε.* De Rep. VII. p. 529. A. ibique annotat. Plutarch. Cimon. c. 13: *ὑποστάντων δὲ τῶν Περσῶν καὶ δεξαμένων οὐκ ἀγεννῶς, κρατερὰ μάχη συνέστη.*

ἐῶντα δὲ αὐτὰς — ἑτοιμάζειν] Ponitur accusativus

λουσι. δέομαι οὖν ἐγώ σου μηδενὶ τρόπῳ ἀνεῖναι, ἵνα τῷ ὄντι κατάδηλον γένηται, πῶς βιωτέον. καί μοι λέγε· τὰς μὲν ἐπιθυμίας φῂς οὐ κολαστέον, εἰ μέλλει τις οἷον δεῖ εἶναι, ἐῶντα δὲ αὐτὰς ὡς μεγίστας πλήρωσιν αὐταῖς E ἁμόθεν γέ ποθεν ἑτοιμάζειν, καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἀρετήν; ΚΑΛ. Φημὶ ταῦτα ἐγώ. ΣΩ. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι εὐδαίμονες εἶναι. ΚΑΛ. Οἱ λίθοι γὰρ ἂν οὕτω γε καὶ οἱ νεκροὶ εὐδαιμονέστατοι εἶεν. ΣΩ. Ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ ὥς γε σὺ λέγεις δεινὸς ὁ βίος. οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων·

E. *ἁμόθεν γέ ποθεν*] Sic Bekkerus et Coraes de coniectura. Libri omnes *ἄλλοθέν γέ ποθεν.*

εὐδαιμονέστατοι εἶεν] Clark. Vat. aliique plurimi *εἰσιν*, errore manifesto. Dein Badham. in Schneidew. Philolog. T. X. p. 729. pro *ὥς γε σὺ λέγεις* mavult *ὧν γε σὺ λέγεις.* Sed recte se habet vulgata, quae hoc significat: *καὶ οὕτως, ὡς σὺ λέγεις.*

cum infinitivo, ac si praecessisset *δεῖν κολάζειν.* Constructionem satis frequentem attigimus ad Criton. c. XII. p. 51. B. Pro vulg. *ἄλλοθέν γέ ποθεν* requirebamus aliquam voculam, quae sententiam hanc haberet: iisque undecunque parare expletionem. Itaque unice verum quod reposuimus. De isto *ἁμόθεν γέ ποθεν* v. Buttmann. Gramm. amplior. T. II. p. 285. et Eustath. ad Odyss. T. I. p. 8. ed. Lips.

E. *οἱ μηδενὸς δεόμενοι εὐδαίμονες εἶναι*] Nobilissimum Socratis dictum apud Xenoph. Mem. I, 6, 10: nihil egere esse deorum, quam minime autem proximum a diis, celebratum maxime a Diogene aliisque Cynicis. v. doctam annotationem Ruhnkenii ad l. c. et Dissen. De philosophia morali in Xenophontis de Socrate commentariis tradita p. 24.

Οἱ λίθοι γὰρ ἂν —] Refertur *γάρ* ad sententiam e superioribus facile intelligendam: *οὐκ ὀρθῶς οὗτοι λέγονται εὐδαίμονες εἶναι.*

Ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ ὥς γε —] Refutare instituit Socrates Calliclem sic, ut primum utatur similitudine, deinde etiam argumenta afferat ex ipsa rei natura petita. Miserrima vero, inquit, vita ista foret, quam tu descripsisti, atque morti simillima, ut recte videatur iudicasse qui nos iam nunc mortuos esse dixit adeoque corpus nostrum sepulcrum nominavit. Atque eandem ob caussam aliquis, nomine nonnihil mutato, eam nostri partem, in qua insunt cupiditates, dolium appellavit, quod in stultis et non initiatis perforatum sit, ita ut, quidquid infundatur, denuo effluat. Unde idem illos, qui cupiditates explere student, comparavit cum iis, qui apud inferos cribro in dolium perforatum aquam infundere narrantur. — Exscripserunt philosophi verba

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

493 καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν· ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ

P. 493. *ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκ.*] *ὅπερ* om. Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFW. Flor. a. b. c. f. m. o. x. Stob. Eclogg. Eth. Serm. 120. S. 118. Trincav. et edit. Bas. 2. Quae omissio pronominis unde orta sit, infra significavimus. Herm. cum Badhamo l. c. corr. *ᾗ δὴ* pro *ἤδη*, quod sententiae non videtur satis convenire.

ἐστιν ἡμῖν σῆμα] V. *ἡμῶν* invitis plerisque codd.

ἐν ᾧ ἐπιθυμίαι] Steph. *ἐν ᾧ αἱ ἐπ.*, ut habet cum paucis Stobaeus Sermon. CXX. et Iamblichus Protrept. Orat. c. 17. mutatis tamen iis, quae consilio suo minus responderent.

λέγων· τίς δ' οἶδεν —] Scholiasta versus sumtos censet e Phrixo fabula, sed magis est verisimile eos ex Polyido esse depromtos. v. Gataker. Advers. misc. c. X. p. 523. Bentlei. Epist. ad Millium p. 31. et quos laudavit A. Matthiae. Fragm. Eurip. p. 311.

P. 493. *ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τ. σ.*] Male codd. aliquot *ὅπερ* omittunt. Quippe visum est criticis abundare. At solet post pronomen relativum non raro addi sententia, qua eius vis uberius ac fusius illustretur. v. ad p. 500. C. De sententia: *ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν*, Clemens Alexandr. Strom. p. 434: *τί δέ; οὐχὶ καὶ Ἡράκλειτος θάνατον μὲν γένεσιν καλεῖ; Πυθαγόρας δὲ καὶ τῷ ἐν Γοργίᾳ Σωκράτει ἐμφερῶς, ἐν οἷς φησιν· θάνατός ἐστιν ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέωμεν, ὁκόσα δὲ εὕδοντες, ὕπνος.* Sext. Empir. Pyrrhon. Hypot. III, 24: *ὁ Ἡράκλειτός φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι· ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν, τὰς ψυχὰς ἡμῶν τεθνάναι καὶ ἐν ἡμῖν τετάφθαι· ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, τὰς ψυχὰς ἀναβιοῦν καὶ ζῆν.* Quae iam Findeisen. comparavit. Proxima sententia: *τὸ σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα,* attingitur etiam Cratyl. p. 400. B: *καὶ γάρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ (τὸ σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι.* Ad quem locum Theodoretus Graec. Affect. Cur. V. p. 544. a Routhio laudatus ita commentatur: *Σύμφωνα δὲ τούτων καὶ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη. λέγει δὲ ὧδε· μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντεις, ὡς διά τινας τιμωρίας ἡ ψυχὴ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τέθαπται.* Haec Philolao vindicare studuit Boeckhius De Philolao p. 181 seqq. Nimirum transiit sententia ab Orphicis ad Pythagoreos: quam originem eius testatur auctor locupletissimus. Nam ipse Plato Cratyl. l. c.: *δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσιν.* conf. Lobeck. Aglaopham. p. 795 seqq.

τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ ἐπιθ.] ea animi pars, quae alibi vocatur *τὸ ἐπι-*

ἐπιθυμίαι εἰσί, τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω· καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνήρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός, παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικὸν ὠνόμασε πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀμυήτους· τῶν δ' ἀμυήτων

aliis Par. E. rec. Dein ἄνω κάτω Clark. Vat. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. V. Flor. x. Meerm. Stob. Vett. editt. ἄνω καὶ κάτω.

ἴσως Σικελός τις] Bas. 2. et codd. aliquot σικελικός. male.

καὶ πιστικὸν ὤν.] Sic Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 7. Par. W. Flor. s. Bodl. Meerm. Stob. Iamblich. pro vulg. πειστικόν, quod hic quoque tenuit Herm. reluctans adeo Clarkiano suo unice dilecto.

θυμητικόν. De animi natura eiusque partibus disputat philosophus De Republ. IV. p. 439 — 441. IX. p. 580. D. Tim. p. 69. 70. cf. Alcinous De Doctr. Platon. c. 23. 24. Laert. Vit. Platon. III. §. 67. Davis. ad Cicer. Tusculan. II, 20 IV, 5. Proxima sic intelligas: *τυγχάνει ὂν τοιοῦτον, ὥστε ἀναπείθεσθαι* (h. e. modo sic, modo aliter persuaderi) *καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω.*

καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν —] Hoc dicit: atque hoc placitum de cupiditatum inconstantia ac temeritate aliquis in fabulam mutans *τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς* appellavit *πίθον* s. cadum, quia ei proprium esset *τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικόν;* insipientium autem et intemperantium animum dixit cadum perforatum, quia horum cupiditates nunquam explerentur. Vides sententiam esse satis perspicuam. Sed de singulis eius partibus explicandum utique est accuratius. Quaeritur autem ante omnia, quis sit iste *κομψὸς ἀνήρ,* cui haec fabula tribuitur. Et Boeckhio quidem l. c. p. 186 seqq., cui suffragatur Susemihl. *Genet. Entwickel. der Plat. Philosoph.* I. p. 108 seq., ea videtur Philolao auctori tribuenda esse. Quod ego vereor ut recte fieri queat, quandoquidem ita parum commode adderentur verba *ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός.* Quo diutius locum considero, eo magis in ea confirmatur animus sententia, ut non tam Pythagoreorum quam Pythagoristarum atque Orphicorum docendi rationem, propter mythorum involucra tenebris repletam et perobscuram, notari existimem. Inter quos quum recenseatur imprimis Empedocles, id quod docuit Sturzius in Empedocle p. 13 seqq. et p. 19 seq., haud sane temere scholiastes et Olympiodorus ad h. l.: *οἷον Ἐμπεδοκλῆς· Πυθαγόρειος γὰρ ἦν οὗτος. ὑπῆρχε δὲ Ἀκραγαντῖνος.* Docuit enim hic teste Simplicio ad Aristot. De Coelo p. 129. *μυθικώτερον ὡς ποιητής.* Nec sine caussa hunc potissimum Plato respexit. Constat enim ipsum Gorgiam eius disciplinae addictum fuisse, unde etiam Socrates in Menone p. 76. A. seqq. leniter ridet Gorgiae discipulum Empedoclea quaedam placita cupide amplectentem. Itaque notando Empedocle simul ipse Gorgias eiusque discipuli notantur, ut pateat hunc mythum

B τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὗ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν, ὡς τετρημένος εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας. τοὐναντίον δὴ οὗτος σοί, ὦ Καλλίκλεις, ἐνδείκνυται, ὡς τῶν ἐν Ἅιδου — τὸ ἀειδὲς

B. *οὗ αἱ ἐπιθυμίαι*] Recte hic inserunt articulum vulgo non temere hic interponi. Tecte autem et cum leni ironia Empedoclem significans addit haec: *ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός*. Videlicet utroque nomine ille potuit recte appellari; nam etsi Siculus erat, tamen a familia Italica, quam maxime sequebatur, nomine Italici non videbatur indignus. Quae si vera sunt, facile etiam apparet, quo iure Groen van Prinsterer Prosopographia Platon. p. 39. verba *ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός* in glossematis suspicionem adducere studuerit. Ceterum verissime Schleiermacherus ad h. l.: „*Uebrigens ist es wohl sehr wunderlich, dieses grade für heiligen pythagoreischen Ernst zu nehmen, und einen grossen Werth darauf zu legen, was Platon selbst nicht thut, indem er voraussagt, dass er damit nichts ausrichten werde, wie es denn weder Zustimmung des Verstandes noch Umstimmung des Gemüthes hervorbringen kann; sondern auch hier ist ein guter Theil leiser Scherz über die wohlgemeinte, aber unfruchtbare Kostbarkeit und Schwerfälligkeit solcher Dinge, und er will zeigen, wie er nicht eher weiter kommt mit seinem Gegner, bis er wieder zu seiner einfachen und schlichten Methode zurückkehrt.*" — *κομψός* de philosophis frequens apud Platonem, plerumque tamen habet aliquid ironiae Socraticae, ut magis de nimia et adscita venustate et elegantia intelligendum sit quam de vera et naturali. v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 162. Neque hoc loco vacat irrisione, si quidem Empedocles eiusque adsectatores propter obscuram docendi rationem carpuntur. Aliter tamen iudicavit Heindorfius, qui vocem hic sine ironia positam arbitratur. — *παράγων τῷ ὀνόματι*, nomen paullulum mutans atque flectens. Usus verbi quum alibi tum in Cratylo frequens. — *διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικόν*. Nam τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω. De forma *πιστικόν* v. p. 455. A. — *τοὺς ἀνοήτους* intelligit intemperantes, lubidinibus indulgentes. vid. interpp. ad Aristophan. Nubb. v. 416. Hos vero *ἀμυήτους* vocat respiciens ad vocis originem. Ducitur enim a v. *μύειν* claudere, unde dicti sunt *μύσται*, quoniam teste Eustathio ad Iliad. *ω'*. p. 1492. ed. Basil. *τοῖς μύσταις ἀνάγκη μύειν τὸ στόμα καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται*. Itaque *οἱ ἀμύητοι* nunc duplici sensu dicuntur, ut intelligantur non solum ii, qui sacris non sunt initiati, sed etiam illi, qui nihil claudunt, nihil continent et quasi rimosi sunt atque hiscentes *διὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἀκόλαστον καὶ οὐ στεγανόν*. — Proxima vitio laborare censet Heindorfius. Nam ista: *τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν*, propter additum *αὐτοῦ* molestiam creant. Nam si *αὐτοῦ* refers ad *τοῦτο τῆς ψυχῆς*, huic rationi ipse philosophus adversatur, qui totum

δὴ λέγων — οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν οἱ ἀμύητοι, καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ· τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει, ὥς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων, τὴν ψυχὴν εἶναι· τὴν δὲ ψυχὴν κο- C

male omissum Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 7. BCIVW. Flor. a. b. c. m. o. x. Bodl. Meerm. Stob.

illud *ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς ἀκόλαστον* esse statuit; sin autem illud ad solum *ψυχῆς* pertinere putas, magna certe oritur orationis obscuritas et molesta verborum redundantia. Quocirca facile quis assentiatur Heindorfio, qui scriptum fuisse coniicit *διὰ τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ*, quamquam scrupulum iniicit librorum omnium de vulgata lectione consensio. Itaque *τὸ ἀκόλαστον — στεγανόν* paene adducimur ut praecedenti *τοῦτο τῆς ψυχῆς* per appositionem subiungi putemus hoc sensu: illam partem animi, in qua insunt cupiditates, videlicet *τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν*. Hanc rationem, si recte intellexi, nuper etiam Voegelinus commendavit. Astius totum hoc *τὸ ἀκ. αὐτοῦ καὶ οὐ στεγ.* eiici vult. — Pro *ὡς τετρημένος εἴη πίθος* exspectabas accusativum *τετρημένον πίθον* (sc. *ὠνόμασε*). Sed mutata est constructio atque conformata *κατὰ τὸ νοούμενον*. Adduntur enim haec: *ὡς τετρ. εἴη πίθος*, quasi praecessisset *ἔλεγε*, quod ex illo *ὠνόμασε* facile intelligas. Constructionis rationem egregie perspexit Heindorfius.

B. *ὡς τῶν ἐν Ἅιδου* —] *τὸ ἀειδὲς* nunc ad *τὸ ὁρατὸν* refertur neque tenebricosum quid significat, sed id, quod non est adspectabile. cf. Phaedon. p. 50. D. et 81. C., ubi item *τὸ ἀειδές* et *ᾅδον* opponitur *τῷ ὁρατῷ*, et Cratyl. p. 403. A. Addit autem haec Socrates, ut doceat fabulam illam de misero inferorum statu intelligendam esse de vita intemperantium et lubidinosorum, qui quum cupiditatibus perpetuo indulgeant, tamen eas nunquam explere et satiare possint. Crescit enim indulgens sibi dirus hydrops, nec sitim pellit, nisi caussa morbi fugerit venis. — *οἱ ἀμύητοι*, ii, qui non sunt initiati, mythologo rursus sunt intemperantes et incontinentes: ludit enim in originatione vocabuli. De felicitate eorum, qui mysteriis initiati essent, miseraque *τῶν ἀμυήτων* conditione v. ad Phaedon. p. 69. C. — *ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκ.*, h. e. cribro item perforato. Nam cum vi repetitur *τετρημένῳ*. De *ἑτέρῳ τοιούτῳ* v. Indic. T. I. s. v. *ἕτερος*. — Respici a Platone ad nobilissimam illam fabulam Danaidum neminem fugit. Eandem vero poenam a poetis in impios et iniustos constitui refert philosophus De Republ. II. p. 363. D.

τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει — τὴν ψυχὴν εἶναι] Cribrum iudicavit esse animam. Intemperantium autem et insipientium animam dixit cribro similem esse quippe quasi perforatam, ita ut nihil continere in se possit *δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην*, quae verba recte interpretatur Olympiodorus: *ἀπιστίαν μὲν τῷ μηδὲ ὅλως παραδέχεσθαι, λήθην δὲ τῷ παραδέχεσθαι μέν, ἐπιλανθάνεσθαι δέ.* Lepide dixit *ἀπιστίαν*, quo alludit ad *πίθον, πιθανόν* et

σκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα, δηλοῖ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδειξάμενος, ἐάν πως οἷός τε ὦ, πεῖσαι μεταθέσθαι ἀντὶ τοῦ ἀπλήστως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος βίου τὸν κοσμίως καὶ τοῖς ἀεὶ παροῦσιν ἱκανῶς καὶ ἐξαρκούντως ἔχοντα βίον ἑλέσθαι. ἀλλὰ πότερον πείθω τί σε καὶ μετατίθεσαι εὐδαιμονεστέρους
D εἶναι τοὺς κοσμίους τῶν ἀκολάστων, ἢ οὐδ' ἂν ἄλλα

C. *ἀπείκασε τὴν τ.*] Bekkerus ex uno Par. W. *ἀπῄκασε*, quod convenit cum praeceptis veterum grammaticorum; v. Valcken. ad Phoeniss. v. 165. Sed meliora docuit Buttmann. Gr. ampl. I. p. 328. Matthiae. ad Eurip. Phoen. v. 162. Etiam Symp. p. 216. C. libri omnes *εἴκασα*.

δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην] Schleiermacherus coni. *δι' ἀπληστίαν*, consentiente Dobraeo Adversar. T. I. p. 153. Sed. v. ann.

βούλομαί σοι ἐνδειξάμενος] Sic pro vulg. *ἐνδείξασθαι* codd. fere omnes cum Clark. et Vat. Dein post *μεταθέσθαι* Par. V. addit *καί*, quod recepit Bekker. Sed eo non opus esse docebit subtilior loci interpretatio.

ἀναπείθεσθαι. Germanice dixeris *die Unfasslichkeit (des Fasses)*. Ad *ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν* ne quis addendum putet *οὐδέν*, conf. p. 485. E: *ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι*, ubi item ex praecedenti *μηδέποτε* intelligas *μηδέν*. Verbum *στέγειν* frequens est de vasis aquam propter rimas vel foramina non continentibus, ut De Republ. X. p. 621. A. IX. p. 586. B. De animo plane ut h. l. dicitur Legg. IV. p. 714. A.

C. *ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα*] Germanice dicas: *Dieses ist nun freilich einigermaassen sonderbar*. Nam *ὑπό τι* est aliquatenus, propemodum, quodammodo, ut Phaedr. p. 242. D. Xenoph. Cyrop. IV, 1, 13. ed. Schneid. Aristoph. Vespp. v. 1290. et saepius. — *ἐπιεικῶς* autem ne explicuerim cum Heindorfio: satis, admodum, *ziemlich;* habet illud vim affirmandi atque concedendi, ut Lat. utique, sane quidem, et Germ. *freilich*. Etenim illa significatione ubi acceperis, mirum videatur necesse est istud *ὑπό τι* post *ἱκανῶς* illatum. Fuit autem nuper qui *ἐπιεικῶς* deletum iret, scilicet ubique ille odoratus in talibus temeraria glossemata. Badhamus in Schneidewin. Philolog. X. p. 730. legit *ἀπεικασμέν'* pro *ἐπιεικῶς μέν*. Pro *ὑπό τι* etiam plenius dicitur *ὑπό τι σμικρόν*, de quo v. Casaubon. ad Strabon. II. p. 209. Dobraeus ad Aristoph. Vespp. p. 586. ed. Lips.

ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδειξάμενος] Vulgata lectio: —*βούλομαί σοι ἐνδείξασθαι, ἐάν πως οἷός τε ὦ πεῖσαι μεταθ.*, hoc habet incommodi, quod verba *ἐάν πως οἷός τε ὦ πεῖσαι* non apte cohaerent cum his: *βούλομαί σοι ἐνδείξασθαι*. Verissime libri mss. magno consensu *ἐν-*

πολλὰ τοιαῦτα μυθολογῶ, οὐδέν τι μᾶλλον μεταθήσει; ΚΑΛ. Τοῦτ' ἀληθέστερον εἴρηκας, ὦ Σώκρατες.

Cap. XLVIII. ΣΩ. Φέρε δή. ἄλλην σοι εἰκόνα λέγω ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου τῇ νῦν. σκόπει γάρ, εἰ τοιόνδε λέγεις περὶ τοῦ βίου ἑκατέρου τοῦ τε σώφρονος καὶ τοῦ ἀκολάστου, οἷον εἰ δυοῖν ἀνδροῖν ἑκατέρῳ πίθοι πολλοὶ εἶεν, καὶ τῷ μὲν ἑτέρῳ ὑγιεῖς καὶ πλήρεις, ὁ μὲν οἴνου, ὁ δὲ μέλιτος, ὁ δὲ γάλακτος καὶ ἄλλοι E πολλοὶ πολλῶν, νάματα δὲ σπάνια καὶ χαλεπὰ ἑκάστου

πείθω τί σε καὶ μετατίθεσαι] Clark. Vat. et plurimi alii cum Bas. 2. μετατίθεσθαι. Sed unice vera est lectio vulgata, quam tuentur Coisl. et Ven. Ξ.

D. ἢ οὐδ' ἂν ἄλλα πολλὰ τ.] V. ἢ οὐδέν, ἀλλ' ἂν καὶ π. Sed Clark. Vat. Vind. 2. 6. Par. B I W. Flor. a. b. c. x. Bodl. ἀλλὰ πολλά. Inde felicissime Sauppius Epist. crit. p. 122. exsculpsit: οὐδ' ἂν ἄλλα πολλά, quod recepimus Hermanno praeeunte. Dein Vind. 6. μυθολογῶν. Ceterum vulgatam tuentur Coisl. Ven. Ξ Σ. alii.

E. καὶ ἄλλοι πολλοὶ πολλῶν] Meerm. Bodl. ἄλλοι ἄλλων πολλῶν. v. infra comment.

δειξάμενος, quo restituto post οἷός τε ὦ commate distinximus orationem. Nam structura sermonis haec est: ὃ ἐγώ σοι ἐνδειξάμενος βούλομαι — πεῖσαι μεταθέσθαι, quo probando ego, si possim, persuadere tibi cupio, ut sententia mutata statuas pro vita intemperanti eligi oportere temperantiam. Ceterum Coraes coniec. πεῖσαί σε μεταθέσθαι.

καὶ μετατίθεσαι εὐδαιμονεστέρους εἶναι —] et mutata sententia statuis feliciores esse etc. v. Heindorf. ad h. l. et nostra ad Euthyphron. p. 9. D.

D. ἢ οὐδ' ἂν — οὐδέν τι μᾶλλον] De negatione post οὐδέ repetita v. annot. ad Reip. IV. p. 426. B.

Cap. XLVIII. ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου τῇ νῦν] H. e. itidem ab iis repetitam, a quibus sumta erat fabula modo narrata. Palaestram videtur nominare scholam Pythagoreorum vel potius Empedocleam, in qua huiusmodi mythorum involucra studiose quaerebantur. De loquendi genere v. Matthiae. §. 385. Nam perperam in Iamblicho nuper Kiesslingius recepit τὴν νῦν. Fabulae argumentum hoc est: Faciamus duos esse homines, qui multa habeant dolia, alter integra et vino, melle, lacte repleta, alter perforata ac putrida fluidisque ad parandum difficillimis impleta. Ille, cuius vasa integra sunt, de iis erit securus neque ullo modo sollicitus; hic contra, ut, quantum diffluxit, tantum denuo doliis infundat, dies noctesque laborabit, nisi extremis doloribus affici voluerit. Illi temperans, huic intemperans est simillimus, unde apparet hunc esse miserrimum neque felicem praedicandum.

E. καὶ ἄλλοι πολλοὶ πολ-

τούτων εἴη καὶ μετὰ πολλῶν πόνων καὶ χαλεπῶν ἐκποριζόμενα· ὁ μὲν οὖν ἕτερος πληρωσάμενος μήτ' ἐποχετεύοι μήτε τι φροντίζοι, ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχίαν ἔχοι· τῷ δ' ἑτέρῳ τὰ μὲν νάματα, ὥςπερ καὶ ἐκείνῳ, δυνατὰ μὲν πορίζεσθαι, χαλεπὰ δέ, τὰ δ' ἀγγεῖα τετρημένα καὶ σαθρά, καὶ ἀναγκάζοιτο ἀεὶ καὶ νύκτα καὶ
494 *ἡμέραν πιμπλάναι αὐτά, ἢ τὰς ἐσχάτας λυποῖτο λύπας· ἆρα τοιούτου ἑκατέρῳ ὄντος τοῦ βίου, λέγεις τὸν τοῦ ἀκολάστου εὐδαιμονέστερον εἶναι ἢ τὸν τοῦ κοσμίου; πείθω τί σε ταῦτα λέγων συγχωρῆσαι τὸν κόσμιον βίον τοῦ ἀκολάστου ἀμείνω εἶναι, ἢ οὐ πείθω; ΚΑΛ. Οὐ πείθεις, ὦ Σώκρατες. τῷ μὲν γὰρ πληρωσαμένῳ*

καὶ ἀναγκάζοιτο] Hic *καὶ* om. Clark. Vat. Vind. 6. Par. BCFI. Flor. a. c. o. m. Bodl. et pr. Coisl. Par. E. Itaque Hermann. ex Iambl. et cod. Flor. x. extruso *καὶ* scripsit: *ἀναγκάζοιτο δ' ἀεί.* Dein eandem voculam ante *νύκτα* vulgo omissam libri fere omnes servarunt.

P. 494. *ἑκατέρῳ ὄντος*] Sic Par. V. Flor. d. Vett. editt. *ἑκατέρου,* quod mutavit Bekkerus.

λῶν] Ficinus: aliaque similiter aliorum. Praeferendum videtur *καὶ ἄλλοι ἄλλων πολλῶν,* atque alii cadi multis huiusmodi rebus pleni. — *νάματα* sunt liquores. — *χαλεπὰ* dicuntur, quatenus non sine multa molestia vinum, lac, mel comparantur. Itaque explicationis gratia additur: *καὶ μετὰ πολλῶν πόνων καὶ χαλεπῶν ἐκποριζόμενα.*

ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχ. ἔχοι] sed, quantum ad haec attinet, quietem ageret. Hunc usum voc. *ἕνεκα* tetigerunt Valckenar. ad Herodot. VI, 63. Heindorf. ad Charmid. p. 158. E.

P. 494. *ἢ τὰς ἐσχάτας λυποῖτο λύπας*] Intell. si vasa illa laticibus replere omitteret. Itaque *ἢ* est alioquin, de quo usu voculae v. ad Menon. p. 130. — *ἔσχαται λῦπαι,* summi, extremi dolores. Infra c. LXXVIII. *οἱ ἔσχατοι κίνδυνοι* sunt qui c. LXIV. *μέγιστοι κίνδυνοι* vocantur. Cap. XXXVII: *ἁπάντων ἔσχατον κακῶν.*

B. *Χαραδριοῦ τινα αὖ σὺ βίον —*] Schol. *Χαραδριός, ὄρνις τις, ὃς ἅμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει.* v. Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 273. coll. Aristot. Hist. An. VIII, 5. p. 368. ed. Schn. Aelian. H. An. XVII, 13. Pro *ἀλλ' οὐ νεκροῦ* exspectabas *καὶ οὐ νεκροῦ.* Sed prorsus eodem modo De Republ. V. extr.: *τοὺς αὐτὸ ἄρα ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους φιλοσόφους, ἀλλ' οὐ φιλοδόξους κλητέον.* Videlicet poterat etiam hoc modo loqui: *οὐ νεκροῦ, οὐδὲ λίθου, ἀλλὰ χαραδριοῦ τινα βίον λέγεις:* unde apparet, cur dixerit *ἀλλ' οὐ,* neque *καὶ οὐ* adhibuerit. Sed rem exposui ad Protag. p. 337. B.

τὸ τοιόνδε λέγεις] sc. *τὸ ἡδέως ζῆν,* ut proxima docent.

ἐκείνῳ οὐκέτ' ἔστιν ἡδονὴ οὐδεμία, ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν, ὃ
νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τὸ ὥσπερ λίθον ζῆν, ἐπειδὰν πλη-
ρώσῃ, μήτε χαίροντα ἔτι μήτε λυπούμενον. ἀλλ' ἐν τούτῳ B
ἐστὶ τὸ ἡδέως ζῆν, ἐν τῷ ὡς πλεῖστον ἐπιῤῥεῖν. ΣΩ.
Οὐκοῦν ἀνάγκη γ', ἂν πολὺ ἐπιῤῥέῃ, πολὺ καὶ τὸ ἀπιὸν
εἶναι καὶ μεγάλ' ἄττα τὰ τρήματα εἶναι ταῖς ἐκροαῖς;
ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Χαραδριοῦ τινα αὖ σὺ βίον
λέγεις, ἀλλ' οὐ νεκροῦ, οὐδὲ λίθου. καί μοι λέγε, τὸ
τοιόνδε λέγεις, οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν; ΚΑΛ.
Ἔγωγε. ΣΩ. Καὶ διψῆν γε καὶ διψῶντα πίνειν; ΚΑΛ. C
Λέγω, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα καὶ δυ-
νάμενον πληροῦντα χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν.

οὐκέτ' ἔστιν ἡδ.] Sic Clark. Vat. pro vulg. *οὐκ ἔστιν.*

ἐπειδὰν πληρώσῃ] V. *πληρώσηται* invitis Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Bodl. Par. BCEFIW. et novem Florent. Videtur *πληρωθῇ* corrigendum esse.

C. *δυνάμενον πληροῦντα*] Sic libri omnes, sed Steph. *πληροῦν*, quod recepit Hermann.

Perperam Findeisen. coni. *τὶ τοιόνδε λέγεις,* quod soloecum foret.

C. *καὶ δυνάμενον πληροῦντα χαίροντα εὐδαιμ. ζ.*] Primo obtutu utique blandiatur alicui quod edidit Stephanus *πληροῦν*. Sed re accuratius considerata non dubium videbitur, quin ea lectio ab iis inventa sit, qui constructionis rationem non perspexissent. Est autem haec: *καὶ (λέγω) χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν ἔχοντα τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας καὶ πληροῦντα δυνάμενον* sc. *πληροῦν*, et dico aliquem cum gaudio beate vivere, dum ceteras cupiditates habeat cunctas easque expleat, quippe id faciendi facultate pollens. De infinitivo *πληροῦν* ex seq. *πληροῦντα* ad *δυνάμενον* assumendo v. Ast. ad h. l. et Reisig. ad Oedip. Col. p. 277 seq. Videlicet Socrati singulas cupiditates commemorare et exempli loco proponere instituenti Callicles ita respondet, ut rem brevi praecidat seque ceteras omnes cupiditates cognitas habere significet. Pertinaciter autem sententiam suam retinens simul etiam addit haec: *καὶ δυνάμενον — ζῆν*. Quocirca deinde ab Socrate propter hanc pervicaciam ridetur, qui ei respondet haec: Praeclare vero, o bone! perge enim ut coepisti, nec te pudeat. Apparet turbas dedisse participiorum cumulationem, de qua iam in superioribus disputavimus. Si autem vera est haec interpretatio nostra, facile carebimus etiam coniectura Heindorfii: *καὶ δυνάμενον πληροῦν, πληροῦντα καὶ χαίροντα εὐδ. ζῆν.* Ceterum Bekkerus, qui retinuit codicum lectionem, prave distinxit orationem commate post *πληροῦντα* interposito.

Cap. XLIX. ΣΩ. Εὖγε, ὦ βέλτιστε· διατέλει γὰρ ὥςπερ ἤρξω, καὶ ὅπως μὴ ἀπαισχυνεῖ. δεῖ δέ, ὡς ἔοικε, μηδ' ἐμὲ ἀπαισχυνθῆναι. καὶ πρῶτον μὲν εἰπέ, εἰ καὶ ψωρῶντα καὶ κνησιῶντα, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον εὐδαιμόνως ἔστι ζῆν. D ΚΑΛ. Ὡς ἄτοπος εἶ, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀτεχνῶς δημηγόρος. ΣΩ. Τοιγάρτοι, ὦ Καλλίκλεις, Πῶλον μὲν καὶ Γοργίαν καὶ ἐξέπληξα καὶ αἰσχύνεσθαι ἐποίησα, σὺ δὲ οὐ μὴ ἐκπλαγῇς, οὐδὲ μὴ αἰσχυνθῇς· ἀνδρεῖος γὰρ εἶ. ἀλλ' ἀποκρίνου μόνον. ΚΑΛ. Φημὶ τοίνυν καὶ τὸν κνώμενον ἡδέως ἂν βιῶναι. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ ἡδέως,

εἰ καὶ ψωρῶντα] Sic Clark. Vat. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. Par. BCEIW. Flor. a. b. c. f. m. o. Bodl. Vett. editt. ψωριῶντα. Formam ψωράω etiam Photius et Moeris alteri ψωριάω praeferunt. τοῦ κνῆσθαι] κνᾶσθαι Ven. ΞΣ. Vind. 2. Par. V., sed v. Buttmann. Gr. I. p. 584.

E. μόνον κνησιῷ] Sic correxit Bekkerus. Codd. plerique omnes κνησιοῖ, pauci κνησιεῖ. v. Pierson. ad Moer. p. 206.

καὶ τούτων τοιούτων] Buttmannus coni. καὶ τὸ τούτων, probante Heindorfio. v. ann. Multi iique praestantissimi libri κεφα-

Cap. XLIX. δεῖ δέ — μηδ' ἐμὲ ἀπ.] Orditur enim de re foeda verba facere. Proximorum verborum ordo hic est: εἰπέ, εἰ καὶ ψωρῶντα καὶ κνησιῶντα ἔστιν εὐδαιμόνως ζῆν, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον: dicas, num etiam scabie laboranti et pruritu vexato beate vivere liceat, si abunde habeat titillationis, ita ut per totam vitam titilletur. Itaque haec: κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον, addita sunt ideo, ut praecedentia, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, interpretentur.

D. σὺ δὲ οὐ μὴ ἐκπλαγῇς —] tu vero non verendum est ne conturberis et ad silentium redigaris. De usu vocularum οὐ μή egregie disputavit Thiersch. §. 301. ed. 3.

E. ἢ ἔτι τί σε ἐρωτῶ] Significat τὰ αἰδοῖα per euphemismum. Ad illa: πότερον εἰ τὴν κεφαλὴν μόνον κνησιῷ, e superioribus apud animum intelligas: αὐτὸν φῂς ἡδέως ἂν βιῶναι; — Mox τὰ ἐχόμενα sunt quae cum his cohaerent et arcte coniuncta sunt. Ponitur autem hoc voc. nunc absolute non addito genitivo, ut Legg. VII, 13., ubi v. Ast. Isocrat. Helen. Encom. p. 239. ed. Bekk.: βούλομαι δὲ καὶ περὶ τῶν ἐχομένων διελθεῖν. Nam τούτοις cum ἐφεξῆς connectendum, ut Phileb. p. 34. C: τὸ δ' ἐφεξῆς τούτοις πειρώμεθα λέγειν. Legg. p. 796. E: τὸ τοίνυν τούτοις ἐφεξῆς περὶ τὰ τῶν Μουσῶν — δῶρα. Cratyl. p. 420. D: ὅτι τούτοις ἑξῆς ἐστιν. Im. Bekkerus legendum coniecit τὰ ἑπόμενα τούτοις.

καὶ τούτων τ. ὄντ. κ.] et quod hisce in rebus summum est. Addidit Heindorfius articulum τό de coniectura

*καὶ εὐδαιμόνως; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Πότερον εἰ τὴν
κεφαλὴν μόνον κνησιῷ, ἢ ἔτι τί σε ἐρωτῶ; ὅρα, ὦ Καλ-* E
*λίκλεις, τί ἀποκρινεῖ, ἐάν τίς σε τὰ ἐχόμενα τούτοις
ἐφεξῆς ἅπαντα ἐρωτᾷ. καὶ τούτων τοιούτων ὄντων κε-
φάλαιον, ὁ τῶν κιναίδων βίος οὗτος οὐ δεινὸς καὶ αἰ-
σχρὸς καὶ ἄθλιος; ἢ τούτους τολμήσεις λέγειν εὐδαίμονας
εἶναι, ἐὰν ἀφθόνως ἔχωσιν ὧν δέονται; ΚΑΛ. Οὐκ
αἰσχύνει εἰς τοιαῦτα ἄγων, ὦ Σώκρατες, τοὺς λόγους;
ΣΩ. Ἦ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα, ὦ γενναῖε, ἢ ἐκεῖνος,
ὃς ἂν φῇ ἀνέδην οὕτω τοὺς χαίροντας, ὅπως ἂν χαίρω-
σιν, εὐδαίμονας εἶναι, καὶ μὴ διορίζηται τῶν ἡδονῶν* 495

λαίων. Antiatticistam Anecdot. p. 104. *κεφαλαιότατον* legisse Bekkerus suspicatur.

ἢ τούτους τολμήσεις] Sic Clark. Vat. Vind. 2. 6. Par. BCEFI. Flor. a. b. c. f. m. o. s. x. Bodl. et pr. Coisl. Editt. *ἢ καὶ τούτους τολμ.* Fortiter pronuntiandum *τούτους*, quod qui non senserunt *καὶ* addendum arbitrati sunt.

ἀνέδην οὕτω] Sic Clark. Vat. Coisl. Ven. Σ. Vind. 2. 6. 7. Par. BCIVW. Flor. a. b. c. m. Bodl. cum Ald. Bas. 1. 2. Stephanus *ἀναίδην* scripsit.

Buttmanni. Quamquam apud Herodotum simillimum locum inveni, ubi ille sic omissus est, Libr. III. c. 80: *φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι —, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν, διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι. ἀναρμοστότατον δὲ πάντων· ἤν τε γὰρ κ. τ. λ.* Alia quaedam eiusdem generis notavit A. Matthiae. Gr. §. 432. 5. p. 972. ed. 3. Contulit Heindorfius Theaetet. p. 190. B: *ἢ καί, τὸ πάντων κεφάλαιον, σκόπει, εἴ ποτ' κ. τ. λ.*

Ἦ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα] Quum *εἰς τοιαῦτα* praecedat, pro *ἐνταῦθα* vulgari loquendi consuetudine dicendum fuisse videatur *ἐνταῦθοι.* Verum tamen non est quod hoc usu offendaris. Constat enim *ἔνθα, ἐνταῦθα* et *ἐνθάδε* passim etiam de motu in locum usurpari. Homer. Odyss. *Π'.* vers. 204: *ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσσεύς.* Iliad. IX, 597: *μηδέ σε δαίμων ἐνταῦθα τρέψειε.* Xenoph. Cyrop. I, 4, 16: *ἀκούων οὖν ἐν τοῖς μεθορίοις τοῖς τε αὐτῶν καὶ τοῖς Μήδων πολλὰ θηρία εἶναι —, ἐνταῦθα ἐπεθύμησεν ἐξελθεῖν.* Ibid. VII, 1, 34: *ἐπεὶ μέντοι ἐνταῦθα ἦλθον.* Anabas. I, 10, 13: *ἐπεὶ δὲ καὶ ἐνταῦθ' ἐχώρουν οἱ Ἕλληνες.* Plat. Theaetet. p. 187. B: *ἐπειδὴ ἐνταῦθα προελήλυθας.* Apolog. Socrat. p. 36. C: *ἐνταῦθα μὲν οὐκ ᾖα,* ad quem locum caussam et rationem huius loquendi formae illustrare studui. Menex. p. 248. C: *ἐνταῦθα τὸν νοῦν τρέποντες.* De Rep. VII, 517. C: *οἱ ἐνταῦθα ἐλθόντες.* Alcib. I. p. 134. B: *ἐνταῦθα βλέποντες.* Deinde *ἀνέδην οὕτω* respondet formulae: *so sans façon.* Altera forma *ἀναίδην*, quoniam neque ab *αἰδώς* neque ab *αἰδεῖσθαι* salvis analogiae legibus derivari potuit, ubique proscribenda.

ὁποῖαι ἀγαθαὶ καὶ κακαί; ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν λέγε, πότερον φῂς εἶναι τὸ αὐτὸ ἡδὺ καὶ ἀγαθόν, ἢ εἶναί τι τῶν ἡδέων, ὃ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν; *ΚΑΛ.* Ἵνα δή μοι μὴ ἀνομολογούμενος ᾖ ὁ λόγος, ἐὰν ἕτερον φήσω εἶναι, τὸ αὐτό φημι εἶναι. *ΣΩ.* Διαφθείρεις, ὦ Καλλίκλεις, τοὺς πρώτους λόγους, καὶ οὐκ ἂν ἔτι μετ' ἐμοῦ ἱκανῶς τὰ ὄντα ἐξετάζοις, εἴπερ παρὰ τὰ δοκοῦντα σαυτῷ ἐρεῖς.
B *ΚΑΛ.* Καὶ γὰρ σύ, ὦ Σώκρατες. *ΣΩ.* Οὐ τοίνυν ὀρθῶς ποιῶ οὔτ' ἐγώ, εἴπερ ποιῶ τοῦτο, οὔτε σύ. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄθρει, μὴ οὐ τοῦτο ᾖ τὸ ἀγαθόν, τὸ πάντως χαίρειν· ταῦτά τε γὰρ τὰ νῦν δὴ αἰνιχθέντα πολλὰ καὶ αἰσχρὰ φαίνεται συμβαίνοντα, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει,

P. 495. *ὁποῖαι ἀγαθαί*] Sic Ven. Ξ Σ. Vind. 6. Par. W. Flor. d. x. Vett. editt. *ὁποῖαι αἱ ἀγ.* In Vind. 1. est *ὁποῖαι αἱ ἀγαθαὶ καὶ αἱ κακαί.*
C. *ἐπειδὴ οὕτω δοκεῖ*] V. *ἐπειδή σοι οὕτω δ.*, quod solus Ven. Ξ. habet.

P. 495. *ἔτι καὶ νῦν λέγε*] nunc saltem, quum antea sententiam tuam libere profiteri non ausus sis. Criton. c. III. in.: *ἀλλ' — ἔτι καὶ νῦν ἐμοὶ πείθου καὶ σώθητι,* ubi v. annot.

οὕτω μὲν διακειμένων, νοῦν ἐχόντων ἦν ἂν] H. e. *εἰ οὕτω μὲν διεκείμεθα* (si et peritis magistris usi essemus et ipsi per nos multa ac praeclara aedificia exstruxissemus), *νοῦν ἐχόντων ἂν ἦν*, prudens esset ad publica opera accedere. Monui propter Findeisenium, qui *νουνεχόντως* scribendum putabat. Dictio *ἰέναι ἐπί τι* frequens est apud Platonem. Infra p. 515. B: *ἐλθὼν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα*. Protagor. p. 360. A: *οὐκ ἐθέλουσιν ἰέναι ἐπὶ τὸ κάλλιον*. Ibid.: *οὐκ ἐπὶ τὸ κάλλιόν τε καὶ ἄμεινον καὶ ἥδιον ἔρχεται*. Cratyl. p. 413. B. Phileb. p. 46. B. p. 50. D. p. 62. D. Alcib. I. p. 132. B. Itaque frustra fuit qui *ἀνιέναι* corrigeret, licet in codd. aliquot ita scriptum sit.

μήτε διδάσκαλον — οἰκοδομ. τε] *Τὲ* post *μήτε* illatum illustravi infra p. 522. B. — *ἢ πολλὰ καὶ μηδενὸς ἄξια*, aut multa nullius pretii. Nam *πολλὰ καὶ μηδενὸς ἄξια* dictum ut *πολλὰ καὶ καλά*. v. Matth. §. 444. 3. — Deinde Heindorfius post *ἀνόητον* putabat *ἂν* omissum esse. Meliora docebunt Thiersch. §. 333. 1. c. p. 637. edit. 3. Matth. Gr. amplior. §. 508. 2. p. 968. Schaef. ad Demosthen. Apparat. T. II. p. 324. Meletematt. crit. p. 55. conf. nostra ad Sympos. p. 190. C.

Cap. LXX. D. *κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες — ἐπεσκεψάμεθα δήπου ἂν*] In his cavendum est, ne *ἂν* cum *καί* conflatum referatur ad verba *εἰ ἐπιχειρήσαντες δ. παρεκαλοῦμεν*; pertinet enim ad *ἐπεσκεψάμεθα*, ubi tamen perspicuitatis caussa iteratum est. Supra p. 465. C: *καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστάτει —, τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν*. Ratio huius structurae cognosci pote-

λους ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες, ἐπεσκεψάμεθα δήπου ἂν ἐγώ τε σὲ καὶ σὺ ἐμέ, Φέρε πρὸς θεῶν, αὐτὸς δὲ ὁ Σωκράτης πῶς ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν; ἢ ἤδη τις ἄλλος διὰ Σωκράτην ἀπηλλάγη νόσου, ἢ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος; Κἂν ἐγώ, οἶμαι, περὶ σοῦ ἕτερα τοιαῦτα ἐσκόπουν. καὶ εἰ μὴ ηὑρίσκομεν δι' ἡμᾶς μηδένα βελτίω γεγονότα τὸ E σῶμα, μήτε τῶν ξένων μήτε τῶν ἀστῶν, μήτε ἄνδρα μήτε γυναῖκα, πρὸς Διός, ὦ Καλλίκλεις, οὐ καταγέλαστον ἂν ἦν τῇ ἀληθείᾳ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐλθεῖν

1. 2. 6. 7. Par. CIV. Flor. a. b. c. d. x. Aug. Meerm., in vett. editt. est ἔγωγε.

ἢ ἤδη τις ἄλλος] Sic Par. F. corr. Ceteri libri ἢ εἰ δή τις ἄλλος.

εἰ μὴ ηὑρίσκομεν] Sic Clark. Vat. pro vulg. εὑρίσκομεν. conf. p. 513. E. Matth. Gramm. §. 167. Buttm. §. 84. 3. Lobeck. ad Phryn. p. 140.

rit ex iis, quae ad Apolog. Socrat. p. 11. disputavimus. Addimus Sophist. p. 256. B. Menex. p. 236. D. Lysid. p. 209. E. Protag. p. 318. B. De Rep. VIII. p. 515. E. Xenoph. Symp. II, 20. De aoristo ἐπεσκεψάμεθα post imperfectum εἰ — παρεκαλοῦμεν posito v. p. 447. D. coll. Euthyphron. p. 12. D. Sympos. p. 199. D. ibique annot. Post ἐμέ exspectabas additum λέγοντες οὕτως aut simile quiddam. Sed eadem orationis forma est p. 515. A. Ceterum δημοσιεύειν est verbum proprium quum de omnibus iis, qui publica munera capessunt *(in Staatsdienste treten)* tum etiam de medicis publice conductis et artem suam publice factitantibus. De huiusmodi medicis eorumque fortuna v. Boeckh. Oecon. Attic. T. I. p. 132.

ἢ ἤδη τις ἄλλος —] Vett. editt. ἢ εἰ δή τις. Heindorf. quum haec per interrogationem acciperet atque mirifice offenderetur recta oratione statim in obliquam mutata, corrigendum censuit ἢ ηδη τις ἄλλος. Quam emendationem amplexi sunt etiam Bekker. et Ast., et ego quoque amplector, etsi solus cod. Paris. F. habet ἤδη, idque ex correctione additum. Etenim possunt quidem haec referri ad praecedentia illa: πῶς ἔχει τὸ σῶμα κ. τ. λ., ita ut εἰ non interrogare putetur, sed conditionis faciat significationem. Ita oratio gratae cuiusdam negligentiae speciem referet a dialogorum consuetudine minime abhorrentem. Aut, inquit, si quis alius, sive servus sive ingenuus, per Socratem a morbo liberatus est: sc. πῶς οὗτος ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν; Sed ipsa sententia huic rationi adversatur.

εἰ μὴ ηὑρίσκομεν — μηδένα] H. e. τινά.

E. εἰς τοσοῦτον — ἀνθρώπους] Heindorf. ἀνθρώπους censuit tamquam prorsus importunum delendum esse. Sed recte iudicavit Buttm. orationem fieri graviorem, dum pro

ἀνθρώπους, ὥςτε, πρὶν ἰδιωτεύοντας πολλὰ μὲν ὅπως ἐτύχομεν ποιῆσαι, πολλὰ δὲ κατορθῶσαι καὶ γυμνάσασθαι ἱκανῶς τὴν τέχνην, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν ἐπιχειρεῖν μανθάνειν, καὶ αὐτούς τε δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν καὶ ἄλλους τοιούτους παρακαλεῖν; οὐκ ἀνόητόν σοι δοκεῖ ἂν εἶναι οὕτω πράττειν;
515 *ΚΑΛ.* Ἔμοιγε. *ΣΩ.* Νῦν δέ, ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν,
ἐπειδὴ σὺ μὲν αὐτὸς ἄρτι ἄρχει πράττειν τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἐμὲ δὲ παρακαλεῖς καὶ ὀνειδίζεις, ὅτι οὐ πράττω, οὐκ ἐπισκεψόμεθα ἀλλήλους, Φέρε, Καλλικλῆς ἤδη τινὰ βελτίω πεποίηκε τῶν πολιτῶν; ἔστιν ὅςτις πρότερον πονηρὸς ὢν ἄδικός τε καὶ ἀκόλαστος καὶ ἄφρων διὰ Καλλικλέα καλός τε κἀγαθὸς γέγονεν, ἢ ξένος ἢ ἀστός, ἢ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος; Λέγε μοι, ἐάν
B τίς σε ταῦτα ἐξετάζῃ, ὦ Καλλίκλεις, τί ἐρεῖς; τίνα φή-
σεις βελτίω πεποιηκέναι ἄνθρωπον τῇ συνουσίᾳ τῇ σῇ; — Ὀκνεῖς ἀποκρίνασθαι, εἴπερ ἔστι τι ἔργον σὸν ἔτι

E. *δοκεῖ ἂν εἶναι*] V. soloece *δοκῇ*. Recte Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. alii plurimi *δοκεῖ*. Vind. 6. et Par. W. *δοκοῖ*; sed *ἂν* pertinet ad infinitivum.

P. 515. *ἢ ἀστός*] om. Clark. Vat.

B. *τίνα φήσεις — ἄνθρωπον τῇ σ.*] *ἀνθρώπων* Hirschig. de coniectura.

εἴπερ ἔστι τι ἔργον] Vulgo post *ἔστι* interponitur *τοιόνδε*,

ἡμᾶς generalior quaedam notio inferatur, quam Germanice sic exprimere liceat: *Ist es nicht lächerlich, dass Menschen so toll sein können?* Quamquam autem servato isto *ἀνθρώπους* pro *ἐτύχομεν* requiri alicui videatur *ἔτυχον*, tamen sermo recte ad primam personam revertitur, cuius significatio in sententia generaliore latet. Similia exempla personae ita variatae v. ad Euthyphron. p. 5. A. conf. Bernhardy. Syntax. p. 423. Nihili est, quod Astius *ἀνθρώπους* pro *ἡμᾶς* positum iudicat, dissimillima inter se confundens. Proxima sic interpretor: ut, priusquam privatim vel multa utcunque fecissemus vel multa restituissemus nosque satis in hac arte exercuissemus, sicuti scilicet in proverbio dicitur, in dolio figlinam discere aggrederemur. Ad *ὅπως ἐτύχομεν* ex infinitivo *ποιῆσαι* liquet intelligendum relinqui *ποιήσαντες*, usu loquendi prope constanti et legitimo. conf. infra p. 518. C. De formula *τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο* v. ad p. 508.

ἰδιωτεύοντος, πρὶν δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν; *ΚΑΛ.* Φιλόνεικος εἶ, ὦ Σώκρατες.

Cap. LXXI. *ΣΩ.* Ἀλλ' οὐ φιλονεικίᾳ γε ἐρωτῶ, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς βουλόμενος εἰδέναι, ὅντινά ποτε τρόπον οἴει δεῖν πολιτεύεσθαι ἐν ἡμῖν. ἢ ἄλλου του ἄρα ἐπιμελήσει ἡμῖν ἐλθὼν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἢ C ὅπως ὅ τι βέλτιστοι [οἱ] πολῖται ὦμεν; ἢ οὐ πολλάκις ἤδη ὡμολογήκαμεν τοῦτο δεῖν πράττειν τὸν πολιτικὸν ἄνδρα; ὡμολογήκαμεν, ἢ οὔ; ἀποκρίνου. Ὡμολογήκαμεν· ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ἀποκρινοῦμαι. Εἰ τοίνυν τοῦτο δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα παρασκευάζειν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, νῦν μοι ἀναμνησθεὶς εἰπὲ περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες, εἰ ἔτι σοι δοκοῦσιν ἀγαθοὶ πολῖται γεγονέναι, Περικλῆς καὶ Κίμων καὶ Μιλτιάδης καὶ D Θεμιστοκλῆς. *ΚΑΛ.* Ἔμοιγε. *ΣΩ.* Οὐκοῦν εἴπερ ἀγαθοί, δῆλον ὅτι ἕκαστος αὐτῶν βελτίους ἐποίει τοὺς πολίτας ἀντὶ χειρόνων. ἐποίει, ἢ οὔ; *ΚΑΛ.* Ναί. *ΣΩ.* Οὐκοῦν

quod om. Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. CEFIVW. Flor. a. b. c. d. f. x. Videtur ortum ex glossemate.

ἢ ἄλλου του ἄρα] Libri omnes *ἢ ἄλλου του ἄρα*, quod servavit Herm. Heindorfius scripsit: *ἐν ἡμῖν. ἢ ἄλλου του ἄρα — πολῖται ὦμεν· ἢ οὐ πολλάκις κ. τ. λ.* Schleiermacherus et Bekkerus pro *ἢ* restituerunt *εἰ* de coniectura, invitis codd. Articulum ante *πολῖται* cum Hirschigio ut suspectum notavimus.

D. *ἐποίει, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ναί.*] Pro *Ναί* vulgo repetitur

D. Proverbium *ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν* de iis dici solitum, qui neglectis artium primordiis statim difficiliora aggrediuntur, attigit Zenobius Cent. III, 63. Erasmus Adagg. p. 227. ed. Franc. Legitur etiam Lachet. p. 187. B., ubi v. schol.

Cap. LXXI. P. 515. B. *δεῖν πολιτεύεσθαι ἐν ἡμῖν*] quomodo tandem censeas te rempublicam apud nos administrare oportere. Num igitur aliud quid nobis curabis et spectabis ad rempublicam aggressus nisi hoc etc.? Annon saepe inter nos convenit istud agere oportere virum civilem?

C. *ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες*] P. 503. C.

Περικλῆς καὶ Κίμων] Subiectum non primariae sententiae parti accommodatum, sed secundariae. vid. ad Apolog. Socr. p. 41. A. Matthiae. Gramm. §. 474. B.

ὅτε Περικλῆς ἤρχετο λέγειν ἐν τῷ δήμῳ, χείρους ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι ἢ ὅτε τὰ τελευταῖα ἔλεγεν; ΚΑΛ. Ἴσως. ΣΩ. Οὐκ ἴσως δή, ὦ βέλτιστε, ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τῶν ὡμο-
E λογημένων, εἴπερ ἀγαθός γ' ἦν ἐκεῖνος πολίτης. ΚΑΛ. Τί οὖν δή; ΣΩ. Οὐδέν. ἀλλὰ τόδε μοι εἰπὲ ἐπὶ τούτῳ, εἰ λέγονται Ἀθηναῖοι διὰ Περικλέα βελτίους γεγονέναι, ἢ πᾶν τοὐναντίον διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνου. ταυτὶ γὰρ

Ἐποίει. Dedi Ναί ex Clark. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. CVW. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Bodl. et edit. Bas. 2.
Οὐκ ἴσως δή] Editt. omnes δεῖ pro δή, quod restitui e Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. CFIV. Flor. b. d. x. Aug. Meerm. Repetendum χείρους ἦσαν κ. τ. λ.

D. Οὐκ ἴσως δή, ὦ β. —] Apte contulit Routhius Legg. XII. p. 965. C: Ἴσως. Οὐκ ἴσως, ἀλλ' ὄντως, ὦ δαιμόνιε, ταύτης οὐκ ἔστι σαφεστέρα μέθοδος ἀνθρώπων οὐδενί. Perperam vulgo pro δή legebatur δεῖ, quod in hac elliptica loquendi ratione non habet locum.

E. Τί οὖν δή;] Int. τοῦτο διαφέρει. V. p. 453. B. p. 497. D. Menon. p. 89. D.

ἢ πᾶν τοὐναντίον διαφθ.] Plato quum iudicaret eos, qui rebus civilibus praeessent, neque auram popularem captare neque privatas utilitates et commoda spectare debere, mirum profecto non est, quod tam severe de Pericle iudicavit. Etenim inde ab eo tempore, quo is rempublicam administravit, Athenienses valde corruptos esse historia satis testatur. Nam adeo in segnitiem torporemque soluti sunt, ut nil nisi dies festos apparatusque ludorum magnificos curarent; tam loquaces exstiterunt loquacitatisque amantes, ὥστε εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. Unde etiam conciones populares magno studio frequentabant, non tam ut verum audirent, quam ut verborum suavitate delectarentur. Quid quod a pristina morum simplicitate et frugalitate adeo desciverunt, ut inter scorta iuvenes, alea viri et senes, comissationibus omnes vitam transigerent: id quod de iis ex Theopompo rettulit Athenaeus XII, 8. p. 532. D. vid. etiam Philochor. et Phanodem. apud eundem XI. c. 3. Apte compararunt Plutarch. Pericl. p. 156. E. cap. IX: πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι, κακῶς ἐθισθέντα καὶ γενόμενον πολυτελῆ καὶ ἀκόλαστον ὑπὸ τῶν τότε πολιτευμάτων ἀντὶ σώφρονος καὶ αὐτουργοῦ. Diluit quidem hoc crimen Plutarchus ita, ut ostendat Periclem initio quidem populo placere studuisse καὶ πρὸς χάριν πολιτευθῆναι, quo facilius adversariorum suorum auctoritatem frangeret, his autem superatis se plane alium ostendisse, πρὸς τὸ βέλτιστον in gubernanda republica spectantem. Ita tamen rem non negat, sed excusat. Eam vero ulterius persequitur philosophus, qui exinde colligit Periclem non bonum fuisse reipublicae administrum, sed verae artis civitatem gubernandi ignarum et imperitum; huic enim illud unice propositum esse de-

ἔγωγε ἀκούω, Περικλέα πεποιηκέναι Ἀθηναίους ἀργοὺς καὶ δειλοὺς καὶ λάλους καὶ φιλαργύρους εἰς μισθοφορίαν πρῶτον καταστήσαντα. ΚΑΛ. Τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων ἀκούεις ταῦτα, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀλλὰ τάδε οὐκέτι ἀκούω, ἀλλ' οἶδα σαφῶς καὶ ἐγὼ καὶ σύ, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ηὐδοκίμει Περικλῆς καὶ οὐδεμίαν αἰσχρὰν δίκην κατεψηφίσαντο αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, ἡνίκα χείρους ἦσαν·

E. καὶ λάλους] ἀλάλους Clark. Vat. Coisl. Vind. 6. Dein vulgo μισθοφορὰν praeter auctoritatem librorum mss.

ηὐδοκίμει Περικλῆς] Sic Clark. Vat. pro vulg. εὐδοκίμει. Vid. p. 514. D.

bere, ut cives quam optimi reddantur. Ceterum exstat Aristidis sophistae non una oratio, qua Periclem ceterosque viros in republica claros contra Platonem defendit. Rem uberius persequutus est Imm. Ogienski in commentat. Pericles et Plato, Uratislav. 1838. 8., ubi consulas imprimis p. 93 seqq. Eloquentiam Periclis artis nomine laudat philosophus Phaedr. p. 269. E.

εἰς μισθοφ. πρ. καταστ.] „Πρῶτος ἐκεῖνος (verba Ulpiani sunt de Pericle ad Orat. Demosthen. περὶ συντάξεως) ἔταξε μισθοφορὰν καὶ ἔδωκε τῷ δήμῳ στρατευομένῳ. p. 50. edit. Bas.: Ἰδίως τὸν μισθὸν τῶν στρατευομένων οἱ παλαιοὶ μισθοφορὰν ἐκάλουν. Suidas s. v. μισθοφορά. Sed hoc Platonis loco stipendium quodlibet de publico acceptum designari putem. Aristotel. Polit. l. II. c. ult.: τὰ δικαστήρια μισθοφόρα κατέστησε Περικλῆς, ubi ad τὸν δικαστικὸν μισθόν, quem ob ius dicendum accipere solebant cives, respicitur." ROUTH. — Cf. Bekkeri Anecdot. T. I. p. 158: Μισθοφορῶ· μισθοῦ στρατεύομαι ἢ ὑπηρετῶ. Res ex historia lucem capit. Pericles enim populum quum aliis munificentiae generibus, tum imprimis mercede iudiciali et θεωρικῷ institutis sibi devinxit; quorsum hic respicitur.

Τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων] Locus est in Protagor. p. 342. B., qui haec plane illustrat. Narratur ibi multos homines in ceteris Graecorum urbibus vixisse, qui Spartanorum mores et instituta insano studio imitarentur: ὦτά τε, ut ait Socrates, κατάγνυνται μιμούμενοι αὐτούς. Itaque ad λακωνίζοντας istos homines, quos ridet etiam Aristophanes Avv. v. 1281. Ecclesiazus. v. 74. Vespp. 473., procul dubio respicitur. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 85. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. I. p. 116: Ὠτοκάταξιν· τὸν συντετριμμένον τὸ οὖς. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις. Olympiodorus: ἢ ὅτι ἐν ταῖς παλαίστραις ὑπέτριβον τὰ ὦτα (Lacedaemones videlicet imitantes), ἢ τοῦτο λέγει πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους ὑπεῖναι τὰ ὦτα καὶ ἀκοῦσαι τῶν λεγομένων. Prior sententia unice vera est. cf. Prolegg. ad Remp. CIV seqq. Acerbe autem hoc respondet Callicles; constat enim Socratem eiusque discipulos Spartanorum severitatem plane probavisse. v. ad Criton. p. 52. E.

516 *ἐπειδὴ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ ἐγεγόνεσαν ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου τοῦ Περικλέους, κλοπὴν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο, ὀλίγου δὲ καὶ θανάτου ἐτίμησαν, δῆλον ὅτι ὡς πονηροῦ ὄντος.*

Cap. LXXII. *ΚΑΛ. Τί οὖν; τούτου ἕνεκα κακὸς ἦν Περικλῆς; ΣΩ. Ὄνων γοῦν ἂν ἐπιμελητὴς καὶ ἵππων καὶ βοῶν τοιοῦτος ὢν κακὸς ἂν ἐδόκει εἶναι, εἰ παραλαβὼν μὴ λακτίζοντας μηδὲ κυρίττοντας μηδὲ δάκνοντας ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα.*
B *ἢ οὐ δοκεῖ σοι κακὸς εἶναι ἐπιμελητὴς ὁστισοῦν ὁτουοῦν ζώου, ὃς ἂν παραλαβὼν ἡμερώτερα ἀποδείξῃ ἀγριώτερα ἢ παρέλαβε; Δοκεῖ, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πάνυ γε, ἵνα σοι χαρίσωμαι. ΣΩ. Καὶ τόδε τοίνυν μοι χάρισαι ἀποκρινά-*

κἀγαθοὶ ἐγεγόνεσαν] Vett. editt. *ἐγεγόνεισαν*. Aug. *γεγόνεισαν*. In Clark. Vat. Coisl. aliis non paucis perscriptum legitur *ἐγεγόνεσαν*. Ven. Σ. Vind. 2. 7. Par. IV. Flor. b. Meerm. *γεγόνεσαν*, quod certe non est contemnendum. De omisso plusquamperfecti augmento non est cur exponamus. De terminatione autem plusquamperfecti in *εσαν* v. Fischer. ad Weller. II. p. 373. Lobeck. ad Phrynich. p. 149 seq.

P. 516. *ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου*] Par. I. *ἐπὶ τῇ τελευτῇ*. In Steph. exemplo *τοῦ* omissum.

P. 516. *κλοπὴν αὐτοῦ κατ.*] Narrat Diodorus XII. c. 38. p. 306. B., Ephoro auctore, Periclem de sociorum pecunia magnam partem in rem suam vertisse ac, ne rationem reddere cogeretur, bellum concitasse Peloponnesiacum. conf. Plutarch. Vit. Pericl. 31. p. 169. Idem memoriae tradidit accusatum eum esse propterea, quod partem illius pecuniae, ex qua Phidias Minervae statuam vestivisset, in privatos usus convertisset. vid. Diodor. l. c. Plutarch. l. c. Defendit Periclem Aristides Commun. Apolog. T. II. p. 244. ed. Iebb. narrans eum pecunia tantum multatum esse atque post peculatus damnationem in gratiam cum Atheniensibus rediisse. De Periclis integritate v. Thucyd. II, 56. 65. Plutarch. Vit. Pericl. c. 35. 37.

Cap. LXXII. *ἀπέδειξε ταῦτα ἅπ. π.*] si — eos redderet haec omnia propter feritatem facientes. *Ἀποδεικνύναι* proprie est manifestum reddere, deinde exhibere, reddere, ita tamen, ut primaria ostendendi notio non prorsus aboleatur. Xenoph. Cyrop. I, 2, 5: *παῖδας βελτίστους ἀποδεικνύναι*, quod paullo post dicitur *παρέχειν τὰ δέοντα ποιοῦντας*. Ibid. II, 1, 23. et VIII, 1, 85. permutatur cum verbis *παρασκευάζειν* et *ἀπεργάζεσθαι*. Memor. I, 6, 3: *μιμητὰς ἑαυτῶν ἀποδεικνύουσιν*. Mox etiam *ἀποφαίνειν* sic dicitur.

B. *ἵνα σοι χαρίσωμαι*] Supra p. 514. A: *Πάνυ γε, εἰ σοι ἥδιον*. Verbum *χαρίζεσθαι*, hoc in genere frequens apud Platonem, docte illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 274 seq.

μενος, πότερον καὶ ὁ ἄνθρωπος ἓν τῶν ζώων ἐστίν, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν ἀνθρώπων Περικλῆς ἐπεμέλετο; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἔδει αὐτούς, ὥς ἄρτι ὡμολογοῦμεν, δικαιοτέρους γεγονέναι ἀντὶ ἀδικωτέρων ὑπ' ἐκείνου, εἴπερ ἐκεῖνος ἐπεμελεῖτο C αὐτῶν ἀγαθὸς ὢν τὰ πολιτικά; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν οἵ γε δίκαιοι ἥμεροι, ὡς ἔφη Ὅμηρος. σὺ δὲ τί φῄς; οὐχ οὕτως; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἀγριωτέρους γε αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵους παρέλαβε, καὶ ταῦτ' εἰς αὐτόν, ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο. ΚΑΛ. Βούλει σοι ὁμολογήσω; ΣΩ. Εἰ δοκῶ γέ σοι ἀληθῆ λέγειν. ΚΑΛ. Ἔστω δὴ ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ ἀγριωτέρους, ἀδικωτέρους τε καὶ χείρους; ΚΑΛ. Ἔστω. ΣΩ. Οὐκ ἄρ' D

μὴ λακτίζοντας] Post λακτίζοντας Clark. Vat. Coisl. Par. EFW. addunt ἑαυτόν. Pro eo Vind. 6. αὐτὸν et Par. BCIV. Flor. a. b. c. d. m. o. x. αὐτοὺς exhibent. Sed utrumque natum putamus ex glossemate, id quod etiam Astio et Hirschigio ita visum est. Lectionem ἑαυτὸν receperunt Bekkerus et Buttmannus. Sed verissime iudicavit Astius eam sententiae parum convenire.

ἢ οὐ δοκεῖ σοι] V. ἢ οὐ δ. σ.

C. εἰς αὐτόν, ὃν ἥκιστ'] Pro vulg. αὐτόν ex Aug. Par. B. dedi αὑτόν. Steph. ὃ invitis codd. plerisque.

C. Οὐκοῦν οἵ γε δίκ. —] „Ad secundum istorum versuum respicitur, quos saepe repetit Homerus: Ὤ μοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω; Ἢ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι; Ἠὲ φιλόξεινοι καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής; Odyss. ζ'. v. 120. Atque hinc pluribus in locis ἡμερότητα cum δικαιοσύνῃ et ἀγριότητα cum ἀδικίᾳ coniunxit Plato." ROUTH.

ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο] H. e. εἰς ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβ., de qua praepositionis omissione ante pronomen relativum v. ad p. 453. E. Phaedon. p. 76. D. coll. Matth. §. 595. et de Latinis interpp. ad Corn. Nep. Vit. Cimon. c. 3: In eandem incidit invidiam quam pater, ubi alii in quam. Senec. De Benefic. VI, 29. in. VII, 10, 2. Nat. Quaest. I, 1, 13. Goerenz. ad Cic. Legg. p. 262. Ceterum non assentimur Hirschigio αὐτόν eiiciendum existimanti. Itaque neque εἰς addendum neque ὃ corrigendum cum Stephano. Voculam ἂν ab Aristide neglectam docte tuetur Schaefer. Melett. crit. p. 124 seq., ubi plurimos locos, in quibus ἐβουλόμην ἂν et ἤθελον ἂν dictum reperitur, indicavit, refellens videlicet Heindorfium, qui hunc particulae usum rariorem dixerat. Quid rei sit, subtilissime explicavit Hermannus De particula ἂν p. 66 seq.

D. Οὐκ ἄρ' ἀγαθὸς — ἦν] H. e. οὐκ ἄρ' ἀγαθός ἐστιν, ὡς ἐφαίνετο. v. ad Phaedon. p. 68. B. et quae nuper exposuit Matthiae. Gramm. ampl. T. II. p. 958.

ἀγαθὸς τὰ πολιτικὰ Περικλῆς ἦν ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ΚΑΛ. Οὐ σύ γε φῄς. ΣΩ. Μὰ Δί', οὐδέ γε σὺ ἐξ ὧν ὡμολόγεις. Πάλιν δὲ λέγε μοι περὶ Κίμωνος· οὐκ ἐξωστράκισαν αὐτὸν οὗτοι, οὓς ἐθεράπευεν, ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς; καὶ Θεμιστοκλέα ταὐτὰ ταῦτα ἐποίησαν καὶ φυγῇ προςεζημίωσαν; Μιλτιάδην δὲ
E τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο, καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν; Καίτοι οὗτοι, εἰ ἦσαν ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς σὺ φῄς, οὐκ ἄν ποτε ταῦτα ἔπασχον. οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι κατ' ἀρχὰς μὲν οὐκ ἐκπίπτουσιν ἐκ τῶν ζευγῶν, ἐπειδὰν δὲ θεραπεύσωσι

D. ἐξ ὧν ὡμολόγεις] ὁμολογεῖς Ven. Σ. Vind. 2. 6. 7. Par. IV. et pr. m. BC. Flor. a. b. c. m. x. Meerm.

φυγῇ προςεζημίωσαν] Herm. corr. seiunctim: πρὸς ἐζημί-

οὐκ ἐξωστράκισαν —] „Refert Plutarch. Cimoni infensos Athenienses propter studium eius erga Lacedaemonios et optimatium factionem μικρᾶς ἐπιλαβομένους προφάσεως decem annorum exsilio hunc multasse. Vide eiusdem Cimon. p. 489. c. XVII. et III. Pericl. p. 157. c. IX. X. Viro doctissimo Rutgersio Var. Lectt. L. I. p. 43. videtur innuisse Plato damnatum cum ob tyrannidis affectatae suspicionem, metuentibus Atheniensibus, ne eos facundia, qua pollebat, in servitutem pelliceret. Idem, ut refert Cornel. Nepos Cim. c. III., post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est. Nec omittit memorare istud Aristides p. 158., ubi haec Platonis citavit." ROUTH.

Θεμιστοκλέα — προςεζημίωσαν] Vid. Plutarch. Themistocl. c. XXII. p. 123. Nepot. Them. c. VIII. Thucyd. I, 135.

Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι —] De hac re alii scriptores nihil memoriae prodiderunt, ut monuit Wesseling. ad Herodot. VI, 136. Conf. Perizon. ad Aelian. V. H. XII, 35. Platoni tamen adstipulatur Aristides T. II. p. 224. ed. Iebb. — βάραθρον interprete Timaeo est ὄρυγμα φρέατι ὅμοιον, ἔνθα οἱ καταδικασθέντες ἐβάλλοντο, ubi v. Ruhnken. — ἐν Μαραθῶνι, prope Marathonem, ut ἐν Μυκάλῃ, ἐν Πλαταιαῖς, ἐν Σαλαμῖνι, ἐν Κορίνθῳ et al. v. Perizon. ad Ael. V. H. II, 25. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 321. Duker. ad Thucyd. I, 100. Dicitur etiam Μαραθῶνι, quod propius accedit ad speciem adverbii localis. v. ad Menexen. p. 240. D. coll. Lysid. p. 205. C. Igitur utrumque rectum. Ceterum quod Schweighaeuser. ad Athen. T. VI. p. 322. νικήσαντα excidisse suspicatus est, nihil hac coniectura inanius. v. Matth. §. 271.

E. εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν] Intell. servatus esset, s. res esset prohibita. Thucyd. II, 18: ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τά-

τοὺς ἵππους καὶ αὐτοὶ ἀμείνους γένωνται ἡνίοχοι, τότ' ἐκπίπτουσιν. οὐκ ἔστι ταῦτ' οὔτ' ἐν ἡνιοχείᾳ οὔτ' ἐν ἄλλῳ ἔργῳ οὐδενί. ἢ δοκεῖ σοι; *ΚΑΛ.* Οὐκ ἔμοιγε. *ΣΩ.* Ἀληθεῖς ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἔμπροσθεν λόγοι ἦσαν, ὅτι
οὐδένα ἡμεῖς ἴσμεν ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα τὰ πολιτικὰ 517
ἐν τῇδε τῇ πόλει. σὺ δὲ ὡμολόγεις τῶν γε νῦν οὐδένα, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν, καὶ προείλου τούτους τοὺς ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἀνεφάνησαν ἐξ ἴσου τοῖς νῦν ὄντες, ὥστε, εἰ οὗτοι ῥήτορες ἦσαν, οὔτε τῇ ἀληθινῇ ῥητορικῇ ἐχρῶντο — οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον — οὔτε τῇ κολακικῇ.

Cap. LXXIII. *ΚΑΛ.* Ἀλλὰ μέντοι πολλοῦ γε δεῖ,

ωσαν. Vereor ut recte; certe ista mutatione non opus. v. p. 518. C., ubi nemo scripserit *πρὸς ἀπολοῦσιν*, et p. 519. A. B.

E. *οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ*] Male vulgo *οὐκοῦν*. v. ad Phaedr. p. 258. C. Euthydem. p. 307. B.

χους πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν, scil. prohibiti essent. Demosthen. De fals. Legat. p. 364. ed. Reisk.: *οὐ γὰρ ὡς, εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους, οὐδ' ὡς, εἰ μὴ Πρόξενον οὐχ ὑπεδέξαντο, — ἐσώθησαν οἱ Φωκεῖς κ. τ. λ.* Ibid. p. 370: *ἐκεῖνα δὲ τούτοις ἂν προσῆν, εἰ μὴ διὰ τούτους*, sc. *ἐκωλύθη προσεῖναι*. v. interpp. ad Viger. p. 510 seq. — *Ὁ πρύτανις* hoc loco prytanum epistatam designat, cuius erat populum in suffragia mittere s. *ἐπιψηφίζειν*. v. ad p. 474. A.

οὔκουν οἵ γε ἀγαθοὶ ἡν. —] Certe quidem boni aurigae, quum initio non de bigis decidant, non tum decidunt, quum equos etc. v. ad p. 512. A. Male vulgo *οὐκοῦν*. Lachet. p. 192. D: *οὔκουν δίκαιόν γε*. Euthydem. p. 307. B: *οὔκουν δίκαιόν γε*, ubi vulgo *οὐκοῦν*. Sophist. p. 231. B: *οὔκουν τό γε εἰκός*. Ibid. p. 235. E. p. 238. B., ubi vulgo legebatur *οὐκοῦν ἂν ὀρθῶς γε*. De repetito verbo *ἐκπίπτουσι* vid. ad p. 509. D. Criton. p. 54. A. infra p. 522. E.

P. 517. *ἐξ ἴσου τοῖς νῦν ὄντες*] H. e. iis, qui nunc sunt, similes s. in pari conditione etc. Lysias p. 247. ed. Brem.: *εἰ γὰρ ἐξ ἴσου τῇ συμφορᾷ καὶ τὴν διάνοιαν ἕξω*, ubi v. annot.

οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον] H. e. populi gratia et favore excidissent. Pindar. Pyth. III, 21: *ἔπεσε χαρίτων*. Nimirum *ἐκπίπτειν* omnino dicuntur ea, quae reiiciuntur et repudiantur. — *οὔτε τῇ κολακικῇ*, quae *σώζει ἐκ τῶν κινδύνων*. v. p. 511. B. C.

Cap. LXXIII. *πολλοῦ γε δεῖ —, μή ποτέ τις — ἐργάσηται*] Notabis hanc structuram: *πολλοῦ δεῖ — μὴ — ἐργάσηται*, multum abest, ut quisquam unquam — talia opera perfecerit, cuius equidem non in promtu habeo alterum exemplum. Nam alias ponitur infinitivus. — *ὃς βούλει*, quivis. v. Matth. Gr. §. 474. annot. 2.

B ὦ Σώκρατες, μή ποτέ τις τῶν νῦν ἔργα τοιαῦτα ἐργά-
σηται, οἷα τούτων ὃς βούλει εἴργασται. ΣΩ. Ὦ δαι-
μόνιε, οὐδ' ἐγὼ ψέγω τούτους, ὥς γε διακόνους εἶναι
πόλεως, ἀλλά μοι δοκοῦσι τῶν γε νῦν διακονικώτεροι
γεγονέναι καὶ μᾶλλον οἷοί τε ἐκπορίζειν τῇ πόλει ὧν
ἐπεθύμει. ἀλλὰ γὰρ μεταβιβάζειν τὰς ἐπιθυμίας καὶ μὴ
ἐπιτρέπειν, πείθοντες καὶ βιαζόμενοι ἐπὶ τοῦτο, ὅθεν
ἔμελλον ἀμείνους ἔσεσθαι οἱ πολῖται, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
C οὐδὲν τούτων διέφερον ἐκεῖνοι· ὅπερ μόνον ἔργον ἐστὶν
ἀγαθοῦ πολίτου. ναῦς δὲ καὶ τείχη καὶ νεώρια καὶ ἄλλα
πολλὰ τοιαῦτα καὶ ἐγώ σοι ὁμολογῶ δεινοτέρους εἶναι
ἐκείνους τούτων ἐκπορίζειν. Πρᾶγμα οὖν γελοῖον ποι-
οῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τοῖς λόγοις. ἐν παντὶ γὰρ τῷ
χρόνῳ, ὃν διαλεγόμεθα, οὐδὲν παυόμεθα εἰς τὸ αὐτὸ
ἀεὶ περιφερόμενοι καὶ ἀγνοοῦντες ἀλλήλων ὅ τι λέγομεν.

P. 517. B. *ὃς βούλει εἴργασται*] *ὅστις βούλει* Flor. x. Sic certe Cratyl. p. 432. A. et al.

C. *ἐγὼ γοῦν σε πολλάκις*] Sic Ven. Ξ Σ. Vind. 2. Par. B. Flor. a. c. d. m. pro vulg. *ἐγὼ οὖν*, quod Herm. cum Clarkian. Vat. aliis servandum duxit, minus recte, opinor. In Aug. Meerm. ed. Bas. 2. est *ἔγωγε οὖν*.

D. *ἄλλ' ὦν ἔρχεται*] V. *ἄλλα ὦν*. Ald. Bas. 1. Clark. Vat. Coisl. alii *ἄλλων ἔρχεται*, quod ex *ἄλλ' ὦν* ortum esse patet. Quam-

B. *ὥς γε διακόνους εἶναι πόλεως*] quatenus sunt civitatis administri. De *εἶναι* vid. Viger. p. 750 seqq. p. 888.

ἀλλὰ γὰρ μεταβιβάζειν — διέφερον ἐκεῖνοι] Ficinus: Verum in eo, quod castigare civium cupiditates oporteat neque illis obsecundare, sed et persuadendo et cogendo ad hoc ipsum perducere, unde meliores futuri sint cives, nihil, ut ita loquar (h. e. paene), inter hos atque illos interest. Idem verissime in argumento dialogi: „Deridet eos", inquit, „qui quum diu reipublicae tenuerint gubernacula, semper quidem civitatem externis bonis auxerint, animos vero civium temperantia et iustitia formare neglexerint. Quod quidem solum sit legitimi gubernatoris officium. Concluditque non modo non prodesse, sed obesse plurimum civitati gubernatores, qui fortunae potius quam animi bonis prospiciant." Videlicet illi Platonis sententia *τὰ τῆς πόλεως* curabant, *πρὶν αὐτῆς τῆς πόλεως* curam gessissent, veraeque artis civilis ignari leges potius ferebant, quam animos civium virtute imbuebant. cf. De Republ. IV. p. 426. Ceterum ne quis haereat in eo, quod verbum *διαφέρειν* constructum est cum simplici infinitivo, eiusdem structurae exempla laudavit Heindorfius Protag. p. 328. A. De Republ. VI. p. 495. E. cf. Matth. Gr. ampl. §. 535. p. 1049.

ἐγὼ γοῦν σε πολλάκις οἶμαι ὡμολογηκέναι καὶ ἐγνω-
κέναι, ὡς ἄρα διττὴ αὕτη τις ἡ πραγματεία ἐστὶ καὶ D
περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχήν, καὶ ἡ μὲν ἑτέρα
διακονική ἐστιν, ᾗ δυνατὸν εἶναι ἐκπορίζειν, ἐὰν μὲν
πεινῇ τὰ σώματα ἡμῶν, σιτία, ἐὰν δὲ διψῇ, ποτά, ἐὰν
δὲ ῥιγῷ, ἱμάτια, στρώματα, ὑποδήματα, ἄλλ' ὧν ἔρχεται
σώματα εἰς ἐπιθυμίαν. καὶ ἐξεπίτηδές σοι διὰ τῶν αὐ-
τῶν εἰκόνων λέγω, ἵνα ῥᾷον καταμάθῃς. τούτων γὰρ
ποριστικὸν εἶναι ἢ κάπηλον ὄντα ἢ ἔμπορον ἢ δημιουρ-
γόν του αὐτῶν τούτων, σιτοποιὸν ἢ ὀψοποιὸν ἢ ὑφάν- E
την ἢ σκυτοτόμον ἢ σκυτοδεψόν, οὐδὲν θαυμαστόν ἐστιν.
ὄντα τοιοῦτον δόξαι καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεραπευ-
τὴν εἶναι σώματος, παντὶ τῷ μὴ εἰδότι, ὅτι ἔστι τις
παρὰ ταύτας ἁπάσας τέχνη γυμναστική τε καὶ ἰατρική,
ἣ δὴ τῷ ὄντι ἐστὶ σώματος θεραπεία, ἥνπερ καὶ προς-

obrem non assentior viro docto corrigenti *ἄλλων ὧν ἔρχεται*, ut attractio inversa scilicet locum habeat. Nec opus est coniectura Heindorfii *τἄλλα* scribendum putantis.

ἐξεπίτηδές σοι] Steph. *ἐξεπίτηδες δέ σοι*, errore.

E. *ἢ σκυτοδεψόν*] *σκυτόδεψον* Clark. Vat.

τοιοῦτον δόξαι καὶ αὐτῷ] Steph. *δόξαι τε καὶ αὐτῷ*.

ἣ δὴ τῷ ὄντι] Sic Ven. Ξ Σ. Coisl. Vind. 2. 6. 7. Par. W. Vett. editt. *ᾗ δὴ τῷ*, quod iam Heindorfius emendavit.

C. *ἀγνοοῦντες ἀλλήλ. ὅ τι λέγομεν*] Lachet. p. 189. E: *ἴσως οὐ μανθάνετέ μου ὅ τι λέγω*. Explicavit hunc genitivi usum Matthiae. Gr. §. 373. conf. nostra ad Remp. II. p. 375. D. III. p. 394. C.

D. *ᾗ δυνατὸν εἶναι*] De infinitivo post relativa in oratione obliqua usitato v. ad Phaedon. p. 72. A. Mox de forma *ῥιγῷ* v. Buttmann. Gr. max. T. I. p. 506. Matthiae. Gr. ampl. §. 198. 7.

ἄλλ' ὧν ἔρχεται —] V. ad p. 503. E. Sympos. p. 186. D.

τούτων γὰρ ποριστικὸν εἶναι — οὐδὲν θαυμαστόν] Mutatur deinceps tenor orationis. Postquam enim haec: *οὐδὲν θαυμαστόν ἐστιν*, illata sunt, sermo continuatur, quasi praecessisset: *ὄντα γὰρ τούτων ποριστικόν*, ideoque *ὄντα τοιοῦτον* interponitur, ut superioris subiecti cogitatio in animo resuscitetur. Anacoluthon nihil habet offensionis, licet ab aliis aliter sit explicatum. — *ἔμποροι* sunt mercatores, *κάπηλοι* institores, qui merces, quas emunt a mercatoribus, quaestus faciendi caussa vendunt et, ut fit, adulterant. Discrimen post alios illustrarunt Heindorf. ad h. l. et ad Horatii Satir. I, 1, 6. et quos laudavit Boissonad. ad Aristaenet. p. 740.

E. *παντὶ τῷ μὴ εἰδότι*] videlicet omnibus, qui nesciant etc. Nam adduntur haec superioribus per appositionem.

ἥκει τούτων ἄρχειν πασῶν τῶν τεχνῶν καὶ χρῆσθαι τοῖς
τούτων ἔργοις διὰ τὸ εἰδέναι ὅ τι τὸ χρηστὸν καὶ πο-
518 νηρὸν τῶν σιτίων ἢ ποτῶν ἐστιν εἰς ἀρετὴν σώματος,
τὰς δ' ἄλλας πάσας ταύτας ἀγνοεῖν· διὸ δὴ καὶ ταύτας
μὲν δουλοπρεπεῖς τε καὶ διακονικὰς καὶ ἀνελευθέρους
εἶναι περὶ σώματος πραγματείαν, τὰς ἄλλας τέχνας· τὴν
δὲ γυμναστικὴν καὶ ἰατρικὴν κατὰ τὸ δίκαιον δεσποίνας
εἶναι τούτων. ταὐτὰ οὖν ταῦτα ὅτι ἔστι καὶ περὶ ψυχήν,
τοτὲ μέν μοι δοκεῖς μανθάνειν ὅτι λέγω, καὶ ὁμολογεῖς
ὡς εἰδὼς ὅ τι ἐγὼ λέγω· ἥκεις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων,
B ὅτι ἄνθρωποι καλοὶ κἀγαθοὶ γεγόνασι πολῖται ἐν τῇ
πόλει, καὶ ἐπειδὰν ἐγὼ ἐρωτῶ οἵτινες, δοκεῖς μοι ὁμοιοτάτους προτείνεσθαι ἀνθρώπους περὶ τὰ πολιτικά, ὥςπερ ἂν εἰ περὶ τὰ γυμναστικὰ ἐμοῦ ἐρωτῶντος οἵτινες ἀγαθοὶ

ὅ τι τὸ χρηστὸν] Par. IV. *ὅ τι χρηστόν*, quod dedit Bekker. cum aliis. Sed nobiscum sentit Hermann., qui sensum verborum flagitare articulum vere animadvertit.

P. 518. *διὸ δὴ καὶ ταύτας*] Steph. *δεῖ*, ut habet Par. E. rec.

B. *ὁ ἀρτοκόπος*] Sic Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 6. 7. Par. EFW. Flor. f. s. cum Ald. Bas. 1. 2. Sed Steph. aliique *ἀρτοποιός*. Nimirum is videtur commotus esse iudicio attici-

ὅ τι τὸ χρηστὸν καὶ πονηρόν] quid in cibis aut potionibus illud sit, quod habeatur bonum aut malum, quod attinet ad virtutem corporis, quum ceterae omnes id ignorent. Verba cohaerent sic: *ὅ τι τῶν σιτίων ἢ ποτῶν ἐστι τὸ χρηστὸν καὶ πονηρὸν κ. τ. λ.* Inde patet, cur articulum servaverimus.

P. 518. *τὰς ἄλλας τέχνας*] Haec perspicuitatis caussa adiecta sunt. Loquendi genus ad p. 501. A. attigimus. Ceterum pro *διὸ δὴ καὶ ταύτας — εἶναι* dici etiam potuit: *καὶ ὅτι δὴ καὶ διὰ τοῦτο αὗται μὲν — ἀνελεύθεροί εἰσι —, ἡ δὲ γυμναστικὴ καὶ ἰατρικὴ — δέσποιναί εἰσι τούτων.* Sed transitur ab usu vocis *ὅτι* ad infinitivum, ut saepe fit in obliqua oratione.

τοτὲ μέν μοι δοκεῖς —] Exspectabas subiectum iri *τοτὲ δὲ λέγεις, ὅτι ἄνθρωποι κτλ.* Sed maiore cum gravitate dicitur: *ἥκεις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων*, de quibus verbis monui aliquid ad p. 491. B. Ceterum manifestum est verba ita struenda esse: *τοτὲ μὲν οὖν μοι δοκεῖς μανθάνειν* (intelligere), *ὅτι λέγω, ὅτι ταὐτὰ ταῦτα ἐστι* (locum habent, valent) *καὶ περὶ ψυχήν, καὶ ὁμολογεῖς ὡς εἰδὼς ὅ τι ἐγὼ λέγω.* Frustra fuerunt qui *ὅ τι λέγω* recipiendum arbitrarentur, quam lectionem nullo pacto ferendam censeo. Mox voc. *ἄνθρωποι* de glossemate suspectum Astio videbatur, qui tamen postea suam retractavit sententiam. Nec est profecto, cur voc. sollicitemus. Nam *ἄνθρωποι καλοὶ κἀγαθοί* dicitur, ut ostendatur Calliclis sententiam aliquibus hominibus memoratis parum esse de-

γεγόνασιν ἢ εἰσὶ σωμάτων θεραπευταί, ἔλεγές μοι πάνυ σπουδάζων, Θεαρίων ὁ ἀρτοκόπος καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιίαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος, ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι σωμάτων θεραπευταί, ὁ μὲν ἄρτους θαυμαστοὺς παρασκευά- C ζων, ὁ δὲ ὄψον, ὁ δὲ οἶνον. Cap. LXXIV. Ἴσως ἂν οὖν ἠγανάκτεις, εἴ σοι ἔλεγον ἐγώ, ὅτι Ἄνθρωπε, ἐπαΐεις οὐδὲν περὶ γυμναστικῆς· διακόνους μοι λέγεις καὶ ἐπιθυμιῶν παρασκευαστὰς ἀνθρώπους, οὐκ ἐπαΐοντας καλὸν κἀγαθὸν οὐδὲν περὶ αὐτῶν, οἵ, ἂν οὕτω τύχωσιν, ἐμπλήσαντες καὶ παχύναντες τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, ἐπαινούμενοι ὑπ' αὐτῶν, προςαπολοῦσιν αὐτῶν καὶ τὰς ἀρχαίας σάρκας. οἱ δ' αὖ δι' ἀπειρίαν οὐ τοὺς ἑστιῶντας D αἰτιάσονται τῶν νόσων αἰτίους εἶναι καὶ τῆς ἀποβολῆς

starum, qui voc. ἀρτοκόπος minus probandum esse dicunt; sed v. Lobeck. ad Phryn. p. 222. Osann. ad Philemon. p. 164. Schneider. ad Xenoph. Hellen. IV, 4, 21.

C. *οὐδὲν περὶ αὐτῶν*] οὐδὲ Vat. Par. BCFW.

προςαπολοῦσιν αὐτῶν] Sic Clark. Vat. Flor. x. Vulgo προςαπολλύουσιν.

D. *οἱ δ' αὖ δι' ἀπειρίαν*] οἱ δ' οὖν Steph. cum Par. E.

finitam, perinde ac si Germanice dicas: *es habe tüchtige und brave Leute als Staatsmänner im Staate gegeben.* Infra p. 518. E: ἐγκωμιάζεις ἀνθρώπους, οἳ κ. τ. λ.

B. *ὁμοιοτάτους προτείνεσθαι — ὥςπερ ἂν εἰ —*] Supra p. 479. A: τὸ αὐτὸ διαπεπραγμένοι εἰσί, ὥςπερ ἂν εἴ τις τοῖς μεγίστοις νοσήμασι κ. τ. λ. Ibid. p. 485. B: ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας ὥςπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους. Xenoph. Sympos. II, 37: ὅμοια γάρ μοι δοκοῦσι πάσχειν, ὥςπερ εἴ τις κ. τ. λ. — De Thearione pistore celeberrimo vid. Toup. Em. in Suid. I. p. 12. De Mithaeco Syracusano et Sarambo dixit Davis. ad Max. Tyr. IV, 5.

Cap. LXXIV. C. *παρασκ. ἀνθρώπους*] Per contemtum ἀνθρώπους additur, usu frequenti, quem post Valckenar. Annot. critt. in loc. N. T. p. 336. attigit nuper etiam Bremius ad Lys. p. 270. Proxima sic interpretamur: qui, si fors ita ferat, postquam corpora hominum cibis potulentisque satiaverint et saginaverint, insuper etiam iis pristinas pessumdabunt carnes, dum laudibus ab ipsis efferantur. Quid mali significetur, apparet ex §. E: ὅτι δὲ οἰδεῖ καὶ ὕπουλός ἐστι. Ad ἂν οὕτω τύχωσιν reticetur ποιήσαντες; v. ad p. 514. E. Mox *προςαπολοῦσιν* est: insuper (praeterquam quod corpus male saginaverint) pessumdabunt. — Dictionem αἰτιᾶσθαί τινα αἴτιον εἶναι exemplis illustrarunt Heindorf. ad h. l. Iacobs. Addit. in Athen. p. 188. Cf. nostra ad Phileb. p. 22. D.

τῶν ἀρχαίων σαρκῶν, ἀλλ' οἳ ἂν αὐτοῖς τύχωσι τότε παρόντες καὶ συμβουλεύοντές τι, ὅταν δὴ αὐτοῖς ἥκῃ ἡ τότε πλησμονὴ νόσον φέρουσα συχνῷ ὕστερον χρόνῳ, ἅτε ἄνευ τοῦ ὑγιεινοῦ γεγονυῖα, τούτους αἰτιάσονται καὶ ψέξουσι καὶ κακόν τι ποιήσουσιν, ἂν οἷοί τ' ὦσι, τοὺς δὲ προτέρους ἐκείνους καὶ αἰτίους τῶν κακῶν
E ἐγκωμιάσουσι. καὶ σὺ νῦν, ὦ Καλλίκλεις, ὁμοιότατον τούτῳ ἐργάζει· ἐγκωμιάζεις ἀνθρώπους, οἳ τούτους εἱστιάκασιν εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν, καί φασι μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι αὐτούς· ὅτι δὲ οἰδεῖ καὶ ὕπουλός
519 ἐστι δι' ἐκείνους τοὺς παλαιούς, οὐκ αἰσθάνονται. ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης λιμένων καὶ νεωρίων καὶ τειχῶν καὶ φόρων καὶ τοιούτων φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν. ὅταν οὖν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ αὕτη τῆς ἀσθενείας, τοὺς τότε παρόντας αἰτιάσονται συμβούλους, Θεμιστοκλέα δὲ καὶ Κίμωνα καὶ Περικλέα ἐγκωμιάσουσι,

ὅταν δὴ αὐτοῖς ἥκῃ] V. *δέ*, quod Bekkerus ex Par. E., nos e Flor. d. correximus. Emendandum vidit Heindorfius.

E. *οἳ τούτους εἱστ.*] Sic Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. alii non pauci pro vulg. *τοιούτους*.

P. 519. B. *πάσχουσι· πολλὰ καὶ ἀγαθὰ*] Vulgo post

D. *ὅταν δὴ αὐτοῖς ἥκῃ — νόσον φέρουσα*] quum expletio, quippe quae *ἄνευ τοῦ ὑγιεινοῦ* facta sit, h. e. nulla habita ratione sanitatis, iis morbum attulerit multo post. Nam *ἥκῃ φέρουσα* fere idem est quod *ἐνέγκῃ*. Sympos. p. 188. A: *ἥκει φέροντα — ὑγίειαν*. Eurip. Orest. v. 844: *λόγους Ἄκουσον, οὓς σοι δυστυχεῖς ἥκω φέρων*. vid. Valcken. ad Phoeniss. v. 257.

E. *οἳ τούτους εἱστιάκασιν*] qui istos (de quibus dixi) epulis oblectaverunt etc, h. e. qui civium animos omni voluptatis genere affecerunt, quum iis pararent ea omnia, quorum cupiditate capti tenerentur. Vulgo legebatur *τοιούτους*, h. e. ita sentientes et malorum caussas non in eorum auctores transferentes. Quod nemo est quin videat nunc minus commode dici.

καί φασι — πεπ. αὐτούς] H. e. *καὶ οὓς φασι μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι*. cf. ad p. 471. B. Matth. §. 469.

P. 519. *καὶ τοιούτων φλυαριῶν*] V. ad Sympos. p. 211. E. Phaed. p. 66. C. Mox *καταβολή* est *περιοδικὴ λῆψις πυρετοῦ*, interprete Timaeo Lex. p. 154., ubi v. Ruhnken. Conf. etiam scholiast. ad Hipp. Min. p. 372. E., ubi codd. aliquot *κατηβολή*, de qua scribendi varietate v. Lobeck. ad Phrynich. p. 699. — *τοὺς τότε παρόντας*, sc. quum febri corripiuntur.

καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβ.] Hic quum alia mala intulit patriae, tum nullum maius, quam quod Atheniensibus suasit

τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν· σοῦ δὲ ἴσως ἐπιλήψονται, ἐὰν μὴ εὐλαβῇ, καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου, ὅταν καὶ τὰ ἀρχαῖα προςαπολλύωσι πρὸς οἷς ἐκτήσαντο, οὐκ αἰ- B
τίων ὄντων τῶν κακῶν, ἀλλ' ἴσως συναιτίων. καίτοι ἔγωγε ἀνόητον πρᾶγμα καὶ νῦν ὁρῶ γιγνόμενον καὶ ἀκούω τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πέρι. αἰσθάνομαι γάρ, ὅταν ἡ πόλις τινὰ τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν μεταχειρίζηται ὡς ἀδικοῦντα, ἀγανακτούντων καὶ σχετλιαζόντων, ὡς δεινὰ πάσχουσι· πολλὰ καὶ ἀγαθὰ τὴν πόλιν πεποιηκότες ἄρα ἀδίκως ὑπ' αὐτῆς ἀπόλλυνται, ὡς ὁ τούτων λόγος. τὸ δὲ ὅλον ψεῦδός ἐστι. προστάτης γὰρ πόλεως οὐδ' ἂν εἷς C
ποτε ἀδίκως ἀπόλοιτο ὑπ' αὐτῆς τῆς πόλεως, ἧς προστατεῖ. κινδυνεύει γὰρ ταὐτὸν εἶναι, ὅσοι τε πολιτικοὶ προςποιοῦνται εἶναι καὶ ὅσοι σοφισταί. καὶ γὰρ οἱ σοφισταί, τἆλλα σοφοὶ ὄντες, τοῦτο ἄτοπον ἐργάζονται πρᾶγμα· φάσκοντες γὰρ ἀρετῆς διδάσκαλοι εἶναι πολ-

πάσχουσι commate, post *τὴν πόλιν πεποιηκότες* puncto distinguebatur, pro *ἄρα ἀδίκως* autem scribebatur *ἆρα ἀδ.*, signo interrogandi post *ὡς ὁ τούτων λόγος* interposito. Pro *ἆρα* non pauci codd. praebuerunt *ἄρα*, quo restituto omnia recte se habent. Recte verba distinxit Bekker.

consilium Siciliae occupandae. Ex quo tempore saepius excidit populi gratia et favore. Sed nota haec omnibus sunt ex historia belli Peloponnesiaci.

B. *μεταχειρίζηται ὡς ἀδικοῦντα*] tractat ut hominem maleficum. — *ἀγανακτούντων*, sc. *αὐτῶν*. Loquitur enim iam de omnibus, licet unum alterumve male tractatum esse statuat.

πολλὰ καὶ ἀγαθὰ — λόγος] qui igitur civitatem multis beneficiis affecerunt, ii ab ea pereunt, ut isti dictitant. Voculae *ἄρα* sic postpositae exempla collegerunt Heindorf. ad h. l. ad Protagor. p. 355. B. et Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 63.

C. *ταὐτὸν εἶναι, ὅσοι τε πολ.*] Nam eadem fere ratio est eorum, qui se profitentur civitatis regendae peritos, et eorum, qui se sophistas esse dicunt. Verba *κατὰ τὸ νοούμενον* coagmentata sunt. Aut enim dicendum fuit: *κινδυνεύει ταὐτὸν εἶναι τὸ πολιτικοὺς εἶναι*, aut: *κινδυνεύουσι ταὐτὸν πάσχειν ὅσοι τε π. κ. τ. λ.* Sed utraque constructio permutata et, ut fit, in unum confusa est. Cuius generis exempla affert Matthiae. Gr. ampl. §. 632. Nisi forte simplicius est ante *ὅσοι* intelligere *τούτοις*.

φάσκοντες γὰρ —] De sententia commode laudavit Heindorf. Xenoph. Mem. I, 2, 7. Isocr. Contr. Sophist. §. 5. 6. Exemplum rei narravit Gellius N. A. V, 10. Pronomen *αὐτοὺς* post *ὡς ἀδικοῦσι σφᾶς* Bekker.

λάκις κατηγοροῦσι τῶν μαθητῶν, ὡς ἀδικοῦσι σφᾶς αὐτοὺς τούς τε μισθοὺς ἀποστεροῦντες καὶ ἄλλην χάριν οὐκ ἀποδιδόντες, εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῶν. καὶ τούτου
D τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα, ἀνθρώπους ἀγαθοὺς καὶ δικαίους γενομένους, ἐξαιρεθέντας μὲν ἀδικίαν ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, σχόντας δὲ δικαιοσύνην, ἀδικεῖν τούτῳ, ὃ οὐκ ἔχουσιν; οὐ δοκεῖ σοι τοῦτο ἄτοπον εἶναι, ὦ ἑταῖρε; Ὡς ἀληθῶς δημηγορεῖν με ἠνάγκασας, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἐθέλων ἀποκρίνεσθαι.

Cap. LXXV. *ΚΑΛ.* Σὺ δ' οὐκ ἂν οἷός τ' εἴης λέγειν, εἰ μή τίς σοι ἀποκρίνοιτο; *ΣΩ.* Ἔοικά γε· νῦν
E γοῦν συχνοὺς τείνω τῶν λόγων, ἐπειδή μοι οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνεσθαι. ἀλλ', ὦ 'γαθέ, εἰπὲ πρὸς φιλίου, οὐ δοκεῖ

D. *ὃ οὐκ ἔχουσιν*] *ᾧ* dativum praebent Par. IVW. Flor. b. x., restitutum illum a Bekkero. Hermannus *ὅ* concinnitati magis convenire arbitratur; nos attractionem putamus omissam esse, ut *τούτῳ* pronomen vi et gravitate plus polleat.

et Ast. delendum censent. Non assentior. Neque enim sine vi dicitur eos conqueri, quod semet ipsos, magistros virtutis, iniuste tractent. Latine haec interpreteris: nam virtutis magistros sese profitentes saepenumero accusant discipulos, quod ipsis adeo inferant iniuriam, qui tamen eos ad virtutem formaverint. Et tenent *αὐτοὺς* libri omnes. conf. Schoemann. ad Isaeum p. 185. Ellendt. ad Arrian. I. p. 48.

καὶ τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλ.] Et quid potest esse hac oratione absurdius, homines bonos et iustos factos, liberatos per magistrum ab iniustitia, nactos vero iustitiam, per illud alteri iniuriam inferre, quod non habent? Pro *καί* Heindorfius et Astius *καίτοι* scripserunt invitis codicibus. Noli imitari. Nam saepe *καί* in principio sententiarum sic cum vi positum, quando id, quod praecedentibus opponitur, additur sic, ut argumentatio inchoata simul continuetur et absolvatur. Apolog. Socrat. p. 29. B: *οἶδε γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον — ὅτι μέγιστον τῶν κακῶν ἐστι. καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπονείδιστος;* ubi v. annot. Deinde cave post *εἴη πρᾶγμα* voculam *ἤ* inseras aut cum Matthiaeo p. 846. et Schoemanno ad Isaeum p. 188. omissam opineris. Quum enim haec: *καὶ τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα*, idem sint quod *καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀλογώτατος ἂν εἴη*, satis apparet ista: *ἀνθρώπους ἀγαθοὺς κ. τ. λ.*, sine *ἤ* subiungi potuisse. Sic Lucian. Abdicat. 1: *οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον, θεραπεύειν ἐκ προστάγματος οὐκ ἐθ' ὡς ἡ τέχνη βούλεται;* h. e. *τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον, θεραπεύειν κτλ.* conf. Fritsch. Quaestt. Luc. p. 19. Eiusdem fere generis sunt quae attigi ad p. 500. C.

σοι ἄλογον εἶναι ἀγαθὸν φάσκοντα πεποιηκέναι τινὰ
μέμφεσθαι τούτῳ, ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ ἀγαθὸς γεγονώς τε
καὶ ὢν ἔπειτα πονηρός ἐστιν; ΚΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ.
Οὐκοῦν ἀκούεις τοιαῦτα λεγόντων τῶν φασκόντων παι-
δεύειν ἀνθρώπους εἰς ἀρετήν; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ἀλλὰ τί 520
ἂν λέγοις ἀνθρώπων πέρι οὐδενὸς ἀξίων; ΣΩ. Τί δ'
ἂν περὶ ἐκείνων λέγοις, οἳ φάσκοντες προεστάναι τῆς
πόλεως καὶ ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ὡς βελτίστη ἔσται, πάλιν
αὐτῆς κατηγοροῦσιν, ὅταν τύχωσιν, ὡς πονηροτάτης;
οἴει τι διαφέρειν τούτους ἐκείνων; ταὐτόν, ὦ μακάρι',
ἐστὶ σοφιστὴς καὶ ῥήτωρ, ἢ ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον,
ὥςπερ ἐγὼ ἔλεγον πρὸς Πῶλον. σὺ δὲ δι' ἄγνοιαν τὸ B
μὲν πάγκαλόν τι οἴει εἶναι, τὴν ῥητορικήν, τοῦ δὲ κατα-

ἐθέλων ἀποκρίνεσθαι] Steph. cum Par. E. *ἀποκρίνασθαι*.

P. 520. *Τί δ' ἂν περὶ ἐκ.*] Heindorfius *αὖ* corr., recepta librorum quorundam lectione *λέγεις*.

D. *Ὡς ἀληθῶς δημηγ.*] Tangit illa Calliclis p. 482. C.

Cap. LXXV. E. *συχνοὺς τείνω τῶν λόγων*] Dictionem illustravi ad p. 465. E. Pro *τῶν λόγων* e vulgari ratione dicendum fuit *τοὺς λόγους*. Sed v. Matth. §. 320. et quae scripsi ad Sympos. p. 209. A.

εἰπὲ πρὸς φιλίου] Intelligitur Iupiter amicitiae praeses, de quo v. Bergler. ad Alciphr. p. 24.3 Ruhnken. ad Timae. p. 124. Creuzer. ad Procl. p. 238. T. I. Euthyphr. p. 6. B: *ἀλλά μοι εἰπὲ πρὸς φιλίου.* conf. supra p. 500. B. — *ἔπειτα*, tamen. v. ad Phaedon. p. 70. E.

P. 520. *ἀλλὰ τί ἂν — ἀξίων;*] Verissime indicavit Heindorf. dici haec videri a Callicle in Protagoram, Prodicum, alios virtutis magistros; nam Gorgiam se non virtutis, sed dicendi et reipublicae tractandae magistrum professum esse docet locus Menonis p. 95. C. Ceterum ne mireris Calliclem, virum civilem, in sophistas tam inclementer invehi; eodem modo Anytus in Menone p. 91. C., ubi v. annot. Caussas huius odii exposuimus Prolegg. ad Euthyd. p. 61 seq.

ὅταν τύχωσιν] si quando accusant. Supra p. 518. C: *οἵ, ἂν οὕτω τύχωσιν, ἐμπλήσαντες — προςαπολοῦσιν.* Perperam Findeisenius: „quando civitatem quam improbissimam experti fuerunt." Int. *κατηγοροῦντες.*

ταὐτόν, ὦ μακ., — ἢ ἐγγύς τι καὶ π.] Sympos. p. 202. B: *μηδέν τι μᾶλλον οἴου δεῖν αὐτὸν αἰσχρὸν καὶ κακὸν εἶναι, ἀλλά τι μεταξύ.* Ibid. sect. D: *τί οὖν ἂν — εἴη ὁ Ἔρως; θνητός; Ἥκιστά γε. Ἀλλὰ τί μήν; Ὥςπερ τὰ πρότερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου.* Atque ita saepius *ἐγγύς τι, μεταξύ τι, παραπλήσιόν τι εἶναι* ponitur, ubi adiectivum eiusdem significationis exspectaveris.

ὥςπερ ἐγὼ ἔλεγον] Vid. p. 465. C. c. XX.

φρονεῖς. τῇ δὲ ἀληθείᾳ κάλλιόν ἐστι σοφιστικὴ ῥητορικῆς, ὅσῳπερ νομοθετικὴ δικαστικῆς καὶ γυμναστικὴ ἰατρικῆς. μόνοις δ' ἔγωγε καὶ ᾤμην τοῖς δημηγόροις τε καὶ σοφισταῖς οὐκ ἐγχωρεῖν μέμφεσθαι τούτῳ τῷ πράγματι, ὃ αὐτοὶ παιδεύουσιν, ὡς πονηρόν ἐστιν εἰς σφᾶς, ἢ τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ ἅμα καὶ ἑαυτῶν κατηγορεῖν, ὅτι
C οὐδὲν ὠφελήκασιν οὓς φασιν ὠφελεῖν. οὐχ οὕτως ἔχει; *ΚΑΛ.* Πάνυ γε. *ΣΩ.* Καὶ προέσθαι γε δήπου τὴν εὐεργεσίαν ἄνευ μισθοῦ, ὡς τὸ εἰκός, μόνοις τούτοις ἐνεχώρει, εἴπερ ἀληθῆ ἔλεγον. ἄλλην μὲν γὰρ εὐεργεσίαν τις εὐεργετηθείς, οἷον ταχὺς γενόμενος διὰ παιδοτρίβην, ἴσως ἂν ἀποστερήσειε τὴν χάριν, εἰ προοῖτο αὐτῷ ὁ παιδοτρίβης καὶ μὴ συνθέμενος αὐτῷ μισθὸν ὅ τι μάλιστα ἅμα μεταδιδοὺς τοῦ τάχους λαμβάνοι τὸ ἀργύριον· οὐ
D γὰρ τῇ βραδυτῆτι, οἶμαι, ἀδικοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ'

C. *εἰ προοῖτο*] Sic Vat. Vulgo *πρόοιτο.* v. Buttmann. Gr. §. 95. b. Matthiae. Gr. §. 208. 2. Krueger. ad Xenoph. Anab. I, 9, 7. Platonis libri inter has formas valde fluctuantur.

τῇ βραδυτῆτι] *τῇ* om. Par. IV.

D. *αὐτὸ τοῦτο ἀφαιρεῖ*] V. *ἀφαιροῖ,* quod ex plurimis optimisque libris mutatum.

ἀλλὰ μόνῳ ἀσφ.] Sic Ven. Ξ. Vind. 2. Par. IV. Flor. a. Aug. Meerm. Vulgo erat *ἀλλ' ᾧ μόνῳ.* Plurimi codd. cum Clark.

B. *κάλλιόν ἐστι σοφιστική*] H. e. *τοσούτῳ κάλλιον.* v. ad Apolog. Socrat. p. 30. A. et supra p. 458. A. Sopater Prolegg. de hoc loco: *τοῦ μὲν σώματος θεραπείαν λέγει* (Plato) *τήν τε γυμναστικὴν τήν τε ἰατρικήν. ἡ μὲν γὰρ ὅλως οὐ συγχωρεῖ νοσεῖν τὴν ἀρχήν, ἡ γυμναστική· ἡ δὲ ἰατρικὴ τὸ νοσοῦν θεραπεύει. καὶ ἀμφοτέρας μὲν ἐπαινεῖ τὰς παρασκευάς, ἐπὶ πλέον δὲ τὴν γυμναστικὴν τῆς ἰατρικῆς. φησὶ γὰρ μὴ νοσεῖν ὅλως ἀρχὴν* (*ἄμεινον εἶναι*) *ἢ νοσοῦντα θεραπεύεσθαι. ὁμοίως πάλιν καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς δύο μέρη δίδωσι, τὴν νομοθετικὴν καὶ τὴν δικαστικήν, ἡ μὲν γάρ, φησί, διδάσκει τά τε δίκαια καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα· ἡ δὲ ταῦτα παραβαίνοντας κολάζει καὶ βελτίους ἀπεργάζεται. καὶ γίγνεται, φησίν, ἰατρικὴ πονηρίας ἡ δίκη.*

ἢ τῷ αὐτῷ λόγῳ τ.] Per synesin ex antegresso *οὐκ ἐγχωρεῖν* intell. post *ἢ* contrarium *ἀναγκαῖον εἶναι.* Alia id genus illustravimus ad Reip. Libr. VI. p. 490. A. Phaedr. p. 245. E. cf. p. 271. E. Euthyd. p. 286. E. Menon. p. 96. E. Paullo ante *τῷ πράγματι* de populo intelligendum. v. ad Criton. p. 53. C.

C. *Καὶ προέσθαι γε δήπου τὴν εὐεργ.*] H. e. ultro beneficium deferre non pacta mercede. — Deinde imperfectum *ἐνεχώρει* ponitur sine *ἄν*, quoniam id necessario futurum fuisse sic significat, si vera dicerent. v. ad p. 514. C. et Symp. p. 190. C.

καὶ μὴ συνθέμενος — τὸ

ἀδικίᾳ. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴ τις αὐτὸ τοῦτο ἀφαιρεῖ, τὴν ἀδικίαν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ, μή ποτε ἀδικηθῇ, ἀλλὰ μόνῳ ἀσφαλὲς ταύτην τὴν εὐεργεσίαν προέσθαι, εἴπερ τῷ ὄντι δύναιτό τις ἀγαθοὺς ποιεῖν. οὐχ οὕτως; ΚΑΛ. Φημί.

Cap. LXXVI. *ΣΩ. Διὰ ταῦτ' ἄρα, ὡς ἔοικε, τὰς μὲν ἄλλας συμβουλὰς συμβουλεύειν λαμβάνοντα ἀργύριον, οἷον οἰκοδομίας πέρι ἢ τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐδὲν αἰσχρόν. ΚΑΛ. Ἔοικέ γε. ΣΩ. Περὶ δέ γε ταύτης τῆς* E *πράξεως, ὅντιν' ἄν τις τρόπον ὡς βέλτιστος εἴη καὶ ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοῖ ἢ πόλιν, αἰσχρὸν νενόμισται μὴ φάναι συμβουλεύειν, ἐὰν μή τις αὐτῷ ἀργύριον διδῷ. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩ. Δῆλον γὰρ, ὅτι τοῦτο αἴτιόν ἐστιν, ὅτι μόνη αὕτη τῶν εὐεργεσιῶν τὸν εὖ παθόντα ἐπιθυμεῖν ποιεῖ ἀντ' εὖ ποιεῖν, ὥςτε καλὸν*

Vat. Coisl. scriptum exhibent *ἀλλ' ὃ μ.,* in quo latet *ἀλλὰ μόνῳ.* Defendit Buttmannus veterem lectionem sic, ut ante *εἴπερ* intelligi iubeat *οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν.* Quae tamen ratio durior videtur.

E. *ὡς βέλτιστος εἴη*] Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. Vind. 6. Par. CW. *βέλτιστον.* Dein Vind. 6. Par. W. Flor. o. Meerm. *διοικῇ,* unde Heindorfius extundebat *διοικοίη,* sed v. ad p. 507. A.

ἀντ' εὖ ποιεῖν] V. *ἀντευποιεῖν.* v. annot. Sic mox etiam in libris nonnullis *ἀντευπείσεται* scribitur.

ἀργύριον] neque, mercede pacta, quantum fieri possit, eo ipso tempore, quo illum celeritatis reddit participem, argentum sumat. Nam *ἅμα μεταδιδούς* est simul atque ei tradit. conf. Matth. §. 557. 3.

D. *οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ, μή ποτε ἀδικ.*] non est metuendum, ne laedatur. Phaedon. p. 84. B: *οὐδὲν δεινόν, μὴ φοβηθῇ.* Apolog. Socr. p. 28. B: *οὐδὲν δὲ δεινόν, μὴ ἐν ἐμοὶ στῇ.*

Cap. LXXVI. E. *ὅντιν' ἄν τις τρόπον — ἢ πόλιν*] Haec enim sophistae profitebantur. v. De Rep. X. p. 600. D. Protagor. p. 316. C. p. 318. B. seqq., ubi inter alia sophista de arte sua: *τὸ δὲ μάθημά ἐστιν εὐβουλία περί τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἂν ἄριστα τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν.* Itaque carpit philosophus h. l. sophistas, quod a discipulis suis tam grandem institutionis mercedem exigebant. conf. Apolog. Socrat. c. IV. Hipp. Mai. p. 282. C.

ἐὰν μή τις αὐτῷ ἀργ.] Refertur *αὐτῷ* ad subiectum indefinitum, quod infinitivo *μὴ φάναι* cogitatione addendum est. Sic supra p. 469. C. et E. Cratyl. p. 389. C. Euthyd. p. 273. C. al.

ποιεῖ ἀντ' εὖ ποιεῖν] Hanc scripturam testantur veram esse codices duo praestantissimi, Clarkianus et Vindobonensis 2. Nam ceteri libri cum editt. vett.

δοκεῖ τὸ σημεῖον εἶναι, εἰ εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ἀντ' εὖ πείσεται· εἰ δὲ μή, οὔ. ἔστι ταῦτα οὕτως
521 ἔχοντα; ΚΑΛ. Ἔστιν. ΣΩ. Ἐπὶ ποτέραν οὖν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν τῆς πόλεως; διόρισόν μοι· τὴν τοῦ διαμάχεσθαι Ἀθηναίοις, ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται, ὡς ἰατρόν, ἢ ὡς διακονήσοντα καὶ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντα; Τἀληθῆ μοι εἰπέ, Καλλίκλεις· δίκαιος γὰρ εἶ,

P. 521. *τὴν θεραπείαν*] τὴν om. Ven. Ξ. pr. et Σ. Vind. 2. 7. Par. V. Meerm. Flor. c. sed v. explicat.

εἰπέ, Καλλίκλεις] ὦ ante *Καλλίκλεις* addunt Ven. ΞΣ., quod recepit Bekkerus.

ἀντευποιεῖν. Sed hi sibi parum constant, quippe qui deinceps omnes praeter Flor. d. et Venet. Ξ. *ἀντ' εὖ πείσεται* scriptum exhibeant. Dirimendas esse voces satis docent leges grammaticae. Nam *τὸ εὖ καὶ τὰ στερητικὰ μόρια* non componuntur cum verbis primitivis, sed cum nominibus et verbis inde derivatis. Itaque recte dicitur *εὐάγγελος*, recte etiam *εὐαγγελέω*, quod ab illo fluxit tamquam a fonte suo; *εὐαγγέλλω* autem merito barbarum censetur. vid. Schaeferi Melett. crit. p. 6. et p. 68. Quae si vera sunt, ne *ἀντευποιεῖν* quidem aut *ἀντευπάσχειν* ullo modo ferenda sunt, neque recte has formas tutatus est Buttmannus Gr. ampl. T. II. P. II. p. 361., qui ita scripsit: „*denn so zusammen zu schreiben, hier, wo es glatt und leicht geschieht, muss die Natur der Präposition durchsetzen können.* Quippe nulla prorsus praepositionis vis est in talibus, neque video caussam ullam, cur scriptoribus Atticis in huiusmodi formis a vulgaribus linguae legibus fuerit recedendum, quum iis tmeseos usus haudquaquam incognitus fuerit. v. Schaeferus l. c. ad Longum p. 417. ad Demosthen. De Cherson. p. 105. 26. in Leptin. p. 476. 21. Lobeck. ad Phrynich. p. 620. interpp. ad Gregor. Corinth. p. 449. Astius ad Legg. p. 64. Ac tanto minus hoc loco scripserim *ἀντευποιεῖν*, quod statim subsequitur *εὖ ποιήσας* et proxime praecedit *εὖ παθόντα*. Ceterum quod Heindorfius coniecit adeoque libris invitis in ordinem recepit *εἰ ὁ εὖ ποιήσας*, id non opus, quum participium articulo destitutum sic explicandum sit: itaque pulcrum hoc videtur esse indicium, si, ubi quis bene fecit, ei hoc beneficium redditur. Subiectum enim inest in v. *πείσεται*.

P. 521. *Ἐπὶ ποτέραν — τὴν θεραπείαν*] H. e. *ποτέρα οὖν ἐστιν ἡ θεραπεία, ἐφ' ἣν με παρακαλεῖς;* Lysid. p. 203. B: *παρὰ τίνας τοὺς ὑμᾶς;* Vid. Matthiae. Gr. §. 265. 4. ann. et quae collegi ad Euthyphron. p. 14. E. = 100. ed. Lips. Temere novissimus criticus *τὴν* articulum expulit.

τὴν τοῦ διαμάχεσθαι] Repetas *ἐπί* e superioribus.

ἢ ὡς διακονήσοντα —] Olympiodorus: *φησίν, ὅτι βούλει με διάκονον εἶναι Ἀθηναίων καὶ πρὸς χάριν λέγειν, ὅ ἐστι, κόλακα εἶναι.*

ὥσπερ ἦρξω παῤῥ.] Cf. p. 487. D.

ὥςπερ ἤρξω παῤῥησιάζεσθαι πρὸς ἐμέ, διατελεῖν ἃ νοεῖς λέγων. καὶ νῦν εὖ καὶ γενναίως εἰπέ. ΚΑΛ. Λέγω τοίνυν, ὅτι ὡς διακονήσοντα. ΣΩ. Κολακεύσοντα ἄρα B με, ὦ γενναιότατε, παρακαλεῖς. ΚΑΛ. Εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν, ὦ Σώκρατες· ὡς εἰ μὴ ταῦτά γε ποιήσεις — ΣΩ. Μὴ εἴπῃς ὃ πολλάκις εἴρηκας, ὅτι ἀποκτενεῖ με ὁ βουλόμενος, ἵνα μὴ αὖ καὶ ἐγὼ εἴπω, ὅτι πο-

B. *Εἴ σοι Μυσόν γε*] *μισῶν* Ven. Σ. Vind. 2. — Pro *ἥδιον* Par. W. *ἴδιον*. — Par. F. *καλῶν*. Flor. m. *καλεῖς*. Coisl. *παρακαλεῖν*. *ἵνα μὴ αὖ ἐγὼ εἴπω*] V. *αὖ καὶ ἐγώ*. Sed *καὶ* cum Clark. Vat. Coisl. plurimi alii om.

εὖ καὶ γενναίως] bene et confidenter, haud timide. v. ad cap. XXXI. Legg. p. 618. C: *εὖ καὶ ἀνδρείως*. IX. p. 855. A: *εὖ τε καὶ ἀνδρείως*. Charmid. p. 160. D: *εἰπὲ εὖ καὶ ἀνδρείως*. Theaet. p. 147. D: *εὖ καὶ ἀνδρείως ἀποκρίνου*.

B. *Κολακεύσοντα ἄρα με*] Heindorfius ante *κολακεύσοντα* excidisse putabat voculam Ὡς. Vulgatam defendit Buttmannus collatis illis p. 514. A. B. D.

Εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλ.] Locus multum vexatus. Cornarius coni. *εἰ μή σοι Μυσῶν γίγνεσθαι ἥδιον λείαν*. Casaubonus, teste Routhio, scribi iussit: *εἰ μή σοι Μυσῶν γε ἥδιον εἶναι λείαν*, quod placuit Heindorfio, Buttmanno, aliis. Videlicet apud Suidam leguntur haec: *Μυσῶν λεία· παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς διαρπαζομένων. Οἱ γὰρ περίοικοι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς Μυσοὺς ἐληΐζοντο*. Accedit quod Timaeus Gloss. p. 174. voc. *λεία* recenset in numero vocum Platonicarum, quum tamen hodie nusquam apud Platonem legatur. Quocirca ex hac re iudicarunt magnam conciliari Casauboni rationi verisimilitudinis speciem. Verum negat Schleiermacherus proverbio illi hic esse locum, siquidem vera sit Suidae interpretatio. Quum enim sententia requiratur haec: nisi mavis turpissimi cuiusque praeda esse, sponte ait apparere multum ab hoc loco abhorrere grammatici interpretationem; nam secundum huius sententiam *Μυσῶν λείαν* dici praedam ex Mysis ablatam, ex huius loci ratione esse debere praedam a Mysis actam et reportatam. Quocirca Schleiermacherus haec interpretatur sic: *Wenn du lieber ein Mysier heissen willst*, h. e. hominem stultum ac secordem. Attulit ille praeterea I. Bekkeri interpretationem hanc: *Wenn du durchaus das Ding bei dem schlechtesten Namen nennen willst, den man ihm geben kann*, quam tamen fatetur sibi non satisfacere. Ficinus: Si mavis, o Socrates, Mysus vocari, vocabere utique, nisi mihi credideris. Astius: Si Mysum mavis in iudicium vocare, Socrate, esto. Vides, quanta sit de loci interpretatione dissensio hominum doctissimorum. Iam vero audias etiam Olympiodorum, qui haec habet: *Ἡ παροιμία αὕτη ἐκ τοῦ Τηλέφου ἐστὶν Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ἐρωτᾷ τις περὶ τοῦ Τηλέφου καί*

νηρός γε ὢν ἀγαθὸν ὄντα· μηδ' ὅτι ἀφαιρήσεται, ἐάν τι ἔχω, ἵνα μὴ αὖ ἐγὼ εἴπω, ὅτι Ἀλλ' ἀφελόμενος οὐχ
C ἕξει ὅ τι χρήσεται αὐτοῖς, ἀλλ' ὥςπερ με ἀδίκως ἀφείλετο, οὕτω καὶ λαβὼν ἀδίκως χρήσεται· εἰ δὲ ἀδίκως, αἰσχρῶς· εἰ δὲ αἰσχρῶς, κακῶς.

Cap. LXXVII. *ΚΑΛ.* Ὡς μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρα-

ὅ τι χρήσεται αὐτοῖς] Sic libri omnes, ut hic quidem futurum locum suum tuto obtineat.

C. *Ὡς μοι δοκεῖς — πιστεύειν*] Clark. Ven. *Ξ Σ*. Vind. 2.

φησι *τὸ Μυσὸν Τήλεφον*. εἴτε δὲ Μυσὸς ἦν εἴτε ἄλλοθέν ποθεν, πῶς ὅτι ὁ Τήλεφος γνωρίζεται. οὕτω καὶ ἐνταῦθα· εἴτε κόλακα θέλεις εἰπεῖν τὸν τοιοῦτον εἴτε διάκονον εἴτε ὁντιναοῦν, δεῖ, φησὶν ὁ Καλλικλῆς, τοιοῦτον εἶναι περὶ τὴν πόλιν. Is igitur respici putat ad Telephum Euripidis. Quod quo iure ita statuerit, haud sane decerni potest. Nec vero multum refert, ut id sciamus, quum locus vel sic commode explicari possit. Etenim Socrates postquam illud *διακονήσοντα* Calliclis interpretatus est per *κολακεύσοντα*, hic exacerbatus animo non sine acrimonia respondet: Si tibi volupe est Mysum adeo te vocare: ad quae reticetur apodosis fere haec: per me licet vel equidem nihil impedio. Quae aposiopesis loquentis ironiae plane est consentanea nec quidquam habet inusitati, quum post sententias hypotheticas in locis similibus non raro omittatur apodosis. v. supra p. 503. C. Protag. p. 311. D. 325. D. et quae collegerunt interpp. ad Arist. Plut. v. 458. Gregor. Corinth. p. 802. Fischer. ad Weller. T. III. P. II. p. 35 seq. Tum vero pergit: nam nisi haec (quae ego tibi suasi, ut reipublicae sive Atheniensibus inservias) facies etc. Quo loco sermonem eius protenus ita interpellat, ut ipse mentem ac sententiam eius aperiat ac declaret. Itaque manifestum est Mysum vocari nunc hominem, quem impune liceat omnis generis contumelia et iniuria lacessere, utpote secordem atque imbecillum. Ex quo liquidum est respici utique ad proverbium: *Μυσῶν λεία*, quod Schleiermacherus aliter atque debebat intellexit. Etenim usurpatum illud est omnino de iis, qui impune a quibuslibet laeduntur ac diripiuntur. Ortum quippe est a Mysis, quos narrant, quo tempore Telephus peregre abfuerit, finitimorum incursionibus misere vexatos esse. Usus est proverbio Demosthenes pro Coron. p. 248. ed. Reisk. atque Aristoteles Rhetor. I, 16., ubi agens de locis coniecturalibus: *καὶ τοὺς ὑπὸ πολλῶν ἀδικηθέντας*, inquit, *καὶ μὴ ἐπεξελθόντας — ὡς ὄντας κατὰ τὴν παροιμίαν Μυσῶν λείαν*, ubi habes explicationem adagii. conf. etiam Harpocrat. s. v. p. 123. ed. Lips. Bekker. Anecdot. Tom. I. p. 279, 15., unde etiam in iambis Simonidis et Stratidis Medea illud usurpatum esse discimus. Praeterea vero Mysos cónstat propter secordiam valde fuisse contemtos, unde ortum illud proverbium: *Μυσῶν ἔσχατος*, Mysorum ultimus,

τες, πιστεύειν μηδ' ἂν ἓν τούτων παθεῖν, ὡς οἰκῶν ἐκποδὼν καὶ οὐκ ἂν εἰςαχθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ πάνυ ἴσως μοχθηροῦ ἀνθρώπου καὶ φαύλου! ΣΩ. Ἀνόητος ἄρα εἰμί, ὦ Καλλίκλεις, ὡς ἀληθῶς, εἰ μὴ οἴομαι ἐν τῇδε τῇ πόλει ὁντινοῦν ἄν, ὅ τι τύχοι, τοῦτο παθεῖν. τόδε μέντοι εὖ οἶδ', ὅτι, ἐάνπερ εἰςίω εἰς δικαστήριον D

CEFVW. Flor. a. c. d. m. o. x. δοκεῖ, quod defendit Hermann. v. explic. Sed in πιστεύειν scribendo omnes consentiunt. Ald. Bas. 1. 2. cum Flor. c. d. πιστεύεις, quod ita scriptum ab iis, qui δοκεῖ in codd. suis reperissent.

de quo vid. annot. ad Theaetet. p. 209. B. Quorsum fortasse item iam respicitur.

οὐχ ἕξει ὅ τι χρήσεται αὐτοῖς] Vid. ad p. 465. C.

Cap. LXXVII. C. *Ὡς μοι δοκεῖς — πιστεύειν* —] Recte, opinor, Astius haec accepit per exclamationem, quae mirandi ridendique comprehendit significationem: Quam mihi videris, Socrate, confidere —! Nam ita deinde Socrates optime respondet: *Ἀνόητος ἄρα εἰμί.* Supra p. 490. E: *ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες!* Alio modo infinitivum post *ὡς δοκεῖ* defendit C. Fr. Hermannus in Specim. in Plutarch. De Superstit. p. 6., qui duas censet constructiones conflatas esse. Quum enim dicendum fuerit vel *ὥς μοι δοκεῖ, πιστεύεις*, vel *δοκεῖς μοι πιστεύειν,* utrumque arbitratur in unum confusum esse ex illa loquendi ratione, quam praeter alios illustraverunt Erfurdt. ad Soph. Antig. v. 736. Herm. ad Viger. p. 751. Matth. §. 539. 2. cf. etiam mea ad Phileb. p. 46.

καὶ οὐκ ἂν εἰςαχθείς] et quasi non possis in iudicium rapi. Nam participium cum *ἂν* copulatum per optativum explicandum est: *καὶ ὡς οὐκ ἂν εἰςαχθείης.* cf. Matth. §. 598. coll. annot. ad p. 461. D. Et ne quem offendat, quod non priori participio, sed soli posteriori vocula addita est, cf. Sophocl. Oed. Col. v. 754: *ὦ πάντα τολμῶν κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον,* i. e. *ὃς πάντα τολμᾷς καὶ ἀπὸ παντὸς ἂν φέροις λόγου δ. μηχ. ποικ.*, o tu, qui es ad omnia audax quique ex qualibet re iustae orationis speciem comminisci possis. Male igitur Cornarius *εἰςαχθείης* corrigi iussit. Verba *ὑπὸ πάνυ ἴσως — φαύλου* nuper in glossematis suspicionem adducta sunt; quo iure, nunc non decernam.

ὅ τι τύχοι, τοῦτο π.] Mireris Heindorfium *ὅ τι ἂν τύχοι* corrigentem. Nam optativus ponitur ob verba *ὁντινοῦν ἂν τοῦτο παθεῖν.* Quemadmodum igitur in simplici enuntiato dixeris: *ὁστιςοῦν πάθοι ἂν τοῦτο, ὅτι τύχοι,* ita nunc *ὅ τι τύχοι* dicitur, quia hoc additamentum arctissime cum *ὁντινοῦν ἂν παθεῖν τοῦτο* cohaeret. Similiter Lysid. p. 207. D: *δοκεῖ δέ σοι εὐδαίμων εἶναι ἄνθρωπος δουλεύων καὶ ᾧ μηδὲν ἐξείη ποιεῖν ὧν ἐπιθυμοῖ;* Phileb. p. 60. C. Legg. XI. p. 927. C. v. Matth. §. 529. Rost. §. 123. 3. Addito *ἂν* hoc loco scribendum erat *τύχῃ*. De re ipsa Menon. p. 94. E: *ὡς ἴσως μὲν καὶ ἐν ἄλλῃ πό-*

περὶ τούτων τινὸς κινδυνεύων ὧν σὺ λέγεις, πονηρός τίς με ἔσται ὁ εἰςάγων· οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰςαγάγοι. καὶ οὐδέν γε ἄτοπον, εἰ ἀποθάνοιμι. βούλει σοι εἴπω, διότι ταῦτα προςδοκῶ; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οἶμαι μετ' ὀλίγων Ἀθηναίων, ἵνα μὴ εἴπω μόνος, ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ καὶ πράττειν τὰ πολιτικὰ μόνος τῶν νῦν. ἅτε οὖν οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους οὓς λέγω ἑκά-
E στοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, καὶ οὐκ ἐθέλων ποιεῖν ἃ σὺ παραινεῖς, τὰ κομψὰ ταῦτα, οὐχ ἕξω ὅ τι λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. ὁ αὐτὸς δέ μοι ἥκει λόγος, ὅνπερ πρὸς Πῶλον ἔλεγον· κρινοῦμαι γὰρ

D. *τινὸς κινδυνεύων*] Steph. mendose *κινδύνων*. Deinceps *ὧν σὺ λ.* dedit Flor. d. pro vulg. *ὃ σὺ λ.* Coniecerat Heindorf.

ἄνθρωπον εἰςαγάγοι] *εἰςάγοι* Steph.

E. *ἃ σὺ παραινεῖς*] V. *ἃ σὺ νῦν παραινεῖς*. Omittunt *νῦν* Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. 7. Par. CIV W. Flor. a, b. c. d. m. o. x.

ὅδε εἴργασται ἀνήρ] Bekker. *ἀνήρ*. Ast. *ὁ ἀνήρ*. Ego vulgatam lectionem veram esse censeo. Nam *οὗτος ἀνήρ* et *ἀνὴρ ὅδε* sic solet sine articulo usurpari, ubi quem vere praesentem esse *δεικτικῶς* significatur, ita ut haec formula vim et potestatem pronominis demonstrativi habeat. v. ad p. 467. B. 489. B. 505. C.

καὶ ἰσχναίνων] Ald. Bas. 1. Steph. *ἰχναίνων*, quod libri meliores omnes cum Clark. et Vat. aspernantur. Dein *πέμματα* Aug. Meerm. Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. 7. Scripturam *πώματα* pro vulg. *πόματα* hic sine codicum auctoritate restituimus, praeeunte Bekkero. v. ad Phileb. p. 34. A. ann. crit. et ad Remp. p. 437. D. coll. Por-

λει ῥᾴδιόν ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους ἢ εὖ, ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ.

D. *περὶ τούτων τινὸς κ. ὧν σὺ λέγεις*] Videlicet de capite et bonis, quae antea commemoraverat Callicles. Mire interpretatur nonnemo: propter horum aliquid, quae ego dicere et agere soleo, scilicet quo tueatur lectionem *ὃ λέγεις*. At enim vero *κινδυνεύειν περί τινος* est: in periculo versari alicuius rei s. periclitari aliqua re, non: propter aliquid in periculo esse.

E. *οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον*] De hac iteratione v. ad p. 316. C. D. et p. 452. E. In proximis respicit illa Calliclis p. 486. C: *ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς κ. τ. λ.*

ὅνπερ πρὸς Πῶλον ἔλεγον] Cap. XIX. med. p. 464. D: *ὥστ', εἰ δέοι ἐν παισὶ διαγωνίζεσθαι ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρὸν κ. τ. λ.*

καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει] Recte Heindorfius: Consulto, inquit, de puerorum horum natu minimis

ὡς ἐν παιδίοις ἰατρὸς ἂν κρίνοιτο, κατηγοροῦντος ὀψοποιοῦ. σκόπει γάρ, τί ἂν ἀπολογοῖτο ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἐν τούτοις ληφθείς, εἰ αὐτοῦ κατηγοροῖ τις λέγων, ὅτι Ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδε εἴργασται ἀνήρ, καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει, τέμνων τε καὶ κάων καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων ἀπορεῖν ποιεῖ, 522
πικρότατα πώματα διδοὺς καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων, οὐχ ὥςπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς. τί ἂν οἴει ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἀποληφθέντα ἰατρὸν ἔχειν εἰπεῖν; ἢ εἰ εἴποι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι Ταῦτα πάντα ἐγὼ ἐποίουν, ὦ παῖδες, ὑγιεινῶς, ὁπόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς τοιούτους δικαστάς; οὐ μέγα;

sono ad Eurip. Hecub. p. 396. et Adversar. p. 218. Quam tamen scripturam confirmare videtur istud πέμματα, utpote fortasse inde exortum. Quidquid rei est, Schneiderus quidem ad Rempubl. III. p. 406. A., qui rem ad librariorum et scribarum temeritatem exigendam et iudicandam censet, neutiquam audiendus videtur. Neque verum est quod ille statuit, me ad Philebum vocabulum ἔκπωμα urgentem nihil effecisse, quia nimium effecerim. Nam si ἔκπωμα verum est, nec πόμα erit scribendum, sed potius πῶμα. Sed disceptavit caussam nuper iudex prudentissimus, Lobeckius, Paralipom. p. 425.

P. 522. *ἰατρὸν ἔχειν*] τὸν Bekkerus ex Par. V. ante ἰατρὸν addidit.

ἢ εἰ εἴποι] V. εἰ deerat, quod iam Steph. vidit restitui oportere. Exhibuerunt Vind. 6. rec. et Par. V. In Aug. et Meerm. εἰ sine ἢ scriptum, unde cognoscas erroris fontem atque caussam.

loquentem coquum inducit Socrates illudque ἀπορεῖν ποιεῖ adhibentem propter seqq. illa p. 522. B: ἐάν τέ τίς με ἢ νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα κ. τ. λ.

P. 522. *οὐχ ὥσπερ ἐγὼ — εὐώχουν ὑμ.*] Structuram illustravit ad h. l. Heindorf. Conf. annot. ad Sympos. p. 179. E. Ibid. p. 189. C. Matth. Gr. ampl. §. 629. p. 1287 seq.

ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἀπολ.] H. e. ad has angustias redactum, his malis circumventum. Nam ἀπολαμβάνεσθαι frequenter dicuntur ii, qui intercipiuntur et quasi capti tenentur aliqua re. v. Dorvill. ad Charit. p. 567. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 935. Etymolog. Magn.: Ἀπειλημμένοι· συνειλημμένοι, συγκεκλεισμένοι, κεκρατημένοι.

ἐπ. — ὑγιεινῶς] valetudinis caussa, habita sanitatis ratione.

ὁπόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι] Fuit qui πόσον mallet. Sed v. ad Euthydem. p. 271. A.

ΚΑΛ. Ἴσως· οἴεσθαί γε χρή. ΣΩ. Οὐκοῦν οἴει ἐν
B πάσῃ ἀπορίᾳ ἂν αὐτὸν ἔχεσθαι ὅ τι χρὴ εἰπεῖν; ΚΑΛ. Πάνυ γε.

Cap. LXXVIII. ΣΩ. Τοιοῦτον μέντοι καὶ ἐγὼ οἶδ᾽ ὅτι πάθος πάθοιμι ἂν εἰςελθὼν εἰς δικαστήριον. οὔτε γὰρ ἡδονὰς ἃς ἐκπεπόρικα ἕξω αὐτοῖς λέγειν, ἃς οὗτοι εὐεργεσίας καὶ ὠφελείας νομίζουσιν, ἐγὼ δὲ οὔτε τοὺς πορίζοντας ζηλῶ οὔτε οἷς πορίζεται· ἐάν τέ τίς με ἢ νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν λέγοντα πικροὺς λόγους ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, οὔτε τὸ ἀληθὲς ἕξω εἰπεῖν, ὅτι Δικαίως
C πάντα ταῦτα ἐγὼ λέγω, καὶ πράττω τὸ ὑμέτερον δὴ

ὅ τι χρὴ εἰπεῖν] Aug. Meerm. Vind. 1. 2. 6. 7. Ven. Ξ. *ποιεῖν*.

B. *ἃς οὗτοι εὐεργ.*] *ἃς* om. Clark. Vat.

ἢ νεωτέρους φῇ] Hirschig. coni. *ἢ τοὺς νεωτ.*

τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν] Sic Vat. Ven. Ξ. Par. BCFIVW. Flor. a. c. m. Vulgo *κατηγορεῖν*.

C. *καὶ πράττω τὸ ὑμ.*] Vulgo post *πράττω* commate distinguitur, quam rationem male defendit Astius. Emendavit locum Heindorfius. Deinceps autem vide, an reponendum sit *οὐδὲ ἄλλο οὐδέν*.

οὕτω διακείμενος] Clark. Vind. 2. Florentini quattuor et Meerm. *οὕτως διακείμενος*. Et videtur *οὕτως* etiam sequente con-

Ἴσως· οἴεσθαί γε χρή] Sic distinguere malui quam uno tenore legere *Ἴσως οἴεσθαί γε χρή*. Nam *ἴσως* de re certa dicitur. v. ad Phaedon. p. 56. De formula autem *οἴεσθαί γε χρή*, reliquae orationi sic addi solita, v. ad Criton. p. 142.

ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ — ἔχεσθαι] Phaedon. p. 108. B: *ἐν πάσῃ ἐχομένη ἀπορίᾳ*. Lysias adv. Agor. p. 97. ed. Brem.: *εἰδὼς τὸ ὑμέτερον πλῆθος ἐν ἀπορίᾳ ἐχόμενον*. v. annot. ad Criton. p. 43. C. et Wesseling. ad Herodot. III. c. 129.

Cap. LXXVIII. B. *οὔτε γὰρ ἡδονὰς —*] Huic *οὔτε* respondet vocula *τὲ* in verbis *ἐάν τέ τίς με κ. τ. λ.*, de qua structura v. ad Apolog. Socrat. p. 26. C. Sympos. p. 223. C. Ad *οἷς πορίζεται* omnino intelligas *ταῦτα*, ne frustra haereas in numero singulari, quum praecesserit *ἡδονάς*. Quamquam ne tum quidem, si hoc ipsum nomen repetas apud animum, structura quidquam insolentiae habebit. v. ad Sympos. p. 188. B. Verba *ἐγὼ δὲ — οἷς πορίζεται* per se seorsum posita constructionem quasi interturbant, cuius rationis exempla alia neutiquam desunt.

ἀπορεῖν ποιοῦντα] Hoc enim Socrati crimini datum. v. Menon. p. 79. E. Theaetet. p. 149. A., quos locos iam Heindorf. comparavit.

λέγοντα πικροὺς λόγους]

τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτε ἄλλο οὐδέν. ὥςτε ἴσως, ὅ τι ἂν τύχω, τοῦτο πείσομαι. ΚΑΛ. Δοκεῖ οὖν σοι, ὦ Σώκρατες, καλῶς ἔχειν ἄνθρωπος ἐν πόλει οὕτω διακείμενος καὶ ἀδύνατος ὢν ἑαυτῷ βοηθεῖν; ΣΩ. Εἰ ἐκεῖνό γε ἐν αὐτῷ ὑπάρχοι, ὦ Καλλίκλεις, ὃ σὺ πολλάκις ὡμολόγησας· εἰ βεβοηθηκὼς εἴη αὑτῷ, μήτε περὶ ἀνθρώπους μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν μήτε εἰρηκὼς D μήτε εἰργασμένος. αὕτη γάρ τις βοήθεια ἑαυτῷ πολλάκις ἡμῖν ὡμολόγηται κρατίστη εἶναι. εἰ μὲν οὖν ἐμέ τις ἐξελέγχοι ταύτην τὴν βοήθειαν ἀδύνατον ὄντα ἐμαυτῷ καὶ ἄλλῳ βοηθεῖν, αἰσχυνοίμην ἂν καὶ ἐν πολλοῖς καὶ ἐν ὀλίγοις ἐξελεγχόμενος καὶ μόνος ὑπὸ μόνου, καὶ εἰ διὰ

sona littera usurpatum esse, ubi vi et pondere suo pollet plurimum. De qua re certius iudicare liceret, si I. Bekkero placuisset haec ὀρθογραφικὰ non praeterire silentio. Sic p. 460. D. plurimi codd. ὡςαύτως δὲ οὕτως καὶ —. Protagor. p. 318. B. 320. C. al. conf. Schaefer. ad Demosth. App. T. I. p. 207.

Εἰ ἐκεῖνό γε ἐν αὐτῷ ὑπάρχοι] Optativum pro vulg. ὑπάρχει reposuimus ex Clark. Vat. Coisl. Par. BCIW. Flor. a. b. c. Praepositionem ἐν delendam censet Heindorfius. In Flor. d. εἰ omissum est. Quapropter Astius scribendum coniecit: Ἐκεῖνό γε εἰ αὐτῷ ὑπ.

μήτε περὶ θεοὺς] Deest περὶ in Vind. 2. 6. Aug. Meerm. Ven. Ξ. pr.

Apolog. Socrat. p. 30. E: δοκεῖ ὁ θεὸς ἐμὲ τῇ πόλει προςτεθεικέναι τοιοῦτόν τινα, ὃς ὑμᾶς ἐγείρων καὶ πείθων καὶ *ὀνειδίζων* ἕνα ἕκαστον οὐδὲν παύομαι.

C. *καὶ πράττω τὸ ὑμέτερον δὴ τοῦτο*] Apolog. Socrat. p. 31. A: τὸ δὲ ὑμέτερον πράττειν ἀεί. v. ad p. 455. C.

Εἰ ἐκεῖνό γε ἐν αὐτῷ ὑπάρχοι] Optativum ὑπάρχοι flagitabant proxima εἰ βεβ. εἴη, quae addita sunt explicationis gratia. Praepositionem ἐν, quam codd. omnes constanter tuentur, Heindorf. deleri voluit. Equidem vereor, ut quidquam mutandum sit, si quidem ἐν αὐτῷ ὑπάρχοι idem fere est quod ἐν αὐτῷ ἐνείη. Quamquam fateor non suppetere mihi locum, in quo ὑπάρχει ἔν τινι dicatur.

D. *αὕτη γάρ τις βοήθεια ἑαυτῷ*] In his αὕτη τις est: haec fere, neque invitis libris scribendum fuit τοιαύτη τις. Neque opus est scribere αὕτη τις ἡ βοήθεια. Praeterea nomen verbale cum casu verbi sui constructum. vid. ad Phileb. p. 30. ad Euthyphr. p. 13. D. 15. A. Matth. §. 367.

καὶ μόνος ὑπὸ μόνου] Menex. p. 239. C: δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις. Republ. X. p. 600. E: αὐτός τε οὐκ ἐπαΐων — τοῖς μὴ ἐπαΐουσιν. Plurima huius generis exempla collegit Valcken. ad Phoeniss. v. 1235. Heusdius Specim. critic. p. 129 seq.

ταύτην τὴν ἀδυναμίαν ἀποθνήσκοιμι, ἀγανακτοίην ἄν· εἰ δὲ κολακικῆς ῥητορικῆς ἐνδείᾳ τελευτῴην ἔγωγε, εὖ
E οἶδα, ὅτι ῥᾳδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται, ὅστις μὴ παντάπασιν ἀλόγιστός τε καὶ ἄνανδρός ἐστι, τὸ δὲ ἀδικεῖν φοβεῖται· πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων γέμοντα τὴν ψυχὴν εἰς Ἅιδου ἀφικέσθαι πάντων ἔσχατον κακῶν ἐστιν. εἰ δὲ βούλει, σοὶ ἐγώ, ὡς τοῦτο οὕτως ἔχει, ἐθέλω λόγον λέξαι. *ΚΑΛ.* Ἀλλ' ἐπείπερ γε καὶ τἆλλα ἐπέρανας, καὶ τοῦτο πέρανον.

523 Cap. LXXIX. *ΣΩ.* Ἄκουε δή, φασί, μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσει μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐγὼ δὲ λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λέξω ἃ μέλλω λέγειν. Ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει, διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβον. ἦν οὖν νόμος ὅδε περὶ ἀνθρώπων ἐπὶ

E. *ἀλόγιστός τε καὶ ἄνανδρος*] V. *ἄλογος* invitis codd. omnibus. Recte iam Bas. 2. *ἀλόγιστος*. conf. Apolog. Socr. p. 37. C.

Ἀλλ' ἐπείπερ γε —] V. *ἐπειδήπερ καὶ τἆλλα*, quod mutatum ex Clark. Vat. Coisl. Parisinis, Flor. a. b. c. d. m. o. x.

P. 523. *νῦν ἔτι ἔστιν*] Perperam vulgo *ἐστίν*.

B. *ἐς μακάρων νήσους*] Sic Par. V. pro vulg. *εἰς μ.*, quod

E. *οὐδεὶς φοβεῖται*] De repetito verbo v. ad p. 516. E.

Cap. LXXIX. P. 523. *Ἄκουε δή, φασί, μ. καλ. λ.*] Sequitur nobilissimus locus, quo Plato, qualis futura sit animorum post hanc vitam conditio, fabulose ac poetice exposuit. Idem argumentum tractavit Phaedon. p. 107. D. seqq. De Republ. p. 614 seqq., sed diversa ratione pro diverso scriptionis consilio. De caussis, quibus permotus philosophus usus sit fabularum involucris, alibi exposuimus. De formula *ἄκουε δή*, qua utuntur ii, qui sibi exoptant audientiam, ubi quid narratur auditione non indignum, exposuimus ad Timaeum p. 20. D. Verbum *φασί* interponit, quia sollemne hoc fuit narrandi initium, ut quasi proverbii speciem referret. Opportune contulit Heindorf. Tim. p. 20. D: *ἄκουε δή, ὦ Σώκρατες, λόγου μάλα μὲν ἀτόπου, παντάπασί γε μὴν ἀληθοῦς*, ubi schol.: *τοῦτο παροιμιῶδές ἐστιν ἐφ' ὧν ἐκκαλέσασθαι βουλόμεθα τὸν ἀκούοντα, ἴσον ὂν τῷ δέχου δὴ τὰ ἄξια ἀκοῆς*. Ceterum laudantur haec a Plutarcho ad Apollon. p. 120. usque ad p. 524. B: *σώματος, ἀπ' ἀλλήλοιν*, ab Eusebio Praepar. Evang. XII, 6. p. 577. ed. Viger., a Theodoreto Graec. Affect. Curat. Sermon. XI. p. 649. ed. Sirmond., a Stobaeo Eclog. Phys. I. p. 142. Imitatus est hunc locum Plutarchus De S. N. V. p. 72. ed. Wyttenb.

μῦθον — ἐγὼ δὲ λόγον] *Μῦθος* de fabula, *λόγος* de nar-

Κρόνου, καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἔστιν ἐν θεοῖς, τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, ἐς μακάρων νήσους ἀπιόντα οἰκεῖν B ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν, τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. τούτων δὲ δικασταὶ ἐπὶ Κρόνου καὶ ἔτι νεωστὶ τοῦ Διὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοντος ζῶντες ἦσαν ζώντων, ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ δικάζοντες, ᾗ μέλλοιεν τελευτᾶν. κακῶς οὖν αἱ δίκαι ἐκρίνοντο. ὅ τε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες ἔλεγον πρὸς τὸν Δία, ὅτι φοιτῷέν σφιν ἄνθρωποι ἑκατέρωσε ἀνάξιοι. C εἶπεν οὖν ὁ Ζεύς, Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, παύσω τοῦτο γιγνόμενον. νῦν μὲν γὰρ κακῶς αἱ δίκαι δικάζονται. ἀμπεχόμενοι γάρ, ἔφη, οἱ κρινόμενοι κρίνονται· ζῶντες γὰρ κρίνονται. πολλοὶ οὖν, ἦ δ' ὅς, ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ

Bekkerus quoque repudiavit. Infra p. 526. C. codd. fere omnes *ἐς μακάρων νήσους*.

ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ δικ.] *τῇ* ex Plutarcho et codd. Ven. Ξ. Par. V. Flor. f. s. restitutum.

οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μακάρων] Articulum *οἱ* iterat ante *ἐκ μακάρων* Plutarchus, unde Heindorfius restituit, quod consilium probavit Schaeferus ad Demosth. Appar. T. IV. p. 119.

ratione propius ad verum accedente intelligendum, ut Legg. IX. p. 872. D. Phaedon. p. 64. B., ubi v. annot. Significat autem Socrates, nisi fallor, vera subesse huic narrationi, quandoquidem ipsi omnino quidem plane persuasum fuit post mortem malis male, bonis autem bene futurum esse.

Ὅμηρος λέγει—] Iliad. XV. v. 187 seqq.

ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἔστιν] nunc adhuc ut semper. Phaedr. p. 254. A: *ἀεί τε καὶ τότε,* nunc ut olim. v. Schaefer. ad Sophocl. Antigon. v. 181.

B. *ἐς μακάρων νήσους*] De his locos veterum collegerunt Gataker. ad Antonin. X, 8. p. 295. Cellar. Geograph. antiq. IV. p. 141. et 165. interpp. ad Plinium N. H. II, 92. VI, 36. et ad Horat. Epod. XVI, 41. — *ἐκτὸς κακῶν,* malorum expertes.

καὶ ἔτι νεωστὶ τοῦ Δ.] et nuper etiam, Iove imperium tenente.

οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μ. ν.] Non opus iteratione articuli ante *ἐκ μακάρων*. Iungas: *ἔλεγον πρὸς τὸν Δία ἰόντες ἐκ μακάρων νήσων.* — *ἑκατέρωσε,* in beatorum insulas et Tartarum.

C. *ἀμπεχόμενοι — κρίνονται*] Haec imitatione expressit Plutarchus De Sera Num. Vind. p. 110., ubi v. Wyttenbach. Quod *κρίνονται* iteratur, est haec grata quaedam sermonis quotidiani imitatio.

ἠμφιεσμένοι—πλούτους]

γένη καὶ πλούτους, καί, ἐπειδὰν ἡ κρίσις ᾖ, ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ μάρτυρες μαρτυρήσοντες, ὡς δικαίως βε-
D βιώκασιν. οἱ οὖν δικασταὶ ὑπό τε τούτων ἐκπλήττονται, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. ταῦτα δὴ αὐτοῖς πάντα ἐπίπροσθεν γίγνεται, καὶ τὰ αὑτῶν ἀμφιέσματα καὶ τὰ τῶν κρινομένων. πρῶτον μὲν οὖν, ἔφη, παυστέον ἐστὶ προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον· νῦν γὰρ προΐσασι. τοῦτο μὲν οὖν καὶ δὴ εἴρηται τῷ Προμηθεῖ ὅπως ἂν παύσῃ

D. *καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα*] Par. V. Flor. a. c. d. m. o. x. et ed. Bas. 2. *καὶ ὦτα καὶ ὀδόντας καὶ ˝λον τὸ σ.*, quae lectio in Par. B. supra versum adscripta. Notavit eandem Stephan. in marg. Dein *κεκαλυμμ νοι* Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 6. et alii nonnulli eiusdem dignitatis libri.

ἐπίπροσθεν γίγνεται] Plutarchus *ἐπιπρόσθεσις γίγνεται*, quod reponi iubebat Cornarius; sed v. ann. Vind. 1. *ἐπίπροσθε*.

νῦν γὰρ προΐσασι] *νῦν μὲν γὰρ πρ.* Par. B C E F. novem Florentini et Plutarch. non temere.

Non solum corporum venustate, sed etiam generis nobilitate atque divitiis illi tamquam veste interiorem abscondunt turpitudinem. Itaque Iupiter animam vult nudam iudicari, ut omnia eius vitia emergant.

D. *πρὸ τῆς ψυχῆς — προκεκαλυμμένοι*] quum animus ipsorum oculis, auribus atque toto corpore velatus et quasi praetextus sit. Elegans dictio.

ἐπίπροσθεν γίγν.] H. e. iis obstat, quominus recte et vere possint iudicare. Legg. VI. p. 626. C: *τά τε ἐπίπροσθεν αὐτῶν* (quae his officiunt) *ἔτι νῦν ὄντα ἀνομοθέτητα, τάξαντες αὐτά, ἀπόπροσθεν ποιησόμεθα*; sic enim legendum.

ὅπως ἂν παύσῃ αὐτῶν] Pendet *αὐτῶν* ex pronomine *τοῦτο*, ut frustra vulgo interiectum legatur *αὐτό*. v. Matth. §. 317. De re ipsa Aeschyl. Prometh. v. 256: *θνητούς γ' ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον*.

E. *γυμνοὺς κρ. ἁπάντων τούτων*] H. e. nudos a corporibus eorumque lenociniis, ne indices externa specie decepti in errorem inducantur. Schol.: *γυμνὸς ὁ κριτὴς οὐ μόνον τοῦ ὀστρεώδους σώματος, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀερώδους φυράματος καὶ μόνον ἔχων τὸ αὐτοειδὲς ὄχημα· οἱ δὲ κρινόμενοι γυμνοὶ μὲν τῆς παχύτητος τοῦ ὀστρεώδους, περιφέροντες δὲ τὸ ἀέριον φύραμα καὶ δεόμενοι καθάρσεως.* Ceterum hunc locum ob oculos habuit Lucian. Diall. Mort. X.

ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκ.] statim ut quisque mortuus fuerit. Nam *ἐξαίφνης* hic eodem modo intelligendum, quo alibi voces *αὐτίκα, εὐθύς, ἅμα* cum participiis iunctae. v. Matth. §. 565. 2. et annot. ad Phaedon. p. 70. A. — *αὐτῇ τῇ ψυχῇ*, sola anima, a corporis

αὐτῶν. ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων· τεθνε- E
ῶτας γὰρ δεῖ κρίνεσθαι. καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν εἶναι, τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον πάντων τῶν συγγενῶν καὶ καταλιπόντα ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ἐκεῖνον τὸν κόσμον, ἵνα δικαία ἡ κρίσις ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐγνωκὼς πρότερος ἢ ὑμεῖς ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ, δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν,
ἕνα δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν. οὗτοι οὖν, ἐπειδὰν 524
τελευτήσωσι, δικάσουσιν ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ,

ὅπως ἂν παύσῃ αὐτῶν] V. παύσῃ αὐτὸ αὐτῶν. Recte αὐτὸ omittunt Clark. Vat. Coisl. et alii plurimi. Unde ortum sit vitium, ostendit Par. V., ubi αὐτὸ sine αὐτῶν scriptum exstat et in marg. legitur γρ. αὐτῶν.

E. καὶ καταλιπόντα] καὶ cum Aldo et Par. E. Vind. 6. om. Stephan. Tuetur illud etiam Euseb. Deinde Euseb. et Theodoret. ἐπὶ γῆς omisso articulo, quod et ipsum probum est. v. Heindorf. ad h. l. et Dorvill. ad Charit. p. 106.

communione seiuncta, ut Phaedon. p. 65. E. 66. A. D.

ἔρημον — καὶ καταλιπόντα] Exspectabas ἐρήμην — καὶ καταλιποῦσαν, nam referuntur haec ad ψυχήν. Sed genus masculinum ponitur, ac si praecessisset ἀποθανόντα ἕκαστον, non ψυχὴν ἀποθανόντος ἑκάστου.

δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας—] „Qui fit, ut Minos cum Rhadamantho fratre Asiae hic adscribantur, quum uterque Cretam insulam incoluerit? Certe ortu materno Asiani erant, qui matrem habebant Europam, Cadmi Phoenicis sororem. v. Eustath. in Iliad. ο'. p. 982. ed. Bas. Et Cretae non indigena, sed advena fuisse Minos a quibusdam ferebatur, teste Strabone X. p. 477. ed. Casaub." ROUTH. Fortasse Creta insula Asiae pars habenda. Quod vero duae tantum memorantur terrae partes, Plato iuxta cum aliis universum terrarum orbem divisit in Asiam et Europam, ita ut Libya vel Asiae vel Europae attribueretur. vid. Morus ad Isocr. Panegyr. c. 48. et Schaefer. in Miletem. critt. p. 36 seq. Noli enim putare tremendum istud mortuorum iudicium Libyas vel Africae incolas non iudicasse. Cum hac ratione faciunt etiam Aeschyl. Pers. v. 179 seqq. atque Sophocl. Trach. v. 101. — Aeacus, Iovis ex Aegina filius, rex Aeginae insulae, omnium Graecorum ὁσιώτατος iudicatus est. v. Plutarch. Vit. Thes. p. 5. A. Isocrat. Evagor. init. De eius origine v. Apollodor. III, 12, 6. ibique Heynius.

P. 524. ἐν τῷ λειμῶνι —] „De hoc loco, ubi via in duas partes dividitur, Virgil. Aen. VI. v. 540 seqq. Memoratur etiam ὁ λειμὼν De Rep. X. p. 616. B. Et in Axiocho (p. 371. B.) campus veritatis appellatur. Scilicet ibi ψεύσασθαι ἀμή-

ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς τάρταρον. καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης Αἰακός· Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν ἀπορῆτόν τι τὼ ἑτέρω, ἵνα ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις.

Cap. LXXX. Ταῦτ' ἔστιν, ὦ Καλλίκλεις, ἃ ἐγὼ
B ἀκηκοὼς πιστεύω ἀληθῆ εἶναι· καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων τοιόνδε τι λογίζομαι συμβαίνειν. Ὁ θάνατος τυγχάνει ὤν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν ἄλλο ἢ δυοῖν πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἀπ' ἀλλή-

P. 524. ἐὰν ἀπορῆτόν τι τὼ ἑτέρω] V. ἐὰν ᾖ ἀπόῤῥητόν τι τῷ ἑτέρῳ, in quibus Ruhnk. ad Tim. p. 44. ἄπορον corrigebat. Istud ᾖ omittunt plerique cum Clark. et Vat. Praeterea non pauci cum Clark. Vind. 1. et Flor. x. τὼ vel τῶ ἑτέρω. Illud ἀπορῆτον autem solus servavit Meerm., unde primus restituit Findeisen. De ἀπορεῖν et εὐπορεῖν ita cum accusativo iuncto v. ad Euthydem. p. 279. A. 301. B. Phaedon. p. 84. C.

χανον, ut statim post ibi ait Socrates §. 20." ROUTH. Origines duxit opinio ex Odyss. XI. 539. 573. varie variis aetatibus mutata. Conf. Astius ad Phaedrum p. 305 seq. Heynius Excurs. VIII. ad Virgil. Aen. VI. v. 540 seq. Lobeck. Aglaopham. T. II. p. 1342 seqq.

καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσ.] De officiis et muneribus iudicum inferorum alii alia tradiderunt. v. Routh. ad h. l. Fischer. ad Aeschin. Socr. p. 163. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. XX. Creuzer. Melett. e disciplina antiquit. T. I. p. 87 seqq., it. Symbol. T. IV. p. 100 seqq. Conf. Apolog. Socr. p. 41. A., ubi etiam Triptolemus in numero eorum recensetur.

περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρ.] Sic πορεία de ultimo hominum itinere dicitur De Republ. X. p. 615 seqq.

Cap. LXXX. B. Ὁ θάνατος τυγχ. —] Phaedon. p. 64. C: ἡγούμεθά τι τὸν θάνατον εἶναι; — Ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος κ. τ. λ.

οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον —] H. e. utrumque fere eundem retinet habitum, quo erat in hac vita. Itaque ad ἥνπερ καὶ ὅτε ἔζη repetendum est εἶχεν. Nisi forte malis verba sic intelligere, ut ad οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον cogitatione adiicias ἢ τὸ ἕτερον, h. e. utrumque pariter. Priorem rationem praefero. Deinde τό τε σῶμα dicitur propterea, quod addere Socrates volebat ἥ τε ψυχὴ κ. τ. λ., quod tamen infra demum infert structura paullulum mutata: ταὐτὸν δή μοι, dicens, δοκεῖ τοῦτ' ἄρα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν εἶναι κ. τ. λ.

C. ἢ ἀμφότερα] Exspectabas ἀμφοτέροις. Sed solent ita ἀμφότερα, οὐδέτερα, ὁπότερα poni absolute instar adverbio-

λοιν. ἐπειδὰν δὲ διαλυθῆτον ἄρα ἀπ' ἀλλήλοιν, οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον αὐτοῖν ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὑτοῦ ἥνπερ καὶ ὅτε ἔζη ὁ ἄνθρωπος, τό τε σῶμα τὴν φύσιν τὴν αὑτοῦ καὶ τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα, ἔνδηλα πάντα. οἷον εἴ τινος μέγα ἦν τὸ σῶμα φύσει ἢ τροφῇ C ἢ ἀμφότερα ζῶντος, τούτου καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνῃ ὁ νεκρὸς μέγας· καὶ εἰ παχύς, παχὺς καὶ ἀποθανόντος, καὶ τἆλλα οὕτως. καὶ εἰ αὖ ἐπετήδευε κομᾶν, κομήτης τούτου καὶ ὁ νεκρός. μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλὰς ἐν τῷ σώματι ἢ ὑπὸ μαστίγων

B. *τοιόνδε τι λογίζομαι*] Accessit *τι* ex codd. fere omnibus.

τό τε σῶμα τὴν φ.] Heusdius scribendum putabat *τό τε σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ τὴν φύσιν τὴν αὑτοῦ.* Cuius lectionis vestigium exstare putabat apud Eusebium, ubi post *τό τε σῶμα* additum legitur *καί.* Sed non opus mutatione ulla. v. infra.

rum. Charmid. p. 153. D: *εἴ τινες ἐν αὐτοῖς διαφέροντες ἢ σοφίᾳ ἢ κάλλει ἢ ἀμφότερα ἐγγεγονότες εἶεν,* ubi v. Heindorf. Plura dedimus ad Apolog. Socrat. p. 22. E. — *ὁ νεκρός* nunc est cadaver, non, ut perperam explicant, umbra mortui s. manes. Euripides Troad. v. 91: *πολλῶν θανόντων σώμαθ' ἕξουσιν νεκρῶν.* Deinde ad *καὶ εἰ παχύς* intell. *ὁ ἀποθανών.* Ita videbis continuo neutiquam opus esse, ut hic pro *παχύς* scribatur *παχύ,* quod nuper nonnemo suo Marte Platoni impertivit. Enimvero iste non animadvertit continuo inferri: *καὶ εἰ αὖ ἐπετήδευε κομᾶν κ. τ. λ.* Verum magis etiam ille desaeviit eiectis verbis *καὶ ἀποθανόντος.* — *καὶ τἆλλα οὕτως,* sc. *ἔχει.* v. p. 509. C.

καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλάς] Ad haec Heindorfius: „Dubito", inquit, „verbum *οὐλάς* an a glossatore profectum sit. Ita *τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, τῶν πληγῶν, τῶν κονδύλων* saepe occurrunt explicatione non addita. v. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. XXVI. §. 1., ubi Platonis hunc locum attulit, de fraude tamen nihil suspicatus." Ad haec praeclare Schaeferus Melet. crit. p. 101: „Mihi", inquit, „secus videtur, nec miror Hemsterhusium, quum hunc Platonis locum in Lucianeis afferret, de fraude nihil suspicatum esse. Primum enim compara mihi locum, qui mox sequitur: *κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν κτλ.* Hic locus ex illo priore, quem philosophus illustrationis ergo praemisit, tam aptus nexusque est, ut, quum hic *οὐλῶν* legas, illic *οὐλάς* significantissime positum fatearis. Deinde *οὐλάς* verbum est ita comparatum, ut in una eademque dictione iuxta *ἴχνη τῶν πληγῶν* satis commode stare possit. Etenim neque omnes *οὐλαὶ* sunt eaedem verberum vestigia, neque verbera semper tam atrociter in-

ἢ ἄλλων τραυμάτων ζῶν, καὶ τεθνεῶτος τὸ σῶμα ἔστιν ἰδεῖν ταῦτα ἔχον. κατεαγότα τε εἴ του ἦν μέλη ἢ διεστραμμένα ζῶντος, καὶ τεθνεῶτος ταὐτὰ ταῦτα ἔνδηλα.
D ἑνὶ δὲ λόγῳ, οἷος εἶναι παρεσκεύαστο τὸ σῶμα ζῶν, ἔνδηλα ταῦτα καὶ τελευτήσαντος ἢ πάντα ἢ τὰ πολλὰ ἐπί τινα χρόνον. ταὐτὸν δή μοι δοκεῖ τοῦτ' ἄρα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν εἶναι, ὦ Καλλίκλεις· ἔνδηλα πάντα ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐπειδὰν γυμνωθῇ τοῦ σώματος, τά τε τῆς φύσεως καὶ τὰ παθήματα ἃ διὰ τὴν ἐπιτήδευσιν ἑκάστου πράγματος ἔσχεν ἐν τῇ ψυχῇ ὁ ἄνθρωπος. Ἐπειδὰν οὖν ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικαστήν, οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας
E παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν, ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνους ἐπιστή-

C. *κατεαγότα τε εἴ του ἦν*] Eusebius habet *ἢ κατεαγότα.* Rectius *τε* Bekkerus addidit ex Par. V. Dein *μέρη* Ald. Steph. cum Par. EF.

τεθνεῶτος ταὐτὰ ταῦτα ἔνδηλα] Hoc dedi ex uno Flor. x. Ficinus: eadem haec apparent. In ceteris libris omnibus *ταὐτὰ* omissum. Apud Eusebium desunt verba *ταῦτα ἔνδηλα.*

D. *ἢ πάντα ἢ τὰ πολλὰ*] Sic scripsi de coniectura Findeisenii pro vulg. *ἦν πάντα,* quod nemo quisquam tuebitur. Et habent etiam superiora in apodosi semper praesens tempus, non imperfectum. Defendit tamen pravam scripturam Astius explicans: ita sunt ut erant. Quod memorasse satis est.

E. *παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν*] Post haec Par. V. addit: *οἱ δ' ἐκ τῆς Εὐρώπης παρὰ τὸν Αἰακόν.* Quod etsi scriptor in animo habuit, tamen non addendum esse satis docent quae deinde narrantur.

fliguntur, ut cicatrices post se relinquant. Igitur Plato, si quis, inquit, verbero fuit habuitque in corpore cicatrices (non casu acceptas illas, non honestas, sed) *ἴχνη τῶν πληγῶν κ. τ. λ.* Poterat, fateor, omittere *ἴχνη τῶν πληγῶν,* sed addidit, quo illustrior esset comparatio corporis verberum cicatricibus stigmosi cum hominis nequam animo, cui vita flagitiosa tamquam notas post mortem conspicuas inussit." De significatione v. *οὐλή* audias Eustathium ad Iliad. δ'. p. 455. ed. Rom. = p. 364. Lips.: *διαφέρει δὲ οὐλῆς ὠτειλή, ὅτι ὠτειλὴ μὲν αὐτὸ τὸ τραῦμα, οὐλὴ δὲ τύλος ἢ τύπος θεραπευθέντος τραύματος.*

D. *οἷος εἶναι παρεσκ. τὸ σῶμα ζ.*] Haec iungenda sunt sic: *οἷος τὸ σῶμα εἶναι παρεσκ. ζ.—ἑνὶ λόγῳ,* ut verbo dicam, denique. Phaedon. p. 65. D: *καὶ τῶν ἄλλων ἑνὶ λόγῳ ἁπάντων.* De Rep. V. p. 474. C. XII. p. 571. D. Barnes. ad Eurip. Herc. Fur. v. 1391. Pierson. Verisimil. p. 181. — Deinde in his: *ἔνδηλα ταῦτα καὶ τελ.,* pronomen *ταῦτα* ponitur, ac si scriptum esset: *ἅ τις τοῦ σώματος σημεῖα καὶ παθήματα εἶχε ζῶν,* quae sententia subest verbis *οἷος εἶναι π. τὸ σῶμα ζῶν.*

τά τε τ. φύσεως —] H. e. et quae a natura accepit et quaecunque ei acciderunt eo, quod studio

σας θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχήν, οὐκ εἰδὼς ὅτου ἐστίν,
ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόμενος ἢ
ἄλλου ὁτουοῦν βασιλέως ἢ δυνάστου κατεῖδεν οὐδὲν
ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν
μεστὴν ὑπὸ ἐπιορκιῶν καὶ ἀδικίας, ἃ ἑκάστη ἡ πρᾶξις 525
αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν. καὶ πάντα σκολιὰ ὑπὸ
ψεύδους καὶ ἀλαζονείας καὶ οὐδὲν εὐθὺ διὰ τὸ ἄνευ ἀλη-
θείας τεθράφθαι· καὶ ὑπὸ ἐξουσίας καὶ τρυφῆς καὶ ὕβρεως
καὶ ἀκρατίας τῶν πράξεων ἀσυμμετρίας τε καὶ αἰσχρότη-
τος γέμουσαν τὴν ψυχὴν εἶδεν. ἰδὼν δὲ ἀτίμως ταύτην
ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς, οἷ μέλλει ἐλθοῦσα ἀνα-
τλῆναι τὰ προσήκοντα πάθη. Cap. LXXXI. Προς-

P. 525. *ἃ ἑκάστη ἡ πρᾶξις αὐτοῦ*] *ἑκάστη* Clark. Vat. Vind. 1. 6. Par. BCEFW. novem Florentini et cod. Eusebii Oxon. pro vulg. *ἑκάστῳ*. Codicum scripturam *ἑκάστη* veram esse, Hermanno monente, ex eo intelligitur, quod de singulis hominibus dictum est iam antea, atque imago rei multo illustrior fit, ubi singulorum facinorum quasi cicatrices in animo cerni dicuntur. Falsus sum olim eo, quod *ἑκάστῃ*, dativum, putaveram in libris exstare. Dein vett. editt. *τετράφθαι*, quod ex Clark. Vat. Ven. Ξ. Vind. 2. 6. Par. BC. mutatum. Enimvero *τετράφθαι* ad verbum *τρέπειν* referendum, *τεθράφθαι* autem a *τρέφειν* ductum est. Quamquam hac in re codd., ut fit, multum fluctuantur. v. ad Remp. III. p. 405. A. 409. A. Theaet. 172. D. conf. Buttmann. Gr. §. 114. in voc. *τρέφω* et Lobeck. Paralip. p. 46.

καὶ ἀκρατίας] Sic Clark. Vat. Ven. Σ. Vind. 2. 6. 7. Par. B. Flor. a. x. Bodl. Aug. Meerm. pro vulg. *ἀκρασίας*. Euseb. *ἀκρα-*

aliquo occupatus fuit. Nam *τὰ παθήματα ἃ διὰ τὴν ἐπιτήδευσιν ἔσχεν ὁ ἄνθρωπος* opponuntur *τοῖς τῆς φύσεως*.

E. *ἐκείνους ἐπιστήσας*] Videl. prope se.

κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιές] Aoristus quomodo intelligendus sit, docebunt Buttm. §. 124. 6. annot. 4. Matth. §. 503. 3. Rost. §. 116. 8. annot. 4. coll. annot. ad Phaedon. p. 73. D. Eodem modo accipiendum mox *τὴν ψυχὴν εἶδεν* et *ταύτην ἀπέπεμψεν*.

ἀλλὰ διαμεμαστιγωμένην] Docuit Wyttenbach. ad Plutarch. De S. N. V. p. 110 seq. hanc Platonis sententiam, qua statuebat *μυθικῶς* animam cicatrices ac vibices concipere, a plurimis posterioris aevi scriptoribus esse celebratam. Cf. Iacobs. ad Antholog. VI, 1. p. 70. III, 1. p. 144.

P. 525. *ἀσυμμετρίας τε καὶ αἰσχρ.*] Quemadmodum enim virtus, quae quasi musico quodam concentu continetur, efficit, ut animi vires omnes inter se concordent, ita vitia ei afferunt turpitudinem, quoniam eum a boni et honesti studio abstrahunt. v. ad Phaedon. p. 34. Quippe pulcri atque boni ea est necessitudo, ut alterum ab altero divelli aut segregari nullo modo possit. v. Prolegg. ad Phileb. p. XCI. seq. — *εὐθὺ τῆς φρουρᾶς*, recta in custo-

B ἥκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ ἢ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι ἢ παραδείγματι τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι, ἵν' ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχῃ φοβούμενοι βελτίους γίγνωνται. εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων οὗτοι, οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμάρτωσιν· ὅμως δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ὀδυνῶν γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἅιδου· οὐ γὰρ οἷόν
C τε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι· οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται, καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδέν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες, ἄλλοι δὲ ὀνίνανται οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχον-

τείας, quod habet etiam Par. V. Hoc an primum verum sit, sanequam ambigas. v. Lobeck. Parerga ad Phrynich. p. 524 seq. Illud certum, *ἀκρασίας* ferri nullo modo posse, quum sermo sit de homine cupiditatum suarum impotente.

B. *ἢ παραδείγματι τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι*] V. *ἢ παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις γ.* Dativum *παραδείγματι* cum Bekkero e Vind. 2. 6. Par. V. et Ven. Ξ. revocavimus. Bas. 2. et Flor. x. *παραδείγματα ἄλλοις*. Theodoret. et Suidas: *παράδειγμα ἄλλοις*. Euseb. *παράδειγμα τοῖς ἄλλοις*. Articulum *τοῖς* non abiecerim, etiamsi sequuntur verba *ἵν' ἄλλοι ὁρῶντες κ. τ. λ.*

ἃ ἂν πάσχῃ] V. *πάσχοι*, soloece et contra fidem codicum. Mox pro vulg. *ἁμάρτωσιν* Ven. Σ. Vind. 2. 6. *ἁμαρτήσωσι*.

diam. Male Vind. 1. *εὐθύς*. v. Phrynich. p. 24. Ducker. ad Thucyd. VIII, 88. Hemsterhus. ad Lucian. Diall. Mort. XXVII, 1.

Cap. LXXXI. B. *ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ*] R. B. Hirschig. haec ut glossema verborum *τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι* eiicienda censet. Non assentior. Nam sententia haec est: unicuique poenae obnoxio, dum ab alio recte punitur et castigatur, etc.

οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε καὶ δίκην διδόντες] ii, qui et utilitatem percipiunt et poenam luunt, h. e. ii, qui, dum poenam luunt, simul inde percipiunt utilitatem. Recte Ficinus sententiam verborum interpretatur: Qui vero apud deos et homines ita dant poenas, ut utilitatem inde aliquam referant, hi sunt, qui sanabilia peccata commiserunt. Similiter infra p. 527 B: *τὸ γίγνεσθαι (δίκαιον) καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην*.

C. *διὰ τὰ τοιαῦτα ἀδικήματα*] propter haec talia peccata, sc. *ἔσχατα*. Unde intelligitur, quae sit vis articuli vulgo male neglecti. De proximis Phaedon. c. LXII: *οἳ δὲ ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων —*,

τας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν Ἅιδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νουθετήματα. ὧν ἐγώ φημι D ἕνα καὶ Ἀρχέλαον ἔσεσθαι, εἰ ἀληθῆ λέγει Πῶλος, καὶ ἄλλον ὅστις ἂν τοιοῦτος τύραννος ᾖ. οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τοὺς τούτων τῶν παραδειγμάτων ἐκ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων πραξάντων γεγονότας· οὗτοι γὰρ διὰ τὴν ἐξουσίαν μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνουσι. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ Ὅμηρος· βασιλέας γὰρ καὶ δυνάστας ἐκεῖνος πεποίηκε τοὺς ἐν Ἅιδου τὸν ἀεὶ χρόνον τιμω- E ρουμένους, Τάνταλον καὶ Σίσυφον καὶ Τιτυόν. Θερσίτην δέ, καὶ εἴ τις ἄλλος πονηρὸς ἦν ἰδιώτης, οὐδεὶς πεποίηκε μεγάλαις τιμωρίαις συνεχόμενον ὡς ἀνίατον·

C. *διὰ τὰ τοιαῦτα ἀδικήματα*] Articulum adiecimus ex Flor. d. o. x. Bodl. Meerm. edit. Bas. 2. Euseb. Theodoret. Suida. Eundem alii et editt. omnes spreverunt.

D. *ἕνα καὶ Ἀρχέλαον ἔσεσθαι*] *ἕνα* om. Euseb. probante Heindorfio, sed melius servatur.

καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τοὺς τ. τ. π.] Sic Clark. Vat. et Par. B. a m. rec. Vulgo: *πολλοὺς εἶναι τούτων τῶν παραδειγμάτων τοὺς ἐκ τυράννων καὶ β.*, in quibus *τῶν παραδειγμάτων* suspectum videbatur Heindorfio. Quam suspicionem confirmare alicui videatur scriptura plurimorum librorum: *πολλοὺς εἶναι τούτων τοὺς τῶν παραδειγμάτων ἐκ τυράννων.* Nam pauci etiam omisso *τούτων*: *εἶναι τοὺς τῶν παραδειγμάτων.* Aug. *εἶναι τούτων τῶν παραδειγμάτων.* v. annot.

τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν τάρταρον. De Republ. X. p. 615. E: *ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιάτως ἐχόντων ἢ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην ἐπιχειροῖ ἀνιέναι.* — *τὰ παραδείγματα.* Articulo utitur, quia respicit ad superiora illa: *ἢ παραδείγματι τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι.* De dictionis probitate non est quod dubites.

παραδείγματα ἀνηρτημένους] Imitatus est hunc locum Basilius M. Hom. IX. p. 366. E., ut monuit Wyttenbach. ad Plutarch. De Sera Num. Vind. p. 108., ubi de Platonico hoc figmento disputavit uberius.

D. *καὶ Ἀρχέλαον*] Respicit ad Poli narrationem cap. XXVI. et XXVII. p. 470. D. seqq.

τοὺς πολλοὺς εἶναι τοὺς τούτων τῶν παραδ.] Sententia haec est: arbitror autem plurimos, qui istiusmodi exemplorum loco proponuntur, fuisse inter tyrannos et reges et dominos. Iungas: *οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλούς, τοὺς τούτων τῶν παραδειγμάτων* (qui sunt in horum exemplorum numero), *εἶναι γεγονότας ἐκ τυράννων κ. τ. λ.* De *εἶναι γεγονότας* v. annot. ad Phaedon. p. 100. D. al.

καὶ Ὅμηρος] Respicitur ad Odyss. λ'. v. 575 seqq.

οὐ γάρ, οἶμαι, ἐξῆν αὐτῷ· διὸ καὶ εὐδαιμονέστερος ἦν ἢ οἷς ἐξῆν. ἀλλὰ γάρ, ὦ Καλλίκλεις, ἐκ τῶν δυναμένων
526 εἰσὶ καὶ οἱ σφόδρα πονηροὶ γιγνόμενοι ἄνθρωποι· οὐδὲν μὴν κωλύει καὶ ἐν τούτοις ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγγίγνεσθαι, καὶ σφόδρα γε ἄξιον ἄγασθαι τῶν γιγνομένων· χαλεπὸν γάρ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιον ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενόμενον δικαίως διαβιῶναι. ὀλίγοι δὲ γίγνονται οἱ τοιοῦτοι· ἐπεὶ καὶ ἐνθάδε καὶ ἄλλοθι γεγόνασιν, οἶμαι δὲ καὶ ἔσονται καλοὶ κἀγαθοὶ ταύτην
B τὴν ἀρετήν, τὴν τοῦ δικαίως διαχειρίζειν ἃ ἄν τις ἐπιτρέπῃ· εἷς δὲ καὶ πάνυ ἐλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου. οἱ δὲ πολλοί,

P. 526. *καὶ σφόδρα γε ἄξιον*] *γε* om. Steph. cum Par. I. et paucis aliis.

τὴν τοῦ δικαίως διαχ.] „*τὴν* addidi ex uno Flor. x. Verae lectionis vestigium remansit apud Theodoretum, ubi pro *τοῦ δικαίως* legitur *ἦν τοι δικαίως*." Haec ita olim scripseram. Ad quae Astius: „Imo articulum *τὴν* post *ἀρετὴν* propter postremam huius vocis syllabam apparet excidisse." Quasi vero ego hoc negaverim! Sed ita ille saepe suum istud imo, imo potius et similia addit, ubi ipsius sententia a nostra vel aliorum opinione minime discrepat. Quod semel in fine operis animadvertisse satis erit.

B. *καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἑλλ.*] *καί*, quod vulgo desiderabatur, additum est ex Clark. Vat. Coisl. Ven. Ξ Σ. Vind. 1. 2. 6. 7.

E. *ἐξῆν αὐτῷ*] Intell. *μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνειν.* Male alii intelligunt *ἀνιάτῳ γίγνεσθαι.*

P. 526. *ὀλίγοι δὲ γίγνονται*] Totus hic locus usque ad superiorem editionem nostram vitiose distinctus circumferebatur. Nam ante *ὀλίγοι δέ* minor erat interpunctio, ante *ἐπεὶ καὶ ἐνθάδε* autem plene distinguebatur. At enim vero inde ab *ὀλίγοι δὲ γ.* novam ordiri sententiam, quae deinde fusius illustretur, adeo manifestum est, ut vix verbo opus sit. Illud tamen monendum videtur, verbum *γίγνονται* habere *τόνωσιν.* Rectam rationem novissimi editores taciti adoptarunt. Affert hunc Platonis locum Plutarch. Vit. Aristid. cap. 25. philosophi comprobans iudicium.

B. *καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἑλλ.*] non solum apud Athenienses. *Εἰς* ne quis positum pro *ἐν* opinetur, meliora docebunt quae diximus ad Sympos. cap. VII. Videlicet *ἐλλόγιμος εἰς τ. ἄλλ. Ἕλληνας* vocatur is, cuius fama diffusa et sparsa est ad reliquos Graecos.

Cap. LXXXII. *ἐπισημηνάμενος, ἐάν τε —*] „In Libr. X. de Republ. p. 614. C. refertur *δικαστὰς μεταξὺ δυοῖν χασμάτοιν καθῆσθαι· οὓς ἐπειδὴ διαδικάσειαν, τοὺς μὲν δικαίους κελεύειν πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω* [*διὰ τοῦ οὐρανοῦ, σημεῖα περιάψαντας τῶν δεδικασμένων ἐν τῷ*

ὦ ἄριστε, κακοὶ γίγνονται τῶν δυναστῶν. Cap. LXXXII. Ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐπειδὰν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος τοιοῦτόν τινα λάβῃ, ἄλλο μὲν περὶ αὐτοῦ οὐκ οἶδεν οὐδέν, οὔθ' ὅςτις οὔθ' ὧντινων, ὅτι δὲ πονηρός τις· καὶ τοῦτο κατιδὼν ἀπέπεμψεν εἰς τάρταρον ἐπισημηνάμενος, ἐάν τε ἰάσιμος ἐάν τε ἀνίατος δοκῇ εἶναι· ὁ δὲ ἐκεῖσε ἀφικόμενος τὰ προςήκοντα πάσχει. ἐνίοτε δ' ἄλλην εἰςιδὼν ὁσίως βεβιωκυῖαν καὶ μετ' ἀληθείας, ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ ἄλλου τινός, μάλιστα μέν, ἔγωγέ φημι, ὦ Καλλίκλεις, φιλοσόφου τὰ αὑτοῦ πράξαντος καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ, ἠγάσθη τε καὶ ἐς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε. ταὐτὰ ταῦτα καὶ ὁ Αἰακός. ἑκάτερος δὲ τού- C

Par. BV. Flor. a. c. m. o. x. Bodl. Meerm. ed. Bas. 2. Euseb. Aristid.

C. *ἐνίοτε δ' ἄλλην εἰςιδ.* —] Post ἢ ἄλλου τινός ap. Euseb. additur *ψυχήν*, probante Heindorfio. Codd. Platonis tamen de lectione vulgata plane consentiunt.

ἐς μακάρων νήσους] Sic Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCIVW. Flor. a. b. c. m. o. Bodl. pro vulg. *εἰς μ.* v. ad p. 523. B.

ταὐτὰ ταῦτα καὶ ὁ Αἰακός] V. *ταὐτὰ δὲ ταῦτα.* Omisi *δὲ* cum Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFIW. Flor. b. f. s. x. Bodl. et Euseb.

πρόσθεν, τοὺς δὲ ἀδίκους τὴν εἰς ἀριστεράν τε καὶ κάτω, ἔχοντας καὶ τούτους ἐν τῷ ὄπισθεν σημεῖα πάντων ὧν ἔπραξαν." ROUTH.

C. *ἢ ἄλλου τινός*] Durum profecto est, quod *ψυχήν* intelligendum relinquitur. Itaque Heindorf. ex Eusebio edidit *ἄλλου τινὸς ψυχήν*, quod tamen quominus reciperem, impediit codicum omnium de lectione vulgata consensio. Inest igitur in his liberior quaedam orationis conformatio. — Deinde *πολυπραγμονῆσαι* dicitur is, qui *οὐ τὰ ἑαυτοῦ πράττει*, sed alienis districtus negotiis, quid sibi ipsi agendum sit, parum curat. Enimvero *τὰ ἑαυτοῦ πράττειν* imprimis viro iusto ac temperanti, imo philosopho convenit. De Rep. IV. p. 433. A. Tim. p. 72. A. ibique annot.

ταὐτὰ ταῦτα καὶ ὁ Αἰακός] Intell. *ποιεῖ.* Asyndeton elegans.

ἑκάτερος δὲ τούτων — νέκυσσιν] Quod Rhadamanthus et Aeacus virgas tenent, comparatum hoc est ad similitudinem iudicum Atheniensium, de quibus vid. Wachsmuth. Hellen. antiquitatt. II, 1. p. 315. Minos vero in solio sedet et aureum sceptrum gestat, ut apud Homer. Odyss. XI. v. 567 seq. Totum hunc locum Heindorf. ab aliena manu additum censuit, assentiente Astio, cui recte

των ῥάβδον ἔχων δικάζει. ὁ δὲ Μίνως ἐπισκοπῶν κάθη-
D ται, μόνος ἔχων χρυσοῦν σκῆπτρον, ὥς φησιν Ὀδυσσεὺς ὁ Ὁμήρου ἰδεῖν αὐτὸν

χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσιν.

Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Καλλίκλεις, ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ, ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην τὴν ψυχήν. χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς τιμὰς τὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν πειράσομαι τῷ ὄντι ὡς ἂν δύνωμαι βέλτιστος ὢν καὶ ζῆν
E καί, ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. παρακαλῶ δὲ καὶ

D. *θεμιστ. νέκυσσιν*] Sic Clark. Vat. Ven. Ξ Σ. Vind. 2. 7. Par. V. Bodl. Aug. Meerm. Euseb. Vett. editt. *νέκυσι*. Exempla Homeri habent *νεκύεσσιν*, ubi praecedit *θεμιστεύων*.

ὡς ὑγιεστάτην τὴν ψυχήν] Post *ὑγιεστάτην* vulgo addunt *ἔχων*, quod omisimus cum Clark. Vat. Coisl. Vind. 1. 6. 7. Par. BCEFIW. novem Florentt.

obloquitur **Boeckhius** in Min. et Legg. p. 29. Nam ut haec otiosa sint, quae tandem ista severitas est, quae in fabulosa narratione nihil tolerandum censeat, quod pertineat ad ornatum? Sed ne sunt quidem haec supervacanea, quae si abessent, equidem valde mirarer abruptum hunc narrationis finem. Postquam enim p. 524. A. in universum indicatum est, quae sint munera et officia iudicum inferorum, inde a p. 525. D. accuratius describitur, quomodo Rhadamanthus versetur in explorandis iudicandisque manibus. Qua narratione absoluta breviter additur eadem prorsus facere Aeacum, quippe qui iudicium de Europaeis pariter exerceat atque Rhadamanthus de Asiae incolis. Quid igitur? quum horum severitatem accuratius descriptam videamus, Minois, cui iudicandi *πρεσβεῖα* demandata sunt, nullam amplius fieri mentionem non mirabimur? Imo vero cum ipso Platone haec addenda indicabimus. Describit autem philosophus secundum Homerum Minois maiestatem atque dignitatem paucis quidem, sed iis gravissimis verbis, narrans eum aureo sceptro utentem iustitiae vindicem et custodem assidere, quum ceteri virga utantur. Ceterum primus vitium sustuli, pusillum illud quidem, sed quo tamen oratio scriptoris misere deformabatur. Distinxi enim post *κάθηται*, quum vulgo post *μόνος* comma inferretur. Id taciti sequuti sunt etiam novissimi editores.

D. *ὅπως ἀποφανοῦμαι — τὴν ψυχήν*] quomodo iudici animum meum quam sanissimum possim ostendere. Nam ita *ἀποφανοῦμαι* accipiendum vi verbi medii. Intelligitur nunc, opinor, unde ortum sit illud *ἔχων* vulgo ante *τὴν ψυχήν* intrusum.

τὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων] Cave *ἀνθρώπων* deleveris.

τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, καθ᾽ ὅσον δύναμαι, καὶ δὴ καὶ σὲ ἀντιπαρακαλῶ ἐπὶ τοῦτον τὸν βίον καὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν ἐγώ φημι ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδε ἀγώνων εἶναι, καὶ ὀνειδίζω σοι, ὅτι οὐχ οἷός τ᾽ ἔσει σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖ καὶ ἡ κρίσις ἣν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ἀλλὰ ἐλθὼν παρὰ τὸν δικαστὴν τὸν τῆς Αἰγίνης υἱόν, ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ἄγῃ, 527
χασμήσει καὶ ἰλιγγιάσεις οὐδὲν ἧττον ἢ ἐγὼ ἐνθάδε σὺ ἐκεῖ, καί σε ἴσως τυπτήσει τις καὶ ἐπὶ κόῤῥης ἀτίμως καὶ πάντως προπηλακιεῖ.

E. *καὶ σὲ ἀντιπαρ.*] V. *καί σε*, quod Heindorf. emendavit. Dein solus Stephanus, errore, ut videtur, edidit *ἐπὶ τούτων τὸν βίον*.

P. 527. *τυπτήσει τις καὶ ἐπὶ κόῤῥης*] *καί*, quod aberat vulgo, additum est ex Clark. Vat. Coisl. Par. B C E F I V W. novem Florr. Bodl. 1. Euseb. Theodoret.

v. ad Phaedon. p. 65. A. Mox pro *τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν* Cobetus in Novis lectt. p. 629. coniectat *τὴν ἀλήθειαν ἀσκῶν*.

τὴν ἀλήθειαν σκοπ.] Quid nunc intelligatur *ἀλήθεια*, docent satis superiora illa: *ἐνίοτε δ᾽ ἄλλην εἰσιδὼν ὁσίως βεβιωκυῖαν καὶ μετ᾽ ἀληθείας κ. τ. λ.*

E. *ἀντιπαρακαλῶ ἐπὶ τ. τ. β.*] vicissim te cohortor. Respicit ad illa p. 521. A: *ἐπὶ ποτέραν οὖν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν τῆς πόλεως κ. τ. λ.* et p. 486. A. seqq.

καὶ ὀνειδίζω σοι —] Perstringit inter alia illa Calliclis p. 486. A: *εἴ τις σοῦ λαβόμενος ἢ ἄλλον ὁτουοῦν τῶν τοιούτων εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι, φάσκων ἀδικεῖν μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶσθ᾽, ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ᾽ ἰλιγγιῴης ἂν καὶ χασμῷο οὐκ ἔχων ὅ τι εἴποις —. τὸν τοιοῦτον — ἔξεστιν ἐπὶ κόῤῥης τύπτοντα μὴ διδόναι δίκην.*

τὸν τῆς Αἰγίνης υἱόν] Olympiodorus: *προσέθηκε τὴν Αἴγειναν* (sic), *ἐπειδὴ καὶ ὁ Καλλικλῆς ἀπὸ Αἰγείνης ἦν.*

P. 527. *τυπτήσει τις —*] Attica futuri forma. vid. Pierson. ad Moer. p. 373. Alias etiam formas a *τυπτέω* ductas collegit Lobeck. ad Phrynich. p. 764. — Mox verba *ἐπὶ κόῤῥης* Heindorfio immerito suspecta fuerunt. Loquitur Socrates durius quam pro consueta humanitate, quia Callicli regerit quae ille p. 486. al. in ipsum congesserat. Violentior Heindorfio Cobetus est Varr. lectt. p. 334., qui eiecto *καί* etiam *ἀτίμως* omittendum censet, quod putat a quolibet factum iri, qui Platonem et Atticos in succum et sanguinem verterit. Nos vero putamus aliter esse sensuros qui caussas Platonicae copiae et ubertatis rectius aestimare atque iudicare didicerint. Neque enim istud *καί* neque voc. *ἀτίμως* carent vi atque pondere.

Τάχα δ' οὖν ταῦτα μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὥςπερ γραός, καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν. καὶ οὐδέν γ' ἂν ἦν θαυμαστὸν καταφρονεῖν τούτων, εἴ πῃ ζητοῦντες εἴχομεν αὐτῶν βελτίω καὶ ἀληθέστερα εὑρεῖν· νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅτι τρεῖς ὄντες ὑμεῖς, οἵπερ σοφώτατοί ἐστε τῶν νῦν Ἑλ-
B *λήνων, σύ τε καὶ Πῶλος καὶ Γοργίας, οὐκ ἔχετε ἀποδεῖξαι, ὡς δεῖ ἄλλον τινὰ βίον ζῆν ἢ τοῦτον, ὅςπερ καὶ ἐκεῖσε φαίνεται συμφέρων, ἀλλ' ἐν τοσούτοις λόγοις τῶν ἄλλων ἐλεγχομένων μόνος οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λόγος, ὡς εὐλαβητέον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ εἶναι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· ἐὰν δέ τις*

ὥςπερ γραός] Flor. x. Theodoret. Euseb. et edit. Bas. 2. *ὥςπερ ὑπὸ γραός*. Male; ad *ὥςπερ γραός* int. *μῦθος*. Mox vulg. *θαυμαστὸν ἦν*, quem verborum ordinem paucissimi cum Par. EF. tuentur.

C. *Ἐμοὶ οὖν πειθόμενος*] Sic Vat. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. BCIVW. Flor. a. b. c. d. m. o. x. Meerm. Bodl. Vulgo *Ἐμοὶ μὲν οὖν*.

ὡς ὁ σὸς λόγος σημαίνει] Sic edidimus e Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFI. Flor. a. b. c. d. f. m. o. s. Bodl. Bas. 2. consentiente Hermanno. Vulgo *ὡς ὁ λόγος σημαίνει*, idque critico

οὐδέν γ' ἂν ἦν θαυμαστὸν καταφρονεῖν τούτων] nihil mirum foret, quod quis haec despiceret, si qua ratione quaerentes possemus iis meliora et veriora invenire. Paullo ante ad *ὥςπερ γραός* intell. *μῦθος*. Fabulae anicularum in proverbium abierunt. v. paroemiographos in v. *Γραῶν ὕθλος*.

B. *καὶ ἐκεῖσε φαίνεται συμφέρων*] qui etiam ad alteram illam vitam valere videtur. Nam *ἐκεῖσε*, ut sexcenties alibi *ἐκεῖ*, de altera vita intelligendum; eodem modo Latini illic et illuc frequentarunt. vid. Monk. ad Eurip. Alcest. v. 760.

οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λόγος] Olympiodorus: *ἀντὶ τοῦ ἀσάλευτος μένει ὑπὸ μηδενὸς ἐλεγχόμενος*.

οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι.—] Notus est versus apud Aeschylum Septem c. Theb. v. 598. de Amphiarao: *οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει*. Contra plerisque hominibus *τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν* unice propositum esse docet philosophus Theaet. p. 176. B. Deinde quod Heindorf. legendum suasit *καὶ τοῦτο τὸ δεύτερον ἀγαθόν*, ea coniectura nihil opus. Nam *τοῦτο* subiectum est, *δεύτερον ἀγαθόν* praedicatum. v. Gorg. p. 510. D. Proxima sic interpreteris: secundum bonum hoc esse, ut iustus fias eo, quod castigatus poenam luas. v. ad p. 525. B.

C. *οὕτω χρηστέον, ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεί*] Postrema haec addita sunt, ut vocem *οὕτω* interpretentur. Cuius rationis ex-

κατά τι κακὸς γίγνηται, κολαστέος ἐστί, καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν μετὰ τὸ εἶναι δίκαιον, τὸ γίγνεσθαι καὶ C κολαζόμενον διδόναι δίκην· καὶ πᾶσαν κολακείαν καὶ τὴν περὶ ἑαυτὸν καὶ τὴν περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ περὶ ὀλίγους καὶ περὶ πολλούς, φευκτέον· καὶ τῇ ῥητορικῇ οὕτω χρηστέον, ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεί, καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ πράξει.

Cap. LXXXIII. Ἐμοὶ οὖν πειθόμενος ἀκολούθησον ἐνταῦθα, οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας, ὡς ὁ σὸς λόγος σημαίνει. καὶ ἔασόν τινά σου καταφρονῆσαι ὡς ἀνοήτου καὶ προπηλακίσαι, ἐὰν βούληται, καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαῤῥῶν πατάξαι D

cuidam unice verum videbatur. At enim vero primum quidem temerarium fuerit tam multis tamque bonis codicibus praeter iustam caussam repugnare velle. Deinde caussa satis aperta est, cur Socrates nunc dicat *ὡς ὁ σὸς λόγος σημαίνει*. Admonet enim ita Calliclem gravissime eorum, quae ipse in disputatione superiore concesserat. Ficinus quoque: quemadmodum tuus quoque sermo significat.

D. *θαῤῥῶν πατάξαι*] Sic teste Bekkero libri ipsius omnes praeter Par. F. rec., qui cum Stephano habet *πάταξαι:* sic item Florentini.

empla congessimus ad Sympos. p. 215. A.

Cap. LXXXIII. *πειθόμενος ἀκολούθησον ἐνταῦθα*] H. e. *εἰς τοῦτον τὸν τρόπον τοῦ βίου.* Ceterum vid. annot. ad p. 494. E.

καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαῤῥῶν πατάξαι —] Ignominiosam plagam intelligit *τὸ ἐπὶ κόῤῥης πατάσσεσθαι.* Cornarius pro *σύ γε θαῤῥῶν* reponi iubet *ἐπί γε κόῤῥης.* Satis inficete. Neque enim pronomen *σύ* in altero membro sic illatum quidquam habet offensionis. Homer. Odyss. *β′.* v. 326: *ἤ τινας ἐκ Πύλου ἄξει ἀμύντορας ἠμαθόεντος, ἢ ὅ γε καὶ Σπάρτηθεν, ἐπεί νύ περ ἵεται αἰνῶς.* Theocrit. I, 124: *αἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω, αἴτε τύ γ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον.* Id. X, 34: *τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύ γα μᾶλον.* Plura collegit Ernestius ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 150. Neque aliter Latini. Horat. Od. I, 9, 15: nec dulces amores sperne, puer, neque tu choreas, ubi vid. Bentleium. — Pro *πάταξαι* Steph., Cornar., Heindorf., Buttm., alii reponendum iudicarunt *πατάξαι*, ut e superioribus intelligatur *ἔασον.* Quae ratio sane propter istud *σύ γε θαῤῥῶν* displicere possit, siquidem *θαῤῥῶν* videtur imperativum postulare. Euthydem. p. 307. B: *ἐὰν μέν σοι φαίνηται φαῦλον ὄν, πάντ' ἄνδρα ἀπότρεπε, μὴ μόνον τοὺς υἱεῖς· ἐὰν δὲ φαίνηται οἷον οἶμαι αὐτὸ ἐγὼ εἶναι, θαῤῥῶν δίωκε καὶ ἄσκει.* De Republ. V. p. 451. B: *ἀλλὰ θαῤῥήσας λέγε.* Legg. I. p. 642. D: *θαῤῥῶν ὁπόσα βούλει λέγε.* Sophist.

τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσει, ἐὰν τῷ ὄντι ᾖς καλὸς κἀγαθός, ἀσκῶν ἀρετήν. κἄπειτα οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότε ἤδη, ἐὰν δοκῇ χρῆναι, ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς, ἢ ὁποῖον ἄν τι ἡμῖν δοκῇ, τότε βουλευσόμεθα, βελτίους ὄντες βουλεύεσθαι ἢ νῦν. αἰσχρὸν γὰρ ἔχοντάς γε ὡς νῦν φαινόμεθα ἔχειν, ἔπειτα νεανιεύεσθαι ὥς τι ὄντας, οἷς οὐδέποτε ταὐτὰ δοκεῖ
E περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων· εἰς τοσοῦτον ἥκομεν ἀπαιδευσίας! ὥςπερ οὖν ἡγεμόνι τῷ λόγῳ χρησώμεθα τῷ νῦν παραφανέντι, ὃς ἡμῖν σημαίνει, ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου, καὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. τούτῳ οὖν ἑπώμεθα, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῶμεν, μὴ ἐκείνῳ, ᾧ σὺ πιστεύων ἐμὲ παρακαλεῖς· ἔστι γὰρ οὐδενὸς ἄξιος, ὦ Καλλίκλεις.

τῷ ὄντι ᾖς καλός] *ᾖς* deest in vett. editt. praeter Bas. 2. Servarunt illud Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. 6. 7. Par. VW. Flor. a. d. x. Bodl. Meerm. In Flor. c. m. o. *ᾗ* scriptum, quo ipso firmatur etiam magis receptae lectionis veritas.

ὁποῖον ἄν τι ἡμῖν δοκῇ] *ἡμῖν* ex Clark. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. aliisque plurimis restitutum est.

E. *καὶ τὴν δικαιοσύνην*] *καὶ* additum ex Vat. Coisl. Vind. 1. 6. Par. BCEFIW. Flor. a. b. f. m. o. s. x. et edit. Bas. 2.

p. 242. B. Theaet. p. 145. C. p. 157. D. Aristoph. Rann. v. 1016. al. Itaque *πάταξαι* interpretatur Heusdius: sine te verberari, patere ut verbereris. Veruntamen recte Buttmannus verbum medium ait significaturum esse cura te verberandum idque ab hoc loco alienum esse. Aristophan. Nubb. v. 494. Strepsiades interrogatus: *Τί δρᾷς, ἤν τίς σε τύπτῃ;* respondet: *Τύπτομαι*, h. e. *ἐῶ ἐμαυτὸν τύπτεσθαι.* Sed ibi tamen *τύπτομαι* sensu passivo positum videtur. Itaque *θαῤῥῶν* pertinet ad *ἔασον*, quod ex superioribus repetendum est. De formula *καὶ ναὶ μὰ Δία* v. ad p. 483. E.

D. *οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότε ἤδη*] et quum ita communiter ei studuimus, tum demum — ad res civiles tractandas accedemus. Sic *τότε δέ, τότε δή, τότ' ἤδη* passim post participia inferuntur. v. Fischer. ad Weller. T. III. P. II. p. 92. Goeller. ad Thucyd. V, 46. Dictionem *ἐπιτίθεσθαί τινι πράγματι* exemplis illustravit Boissonad. ad Philostr. Heroica p. 343.

ἔπειτα νεανιεύεσθαι —] tamen iuveniliter nos iactare ac superbire. De *ἔπειτα* v. ad Phaedon. p. 70. E. Verba *εἰς τοσοῦτον ἥκομεν ἀπαιδευσίας* addita sunt per epiphonema.

Gothae. Typis Engelhardo-Reyherianae officinae.

Platonis opera omnia. Recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit Godofredus Stallbaum. X voll. (21 sectiones.) gr. 8. 1836—1861. 21 Thlr. 15 Ngr.

Einzeln:

Vol. I. Sect. I. Apologia et Crito. Editio IV. aliquanto auctior et emendatior. [LXXII u. 252 S.] 1858. 24 Ngr.

— — II. Phaedo. Editio III. superioribus multo auctior et emendatior. [262 S.] 1850. 22½ Ngr.

— — III. Symposium. Editio III. auctior et emendatior. [LXXVIII u. 230 S.] 1852. 22½ Ngr.

Vol. II. Sect. I. Gorgias. Editio III. plurimis partibus aucta atque emendata novisque prolegomenis instructa. [346 S.] 1861. 24 Ngr.

— — II. Protagoras. Editio II. multis partibus aucta et emendata. [220 S.] 1840. 24 Ngr.

Vol. III. Sect. I. u. II. Politia sive de republica libri X. Editio II. plurimis locis aucta et emendata. 2 voll. 1858. 1859. 2 Thlr. 15 Ngr.

Einzeln: Vol. I. Libri I—V. [CXXXVI u. 480 S.] 1858. 1 Thlr. 12 Ngr.

Vol. II. Libri VI—X. [516 S.] 1859. 1 Thlr. 3 Ngr.

Vol. IV. Sect. I. Phaedrus. Editio II. multo auctior et emendatior. [CXL u. 224 S.] 1857. 24 Ngr.

— — II. Menexenus, Lysis, Hippias I et II, Io. Editio II. plurimum emendata et locupletata. [408 S.] 1857. 27 Ngr.

Vol. V. Sect. I. Laches, Charmides, Alcibiades uterque. Editio II. multo auctior et emendatior. [396 S.] 1857. 27 Ngr.

— — II. Cratylus. [245 S.] 1835. 27 Ngr.

Vol. VI. Sect. I. Euthydemus. [210 S.] 1836. 21 Ngr.

— — II. Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae et Hipparchus. [342 S.] 1836. 1 Thlr. 12 Ngr.

Vol. VII. Timaeus et Critias. [514 S.] 1838. 1 Thlr. 24 Ngr.

Vol. VIII. Sect. I. Theaetetus. [292 S.] 1839. 1 Thlr. 12 Ngr.

— — II. Sophista. [244 S.] 1840. 27 Ngr.

Vol. IX. Sect. I. Politicus et incerti auctoris Minos. [396 S.] 1841. 27 Ngr.

— — II. Philebus. [406 S.] 1842. 27 Ngr.

Vol. X. Sect. I—III. Leges et Epinomis. 3 voll. 1858—1860. 3 Thlr. 18 Ngr.

Einzeln jeder Band à 1 Thlr. 6 Ngr.:

Vol. I. De legibus libri I—IV. [CLXXV u. 468 S.] 1858.

— II. De legibus libri V—VIII. [CIX u. 484 S.] 1859.

— III. De legibus libri IX—XII. Epinomis. Index. [584 S.] 1860.

Susemihl, Dr. Franz, die genetische Entwickelung der Platonischen Philosophie einleitend dargestellt. 2 Theile. gr. 8. 1855—1860. geh. n. 7 Thlr.

Einzeln:

I. Theil. 1855. n. 3 Thlr. — II. Theiles 1. Hälfte. 1857. n. 2 Thlr. 2. Hälfte. 1860. n. 2 Thlr.

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. II. SECT. II.

CONTINENS

PROTAGORAM.

EDITIO TERTIA MULTIS PARTIBUS AUCTA ET EMENDATA.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXV.

PLATONIS

PROTAGORAS.

RECOGNOVIT

ET

CUM GODOFREDI STALLBAUMI SUISQUE ANNOTATIONIBUS

EDIDIT

DR. J. S. KROSCHEL,

IN GYMNASIO STARGARDIENSI SUPERIORUM ORDINUM PRAECEPTOR.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

LECTORI B. S.

Godofredus Stallbaumius, quo nostra memoria de Platonis scriptis universis melius nemo meruit, secundam editionem huius dialogi anno 1840 adornavit. Cuius editionis retractandae cura quum mihi mandata esset, id agendum putavi, ut quae Stallbaumius ad Platonis verba mentemque recte intelligenda scripsisset, cum religione servarem, quae hodie legentibus usui non essent, inducerem et delerem. Itaque virum doctissimum in sermonis argumento explicando ducem secutus sum, sed quae de sophistis, de totius disputationis proposito, de tempore quum colloquii habiti tum libri conscripti disputaverat, ea mihi non probata sunt. Deinde in notis criticis quae vocantur pleraque intacta reliqui iisque ea quae his annis ad scriptoris verba emendanda excogitata sunt probabilia, adscripsi, alias autem annotationes, quibus vir grammaticae subtilioris inter paucos peritus iam ante quinque lustra recte verba interpretatus erat vel res explicaverat, Stallbaumi nomine insignitas suo quamque loco lector inveniet. Denique me profiteor in Platonis oratione constituenda a Stallbaumianae editionis scriptura non paucis locis recessisse, quibus illam quidem vel de aliorum coniecturis vel de meis in pristinam integritatem restituerem. Cuius instituti rationem quum singulis locis reddiderim, hic disputatione eo facilius

supersedere possum, quod quidquid ipse novavi, plena argumentatione defendi in Studiis philologicis, sic enim commentationem inscripsi, in qua huius dialogi locos difficiliores tractavi, insertaque ea Jahni Annalibus philolog. classic. 1863 p. 825—856 invenitur.

Sed haec quidem hactenus de ratione in hac editione curanda a me inita. Quae ut ad interiorem libri intelligentiam aliquid conferat et a viris harum litterarum studiosis favore excipiatur, ex animo opto.

Scribebam Erfurti, Kalendis Juliis a. MDCCCLXIV.

PRAEFATIO

AD

PROTAGORAM.

Ut apud Diogenem Laert. III, 59, ita in omnibus libris scriptis et in veteribus editionibus huius dialogi inscriptio haec exhibetur: *Πρωταγόρας ἢ Σοφισταί.* Quem duplicem titulum quamquam non ipse Plato libro praescripsisse putandus est[1]), tamen eo ipso monemur, ut *qui sophistae apud Graecos dicti sint*, breviter explicemus. Fuit enim illud nomen aliis temporibus honestissimum, aliis adeo invidiosum, ut multi, ne hominum premerentur odio, illam appellationem aspernarentur. Atque antiquo tempore sophistae omnes appellati sunt, qui vel ingenii magnitudine rerumque usu vel disciplina aliqua praecipua praeter ceteros sapere visi sunt, ut inter sophistam et sapientem nihil interesset. Et patuit illud nomen aeque late ac nomen *σοφίας*, unde ducitur, quo vocabulo, Suida teste[2]), quamlibet disciplinam, et artem et prudentiam atque scientiam significabant. Itaque non modo poetae omnes et qui rerum investigatione et cognitione delectabantur, sed ii etiam, qui rempublicam prudenti moderabantur consilio, sophistae et habiti et dicti sunt. Herodotus quidem et Solonem, quem ex Atheniensibus primum sophistam appellatum esse Isocrates[3]) tradidit, et ceteros, qui proprie dici solent sapientes, sophistae nomine nuncupavit lib. I c. 29. Eo enim loco Lydorum opibus per Croesum auctis Sardes concessisse ait quum alios omnes sophistas, qui eo tempore in

---

1) Proclus in Politiam p. 350 edit. Plat. Basil. I: (*δείξαντες περὶ τῆς ἐπιγραφῆς*) *ὅτι ἀρχαία καὶ οὐ νενοθευμένη καθάπερ ἄλλαι τῶν ἐπιγραφῶν προσθέσεις οὖσαι τῶν νεωτέρων τῆς ἐξουσίας ἀπολαυόντων*. conf. Diogen. Laert. III. 57 et *Stallbaum* Prolegom. ad Plat. Politiam p. XC.

2) *Σοφίαν. κοινῶς ἁπάντων μάθησιν, καὶ τὴν τέχνην, καὶ τὴν φρόνησιν καὶ ἐπιστήμην, τὸν νοῦν.*

3) Or. XV, 313: *τοὺς καλουμένους σοφιστὰς ἐθαύμαζον καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν . . Σόλωνα μὲν γάρ, τὸν πρῶτον τῶν πολιτῶν λαβόντα τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, προστάτην ἠξίωσαν τῆς πόλεως εἶναι.*

Graecia fuissent, tum vero Solonem Atheniensem.[4]) In eodem numero apud eundem scriptorem lib. IV c. 95 Pythagoras ponitur ex eiusque disciplina Zamolxis morum probitatem et sanctitatem habuisse perhibetur[5]). Quibus viris poetae, ut dixi, possunt addi, qui a multis sophistico nomine significati sunt, veluti a Pindaro Isthm. Od. IV. v. 32 et a Cratino in Archilochis, ut Clemens Alex. Strom. I p. 280 docet: *Κρατῖνος . . ποιητὰς καταλέξας ἔφη Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε*, conf. Diogenes Laert. Prooem. 12: *Οἱ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί, καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.* Illos autem homines omnes ob id ipsum, quia in gravissimis rebus maxima videbantur esse intelligentia, sophistas appellatos esse, non ut eo nomine irriderentur, id et per se manifestum est, et Themistii testimonio constat, cuius verba or. XXIII. p. 286 haec sunt: *ὅτι πάλαι τοὔνομα τοῦτο ὁ σοφιστὴς σεμνόν τε ἦν καὶ ἐπ' ἀξιώσει καὶ ὅτι Σόλωνα σοφιστὴν ὠνόμαζον οἱ τότε ἄνθρωποι καὶ Πυθαγόραν, ἀπειροκάλου ἂν εἴη κωμῳδοποιῶν ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν καὶ ξυγγραφέων.*

Verum is nominis honos haud diu mansit variisque de causis illa appellatio in invidiam offensionemque hominum incurrit. Themistius l. l. id factum esse dicit, ex quo Protagoras et Prodicus et Gorgias illo nomine assumpto sapientiam venalem circumtulissent nec nisi magno pretio aliis tradidissent. Quae sententia quamquam non ex omni parte vera est neque a Protagora aut Gorgia aut Prodico causa illius in sophistas odii est ducenda, tamen id certum est, huius vocabuli vim illorum aetate non leviter esse mutatam. Ad illud tempus, ut vidimus, sophistae nominati sunt, quicunque ex universo genere humano ad summam humanitatem pervenisse videbantur. Sed quum singulis vitae generibus sua ac propria nomina inventa essent, ut ii, qui in ipsa rerum contemplatione studium collocabant, Pythagora auctore philosophi appellarentur, iique qui in republica administranda excellebant, politici, tum fieri non potuit quin illud vocabulum alia significatione ac pristina usurparetur et, ut plerumque fit, in deterius acciperetur. Dilucide id in philosophis cernitur; quos qui Socratis aetate sophistas dicebat esse, iniquo is animo probri ac contumeliae causa ea appellatione usus est, ut eos sapientia sua veteratorie abuti significaret. Eo consilio Aristophanes Socratem eiusque familiares, Lysias Platonem et

---

4) . . *ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, οἳ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἐόντες . . καὶ δὴ καὶ Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος.*

5) *Ζάμολξιν . . Ἕλλησί τε ὁμιλήσαντα καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ κατασκευάσασθαι κτέ.*

Aeschinem[6]), alii alios sophistas nominaverunt[7]). Nec tamen ea ratio philosophiae propria fuit, sed ad alias vitae partes pertinuit, quod perspicuis verbis prodidit Isocrates or. XV. 235: *Σόλων μέν*, inquit, *τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν ἐκλήθη καὶ ταύτην ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν τὴν νῦν ἀτιμαζομένην καὶ κρινομένην παρ' ὑμῖν.* Quam eandem rem fortius etiam scriptor libri, qui est de venatione quique in Xenophonteis vulgo numeratur, his verbis exprimit c. 13, 8: *σοφιστὴν κληθῆναι ὄνειδός ἐστι παρά γε τοῖς εὖ φρονοῦσι.* Hoc autem utroque loco illa vocabuli sophistae significatio scribentis animo obversata est, quae apud Atticos longe erat usitatissima, quippe qui sophistam, qui quidem eo nomine dignus esset, liberalium artium et virtutis magistrum intelligerent. Verissime enim scholiastes ad Aristoph. nubb. v. 331 hanc vocem interpretatur quum dicit: *σοφιστὰς τοὺς διδασκάλους νόει ὡς τοὺς ἄλλους σοφίζοντας*, conf. Suid. s. v. Atque huius activae quae dicitur significationis auctor fuit Protagoras Abderites, summa vir ingenii facilitate et singulari doctrinae copia, qui quae aut ipse subtiliter excogitaverat aut ab aliis recte inventa esse viderat, ea ad hominum rationes ac communem intelligentiam accommodare in animum induxerat[8]).

Itaque quum quidem ille humanitatis et virtutis magistrum se profitebatur, id disciplina se pollicebatur effecturum, ut omnes, qui sibi operam darent, illorum hominum instar, qui olim sophistae dicti erant, sapientiae laude florerent. Quis est autem quin sponte videat hanc viri professionem mentes animosque hominum eo vehementius percellere debuisse, quo magis inter Athenienses illis temporibus regnabat publicorum honorum cupiditas malaque ambitio? Nimirum ita paene necessitate quadam factum est, quod factum esse novimus, ut fere nullus esset laudis cupidior adolescens, quin se tali disciplina et institutione frui quam maxime vellet. Ac tanto vehementius haec studia plurimorum hominum excitata sunt, quod Protagoras consilio prudentissimo cum institutione ad virtutem coniungebat artis

---

6) Aristid. vol. III. p. 517 (ed. Dindorf. vol. II. p. 407): *οὐ Λυσίας Πλάτωνα σοφιστὴν καλεῖ καὶ πάλιν Αἰσχίνην*; v. Athen. XIII. p. 612 F.

7) Non dubito, quin iam Diogenes Apolloniates adversarios eadem de causa sophistas appellaverit, v. Brandis Histor. Philos. Gr. I. p. 276.

8) Plat. Protag. p. 349 A: *σὺ δέ, ὦ Πρωταγόρα, ἀναφανδὸν σεαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας, σοφιστὴν ἐπονομάσας, σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον, πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἄρνυσθαι.* ibid. p. 317 B: *ὁμολογῶ σοφιστὴς εἶναι καὶ παιδεύειν ἀνθρώπους.* De vita et philosophia huius sophistae copiosissime egerunt Joan. Frei Quaestiones Protagoreae (Bonn. 1845) et Joan. Vitringa Disquisitio de Protagorae vit. et philos. (Groning. 1852).

dicendi disciplinam, qua ii omnes vel maxime indigere videbantur, qui vellent in sua ipsorum civitate ad aliquam gloriam et auctoritatem pervenire. Etenim quidquid vel ad disserendi subtilitatem vel ad dicendi facultatem pertinere videretur, id omne ille doctrina et institutione sua complexus est. Itaque operam dedit grammaticae, quam etiam scriptis illustravit; tractavit item rhetoricam, cuius efficaciam atque vim augere et amplificare studuit adsumpta poetarum interpretatione, quae singulorum locorum sententias subtiliter rimaretur, omniumque studiosissime elaboravit in dialecticis, ut adeo Socraticam disputandi rationem quodammodo praeivisse vel formavisse iudicatus sit[9]).

Qui quum magistri munus summa cum laude obiret[10]), multi eius exemplum secuti artem sophisticam professi sunt, ut Prodicus Ceus, Hippias Eleus, Gorgias Leontinus, Thrasymachus Chalcedonius, Polus Agrigentinus. Hi igitur omnes et alii quidam multo iis inferiores in sapientiae studio, quod plerosque coluisse constat, non acquieverunt, sed sapientiae tradendae facultatem prae se tulerunt, et professi sunt, si quis sua disciplina uteretur, eum se sapientiorem et ad dicendum et ad res gerendas habiliorem aptioremque reddere. De his sophistis quae alii memoriae prodiderunt, ea fere omnia a Platone sumta sunt ex eoque fonte etiam nunc hauriri possunt. Plato enim, quid de iis sentiret, aut occasione oblata breviter significavit, aut copiosius et dedita opera exposuit, ut non pauca eius scripta eo potissimum spectare videantur, ut quo nitatur fundamento illa sophistarum professio, ostendatur legentiumque de ea re iudicio lumen afferatur clarissimum. In his igitur libris iam inde antiquitus hic dialogus, ut ex illa quam memoravi inscriptione apparet, unus omnium maxime habitus est.

Iam vero alia inde nascitur quaestio, qua ratione Plato de sophistis egerit. Sunt enim viri docti et fuerunt, qui philosophum censerent non ea qua par est animi probitate et integritate in illo argumento versatum esse. Invidia motus et vitia eorum auxisse et virtutes depressisse oratione dicitur. In quam sententiam quae ante ducentos quinquaginta fere annos disputavit Cresollius in Theatro veterum rhetorum[11]), ea quae huc subiiciantur digna sunt. Is igitur lib. I c. 5: Plato quidem, inquit, sophistas vexat, qui homines gloria et pecuniis supra omnem hominum opinionem locupletatos, earundem ipse rerum

---

9) V. Diog. Laert. III, 37. IX, 57.

10) Men. p. 91 E: *οἶμαι γὰρ αὐτὸν (Πρωταγόραν) ἀποθανεῖν ἐγγὺς καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα· καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἔτι εἰς τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται.* conf. de rep. X. p. 600 C.

11) Insertus est hic liber Ludovici Cresollii, Armorici e societate Jesu, Jac. Gronovii Thesauro Graecar. Antiquitt. vol. X.

appetentissimus, non nisi limis oculis et invito animo contuebatur. In omnibus generatim sordes avaritiae, inutilem et fallacem disputandi rationem carpebat: in singulis vellicabat etiam quaedam, et florem ipsum infringebat. Nam in Thrasymacho, ut animadvertit S. Basilius ep. CLXVII. *τὸ θρασὺ καὶ ἰταμόν*, audaciam et temeritatem perstringit, in Hippia *τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον*, levem animum et remissum, in Protagora *τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέρογκον*, arrogantiam et tumorem. Sed taciti animi cupiditatem et Platonis invidentiam doctissimi quidam homines aperuerunt. Plato, inquit Dionysius Halicarn. ad Pomp., scripsit contra sophistas *οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου*, sed *ἀπὸ φιλοτιμίας*. Philostratus Ep. ad Iul. Aug. de Platone sophistisque disputans idem notat; Plato, inquit, *φιλοτίμως μὲν πρὸς αὐτοὺς εἶχεν, ἐπειδὴ διεφοίτων θέλγοντες μικράς τε καὶ μείζους πόλεις, τὸν Ὀρφέως καὶ Θαμύρου τρόπον.* Haec ille. Potuit vir litteris eruditissimus etiam Aristidem, auctorem haud mediocrem, appellare, qui vol. III. p. 519 (ed Dindorf. vol. II. p. 408) graviter et acerbe in Platonem haec coniicit: *τὸν σοφιστὴν δοκεῖ μέν πως κακίζειν ἀεί, καὶ ὅ γε δὴ μάλιστα ἐπαναστὰς τῷ ὀνόματι Πλάτων εἶναί μοι δοκεῖ.*

Nostra autem memoria Grote[12]), rerum Graecarum scriptor doctissimus, Platonem ab ea culpa, cuius ab illis viris arguitur, prope abesse ratus, quum sophistarum patrocinium suscepisset, eam causam magno ingenii et doctrinae apparatu egit. Sed etsi vir clarissimus recte eos impugnat, qui quaecunque sophistarum laudi tributa sunt, ea ironice dicta accipiant, quaecunque ipsi loquentes inducuntur, ea aut pro stulta loquacitate habeant, aut in cavillationibus ponant ad obscurandam veritatem et audientium mentes decipiendas adhibitis, tamen in aliis non magis ei accedendum est quam Cresollio.

Multos sane sophistas Plato acerba irrisione perstrinxit. Nimirum arti sophisticae persequendae pauci erant pares, multi eam profitebantur; quorum levitatem quum corripuit, non rem ipsam reprobavit. Nusquam celeberrimos illos et clarissimos artis auctores ea qua excellebant laude privavit. Protagoras

---

12) Grote vol. VIII. p. 480 (Interpretat. Meiszner. vol. IV. p. 580) in his Xenophonteis: *γράμματα πολλὰ . . ποιητῶν τε καὶ σοφιστῶν τῶν εὐδοκιμωτάτων*, quae Memorabil. lib. IV. c. 2 init. scripta inveniuntur, vocabulo *σοφιστῶν* significari vult prosae orationis scriptores. Quae interpretatio, quam Lud. Dindorfio probatam esse miramur, iis quae Memorabil. I. 6, 14 habentur, minime potest constitui, neque loci sententiae respondet. Euthydemus libris legendis ad dicendum et ad res gerendas animum dicitur praeparare studuisse; quod quo modo optime fieret, sophistarum i. e. sapientiae professorum *τέχναι* aliaque eorum scripta indicabant. Ea igitur praecipue collegit. Nec ratio obcura est, cur praeter sophistarum libros maxime poetarum congesserit.

quidem hoc dialogo etsi, ut ipsa veritas postulabat, in dialecticis Socrate minus exercitatus describitur, tamen summo honore afficitur eique de gravissimis rebus sententiae tam singulares atque eximiae tribuuntur, ut qui novissime de hoc libro commentatus est, sophistae partibus, non Socratis, Platonem ea quae ipse probasset, adscripsisse iudicaverit[13]. Nihil tale, si quis alteri meritam laudem invidet et gloriae obtrectat, unquam fecit. Maxime autem Plato eos, quibus ad philosophiam aditus aliqua de causa negatus esse videbatur, a sophistis ad liberaliorem fortunam institui aequum censuit. Eaque est causa, cur Socrates in Theaeteto (p. 151 B), quos sua opera nihil indigere intellexisset, non invito animo eos quum aliis sophistis, quorum doctrina iuvarentur, conciliasse dicatur, tum vel maxime Prodico[14]. In iis igitur Hippocrates, Apollodori filius, numerandus est, quem, ut est in hoc libro, ad Protagoram adduxit[15]. Quo officio quem ad modum Socrates defunctus sit, optime ex libro ipso apparet, cuius hoc est summarium

Narrat Socrates amico cuidam, qui factum sit, ut modo convenerit cum Protagora, viro sapientiae laude clarissimo, et quae cum eo sit collocutus. Venerat enim ad eum multo adhuc diluculo Hippocrates, cuius modo mentionem feci, iuvenis Atheniensis, miro sophistae audiendi ardore incensus, eumque precibus adierat, ut ipsum clarissimo sapientiae et virtutis magistro commendare et in disciplinam tradere vellet. Cuius voluntati priusquam morem gereret, colloquium instituerat, quo eum de periculo, quod ex illa disciplina ad ipsius animum redundare posset, commoneret. Itaque ex eo quaesiverat, cur tandem ad Protagoram adduci vellet, tum quemnam sophistam intelligeret, denique in qua potissimum re ars sophistica versaretur? Ad priora adolescens satis confidenter responderat, ad hoc, quod diceret, non iam habuerat[16]. Quum Socrates eo disputationis loco doctrinarum artiumque mercatura cum esculentorum et potulentorum comparata docuisset maius in illa damnum ab imperitis accipi posse, tum una cum Hippocrate ad Calliam, Hipponici filium, ubi Protagoras deversabatur, perrexerat. P. 309—314 E.

---

13) Rich. Schoene De Platonis Protagora (Lips. 1862) p. 64 sqq.

14) *οἷ ἂν μοι μὴ δόξωσί πως ἐγκύμονες εἶναι, γνοὺς ὅτι οὐδὲν ἐμοῦ δέονται, πάνυ εὐμενῶς προμνῶμαι, καὶ ξὺν θεῷ εἰπεῖν, πάνυ ἱκανῶς τοπάζω οἷς ἂν ξυγγενόμενοι ὄναιντο, ὧν πολλοὺς μὲν δὴ ἐξέδωκα Προδίκῳ, πολλοὺς δὲ ἄλλοις σοφοῖς κτέ.*

15) Simplicius (ad Epict. Enchir. 46, 2) p. 311 B: *ὁ Σωκράτης τινῶν ἀνοήτων αὐτοῦ μὲν καταφρονούντων, δι᾽ αὐτοῦ δὲ βουλομένων ἄλλοις συστῆναι πρὸς παίδευσιν, ἀπάγει αὐτοὺς καὶ συνιστάνει σοφισταῖς, ὥσπερ Ἱπποκράτη τὸν Ἀπολλοδώρου, δεηθέντα αὐτοῦ, τῷ Πρωταγόρᾳ συνέστησε.*

16) P. 312 E: *Μὰ Δί᾽, ἔφη, οὐκέτι ἔχω σοι λέγειν.*

Ingressi Calliae domum splendidissimum vident civium et peregrinorum conventum. Conspiciunt Protagoram ingenti cinctum auditorum corona et inter sermones cum iis graviter deambulantem. Conspiciunt in contraria porticu Hippiam Eleum in solio sedentem et coram multis declamitantem. Conspiciunt denique etiam Prodicum Ceum molliter in lectulo decumbentem, item magna circumdatum amicorum et familiarium caterva. His quasi obstupefacti aliquantisper morantur; tandem ad Protagoram accedere constituunt. P. 314 E — 316 A.

Compellat eum Socrates ita, ut ante omnia causam aperiat, cur huc venerint, deinde Hippocratem tanquam iuvenem et generosa indole praeditum et nobili loco natum commendet. Optare autem sese ait, ut sibi liceat paullisper cum ipso de adolescentis institutione, qua usurus sit, colloqui. Protagoras ex eo quaerit, idne remotis arbitris fieri velit, an ita, ut ceteri audiant. Quum Socrates nihil sua interesse dicat, utro modo colloquatur, sophista artem suam tanquam antiquissimam praedicat, utpote iam ab Homero, Hesiodo, Simonide, Orpheo, aliis factitatam; sed per hominum invidiam, quam sophistae nunquam non experti sint, factum esse conqueritur, ut clarissimi illi viri professionem disciplinae sophisticae, aliis nominibus insignitam, studiose occultaverint: longe aliter tamen sese facere solere, ut qui aliorum invidiam et odium nihil veritus se sophistam libere profiteri nunquam dubitaverit. Itaque nihil ait obstare, quo minus de Hippocratis institutione coram omnibus colloquium instituant. P. 316 A — 317 C.

Callia auctore in ea aedium parte, in qua Hippias cum suis versatur, fit consessus, ad quem etiam Prodicus ab Alcibiade et Critia arcessitur. Orditur iam Socrates sermonem ita, ut ex Protagora quaerat, quidnam utilitatis Hippocrati eius consuetudo ac disciplina allatura sit. Respondet sophista magna cum sui iactantia eum hoc commodi inde percepturum, ut quotidie melior ac sapientior evadat. Porro autem interroganti Socrati, quanam in re et ad quid melior sit evasurus, cum superba aliorum sophistarum contemptione non eum ait in arithmeticae, astronomiae, geometriae, musicae studiis frustra detentum iri, sed statim accepturum quae ad res quum domesticas tum publicas bene administrandas valeant, percepturumqne artem *πολιτικήν*. P. 317 C — 319 A.

Miratur Socrates singularem viri sapientiam, libereque confitetur de virtute civili sibi semper ita visum esse, ut eam doctrina et institutione non posse comparari iudicaverit. Nam Athenienses quidem certe, inquit, de rebus, quae scientia et arte nituntur, semper artis peritos in consilium adhibent; de iis rebus autem, quae referuntur ad reipublicae administrationem, tantum abest, ut certos quosdam viros, qui soli artis civilis periti sint, consulendos existiment, ut cuivis dicendi potestatem concedant,

quippe putantes reipublicae gubernandae sollertiam non posse aliorum comparari doctrina et institutione. Atque hanc sententiam illud quoque videtur confirmare, quod filii summorum virorum et in republica clarissimorum, quamvis diligentissime fuerint educati et instituti, tamen rarissime ad paternae virtutis laudes perveniunt, imo saepenumero ab ea plurimum recedunt. His expositis Socrates rogat Protagoram, ut, si quid habeat, quo possit hanc dubitationem animo suo eximere, id velit secum communicare. P. 319 A — 320 B.

Protagoras, precibus eius satisfacturus, more sophistarum longam orditur orationem. Quae quo magis capiat deleniatque audientium animos, exordium ducit a fabulae narratione ad rem praesentem satis lepide excogitatae. Quum tempus, inquit, venisset, quo ordine fatorum varia animalium genera ex telluris gremio in solis lucem prodirent, Prometheo et Epimetheo hoc muneris a diis mandatum est, ut singulis vires facultatesque suas tribuerent. Rem Prometheo absente suscipit Epimetheus, atque ita administrat, ut aliis robur, aliis pernicitatem, aliis alia largiatur, prudenter id curans, ne quod genus interire aut ab aliis deleri possit. Sed ecce! peracta munerum distributione nihil reliquum videt, quo genus hominum ornet. Dum inops consilii haeret, quid faciendum sit, advenit Prometheus virium facultatumque distributionem inspecturus. Hunc vero sortis humanae valde poenituit. Itaque ne genus hominum nudum et inerme relinqueretur, artium factitandarum sapientiam una cum igne Vulcano et Minervae surripuit eamque hominibus impertiit. Sic divinae sortis participes facti diisque cognati et deos esse credebant arasque ac deorum simulacra constituebant, et vocem articulabant et alimenta sibi inveniebant et vestimenta parabant, sed, quum civitatis ordinandae gubernandaeque arte etiamtum carerent ideoque dispersi habitarent, bestiarum impetui impares misere ab iis dilaniati perierunt. Itaque mutui auxilii gratia condiderunt societates atque urbes, quo ferarum arcerent crudelitatem. At enim haec res nullam iis attulit salutem. Nam vix coierunt, quum intestinis bellis subito coortis rursus dissipantur ac denuo pristinae fortunae crudelitati obiiciuntur. Tum vero Iovem tangit generis humani misericordia. Ne igitur funditus illud deleretur, Mercurium in terras demisit, qui feris hominum pectoribus iustitiam et pudorem iniiceret. Hinc vero, ita pergit Protagoras, hinc factum est, ut homines antea dispersi conderent urbes et civitates, civilisque societatis vinculis coniuncti vivere inciperent. P. 320 C — 322 D. Hac autem ratione quoniam omnes pariter iustitiae et pudoris participes facti sunt, mirandum non est, quod in publicarum rerum deliberationibus cuivis sententiae suae publice dicendae potestas datur. Sed quum omnes iustitiae et pudoris munere fruantur, tamen homines virtutem non casu et fortuna sibi contingere, sed institutione,

disciplina, exercitatione comparandam esse arbitrantur, ut plane mecum consentiant. Etenim qui naturae culpa in se habet turpitudinem, eum tantum abest ut puniant, ut omnes talis fortunae misereat; si quis autem vitiis laborat, quae a socordia aut inertia proficiscuntur, eum vero castigant ac gravissimis poenis afficiunt, idque non alio consilio, nisi ut malefici ad bonam frugem revocentur, ceteri autem de vitiis fugiendis admoneantur. Neque illud, quod de filiis clarorum et excellentium virorum dictum est, ullo modo videtur demonstrare virtutem doceri non posse. Etenim communi hominum consensione iustitia, temperantia, aliae virtutes, omnibus civibus tam necessariae iudicantur, ut sine iis respublica stare posse nullo pacto videatur. Quocirca universa educatio, quum privata tum publica, eo spectat, ut iuvenes, quantum fieri possit, ad virtutis exercitationem conformentur. Neque dicere recte licet hac ratione nihil profici. Imo vero omnes ad aliquam virtutis rationem facultatemque adducuntur, neque dubitandum est, quin improbissimus ex iis, qui sub legibus et inter homines vivunt, cum agrestibus ac solivagis hominibus comparatus virtutis compos esse videatur. Itaque ne ii quidem, qui a parentum virtute desciverunt, propterea degeneres habentur, quod omni omnino virtute destituti sunt, sed quia propter minorem ingenii bonitatem ad maiorum suorum praestantiam pervenire non potuerunt. — Finita hac oratione Protagoras denuo se profitetur virtutis magistrum, suamque disciplinam ait multo grandiore dignam esse pretio, quam quod ipse a discipulis exigere soleat. P. 322 D — 328 D.

Hac Protagorae oratione audientium animi adeo permoti sunt, ut omnes plausus ac clamores, quibus, uti veterum mos erat, aliae sophistae orationes exceptae esse dicuntur, ipsa admiratione comprimerentur et Socrates obstupefactus diu etiam oratione finita a Protagorae vultu penderet. Tum vero animo collecto, postquam Hippocrati gratias egit, quod se impulerit, ut eo veniret, Protagorae oratione id effectum esse confitetur, ut ipse, quin virtus humana cura ac disciplina tradi possit, non iam dubitet. Sed de singularum virtutum coniunctione et conspiratione quid sentiendum esse videatur, id ex illius oratione non satis se cognovisse dicit, rogatque, ut eam rem paulo accuratius persequatur, idque longis orationibus missis, ut breviter vel respondendo vel interrogando colloquatur. Itaque quum Protagoras in superioribus plurium virtutum mentionem iniecisset, Socrates nunc ex eo quaerit, utrum hae omnes pro una tantum eademque virtute habendae videantur, an variae unius virtutis partes iudicandae sint. Amplectitur sophista posteriorem sententiam. Itaque ille: Si igitur sunt, inquit, o bone, unius partes virtutis, hae ipsae partes aut plane eandem habere possunt naturam, quam totum, quemadmodum auri particulae a toto non differunt; aut inter se diversae poterunt esse sic, ut singulae

suam sibi propriam habeant naturam, veluti partes faciei, os, nasus, oculus, inter sese differunt. Utrum igitur tibi placet? Probat sophista eam rationem, qua singulae virtutes inter se diversae iudicantur. Hoc vero eius iudicio ita utitur Socrates, ut eum dehinc dialectica subtilitate in magnam consilii inopiam coniiciat. Colligit enim inde satis captiose rebus ita comparatis iustitiam, quippe quae a pietate diversa sit, plane nihil pietatis esse habituram, ac vicissim pietati nihil fore commune cum iustitia. Contra ea sibi iustitiam piam et pietatem iustam videri, ut aut nullum aut quam minimum discrimen inter pietatem et iustitiam intercedat. Respondet ad haec Protagoras, iustitiam et pietatem non per omnia sibi similes videri, nec tamen etiam prorsus dissimiles. Sed iam hoc loco sophista haud obscure significat, tales quaestiones, in quibus is, qui captiosis rationibus velit agere, quaecunque voluerit, cogere possit, minutas atque iniucundas esse et Socrati porro respondere gravatur. P. 328 D — 332 A.

Itaque Socrates, missa huius rei disputatione, repente ad alia progreditur. Estne, inquit, uni rei semper unum tantum contrarium, veluti parvo magnum, bono malum, turpi honestum opponimus? Ait ille. Quid igitur? singulae virtutes, quas commemorabas, nonne et ipsae tantummodo unum quiddam habebunt contrarium, veluti sapientiae opposita erit insipientia? Rursus assentitur Protagoras. Tum vero ille hoc superioribus adversari arguens s a p i e n t i a m et temperantiam unum idemque esse probare conatur, quemadmodum antea iustitiam et pietatem non inter se differre concluserat. Quid? inquit: haeccine adversantur iis, quae antea de partibus virtutis inter se diversis et contrariis dixisti? nam secundum ista sapientiae praeter insipientiam etiam temperantia erat opposita. Quum igitur uni rei unum semper sit contrarium, rectius utique s a p i e n t i a m et t e m p e r a n t i a m a se invicem nihil differre statuemus. P. 332 A — 333 B. — Sed pergamus, inquit, ad alias virtutes, videamusque, quae tandem inter temperantiam et i u s t i t i a m ratio intercedat. Potestne fieri, ut vir iniustus agat prudenter? Respondet ad haec sophista vulgo quidem certe ita videri. Itaque hanc quoque sententiam refutaturus Socrates prudentiam et iustitiam pro una eademque virtute habendas esse hac fere argumentatione demonstrare instituit. Omnes, inquit, ea, quae sibi utilia esse putant, unice appetere solent. Quae sunt utilia, ea etiam bona. Qui facit quae bona sunt, is recte facit. Qui recte facit, prudenter facere iudicandus est. Quum igitur qui prudenter agit faciat item recte, sequitur ut, si quis iniuste agit, is neutiquam prudenter agere putari debeat. Nemo enim prudens quae iustitiae adversantur velle unquam potest. Unde colligitur i u s t i t i a m et t e m p e r a n t i a m non esse diversas virtutes. P. 333 B — 333 E.

Non tamen haec demonstratio ad iustae argumentationis perspicuitatem perducta est. Etenim Protagoras, quum ex eo Socrates quaerat, bonane sint ea, quae utilia sint hominibus, hanc sententiam non una ex parte falsam esse dicit et tandem occasionem sermonis alio flectendi nactum se esse ratus longam orditur orationem, qua bonum non hominum utilitate definiendum esse docet, sed quidquid alicui rei utile sit, id eatenus, quoad utile sit, bonum dicendum, ut multa sint bona, quae hominibus partim nullam afferant utilitatem, partim etiam damnum. Quam sententiam plurimis exemplis accuratissimam doctrinam prodentibus confirmat, scilicet hac ratione audientium animos ad sui admirationem abrepturus atque artem Socratis dialecticam callide elusurus. P. 333 E — 334 C.

Etsi autem Protagorae familiares illius orationis copiam ac splendorem admirantur, tamen Socratem non fugit fraudulentum illius consilium. Rogat igitur sophistam, ut missis splendidarum orationum ambagibus breviloquentia utatur, in qua et ipsa sese excellere dixerit. Ille vero iniquum putat sibi praescribi, quemadmodum disputandum sit. Quibus auditis Socrates, quum institutam disputationem persequi, non orationes de variis rebus audire cupiat, abrupto sermone discessum parat. Hic vero amici eum obnixe rogant, ut ne discedat, precibusque id efficiunt, ut non modo remaneat, verum etiam rursus cum Protagora sermonem conferre velit. Quoniam autem declamationes longiores omnino censet a colloquio arcendas esse, sophistae respondendi interrogandive optione data, ipse iam respondentis suscipit partes, ita quidem, ut, postquam ille interrogando sibi satisfecerit, vicissim illum sit interrogaturus. Postquam igitur de his inter eos convenit, Protagoras magnam liberalioris eruditionis partem positam esse censet in carminibus interpretandis et sermone in Simonidis carmen, quod in Scopae honorem erat scriptum, translato ex Socrate, qui in eo carmine multum se studii collocasse profitetur, quaerit, num bene et recte compositum ei videatur. Respondet Socrates, nihil se in carmine, quod reprehendat, invenire. Tum Protagoras docere conatur poetam secum pugnantia dicere, quippe qui primo ipse ponat difficile esse virum bonum existere, deinde Pittacum, qui difficile dixerit probum esse, vituperet ac corripiat. Qua culpa ut Simonides liberetur, Socrates Prodico auctore duas proponit verborum explicationes, quarum neutram Protagoras admittit. Iamque Socrates suam ipsius sententiam expromit et postquam admirabili cum irrisione Lacedaemonios et Cretenses laudavit tanquam sophistas antiquissimos et breviter acuteque dictis clarissimos, illud carmen Simonideum ita interpretatur, ut poetam, Pittaci dictum aliquod reprehendentem, haec fere dicere demonstret: „Difficile esse virum bonum f i e r i, ac falli Pittacum, qui virum bonum e s s e vel

manere difficile esse dixerit: hoc enim in solum deum cadere; humanae imbecillitati esse negatum [17])." P. 334 C — 347 A.

Atque hanc Socraticam carminis interpretationem mirifice probat Hippias sophista. Qui tamen, ut scilicet suae quoque sapientiae specimen aliquod exhibeat, de eodem carmine orationem habere instituit. Sed enim homo admodum ambitiosus ab Alcibiade, sermonum Socraticorum studiosissimo, opportune admonetur, ne id faciat: colloquium enim, a Socrate et Protagora institutum, esse profligandum et ad exitum perducendum. Nimirum constitutum erat antea, ut, postquam Protagoras sibi interrogando satisfecisset, Socrates vicissim interrogantis partes susciperet, sophista huic responderet. Et Socrates quidem se paratum ostendit ad sermonem peragendum, modo ne rursus de carminibus disseratur: horum enim interpretationem admodum dedecere homines liberaliter institutos, quippe ingenii atque eruditionis magnam arguentem penuriam. Protagoras autem, aegerrime ferens, quod erat confutatus, cum eo porro colloqui gravatur, ac multis demum amicorum precibus eo permovetur, ut illi quaerenti respondeat. P. 347 A — 348 B.

Revertitur tandem Socrates post satis longas ambages ad quaestionem in superioribus tractatam, denuo interrogans: virtutesne nihil nisi varia nomina unius eiusdemque rei esse videantur? Respondet ille iustitiam quidem, sanctitatem, prudentiam et sapientiam esse inter se simillimas — has enim virtutes Socrates antea ostendere conatus erat unum idemque esse — sed plurimum ab his differre fortitudinem: saepenumero enim accidere, ut qui ceteris careant virtutibus, ii longe fortissimi sint. Eius sententiam Socrates hac argumentatione refutare instituit. Qui fortes sunt, inquit, eos audaces esse facile largieris. Iam qui audacter aggrediuntur id, cuius periti sunt, ii laudantur; contra qui audaces in eo sunt, cuius nullam habent cognitionem, ii merito insani iudicantur. Omnis autem virtus propter naturam suam necesse est careat vitio ac reprehensione, quia alioquin virtutis nomine indigna foret. Ex quo consequitur, ut ea audacia, quae non habeat scientiam sibi adiunctam, non recte queat pro virtute haberi. Hoc autem probato, consequens est

---

17) Vere, opinor, Schleiermacherus Praef. ad Protagor. p. 234: „Was des Socrates Deutung von dem Gedichte des Simonides betrifft, von dem uns nichts erhalten ist als eben diese Bruchstücke, dass es nämlich eine Rüge sein soll gegen den Spruch des Pittakus, so ist sie gar nicht lediglich als Scherz zu nehmen. Wenigstens besitzen wir noch ein allgemein dem Simonides zugeschriebenes und diesem hier in Sprache und Manier unverkennbar ähnliches Gedicht, welches sich eben so polemisch auf das im Phaedrus angeführte Epigramm des Kleobulus bezieht, der ja auch zu den Sieben gehörte."

fortitudinem scientia vacare nullo modo posse, adeoque scientiam et fortitudinem inter se non differre. P. 348 D — 350 C. — Respondet ad haec Protagoras: ex sua sententia fortitudinem quidem non carere audacia posse, neque tamen inde consequi, ut qui audaces sint, ii continuo etiam fortes iudicari debeant. Nam inter audaciam et fortitudinem hoc interesse, quod illa, quae inconstans sit neque stabili utatur iudicio, aut ab impetu aut ab artis alicuius proficiscatur scientia, fortitudo autem, quae semper sibi constet omnibusque vitae locis cernatur, ab universa hominis natura animique conformatione (*ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν ψυχῶν*) fluat. P. 350 C — 351 A.

Socrates ita a proposito depulsus hac disputatione repente relicta alio modo Protagorae sententiam refellere conatur. Sciscitatur igitur ex eo, an omne iucundum etiam bonum sit, et an ipsa iucunditas per se spectata bona censeri queat. Dubitante autem illo, quomodo de hac re iudicandum sit, voluptatem vel iucunditatem per se bonam esse ideoque ab omnibus appeti solere deinceps hac argumentatione docere instituit. Scientia una est, inquit, omnium cupiditatum nostrarum moderatrix, adeoque universam regit ac gubernat hominum vitam. Qua qui utitur, is, quum bona et mala probe discernat, a nulla re superabitur aut vincetur, quippe nihil faciens, nisi quod scientia fieri iubeat. Quodsi igitur reperiuntur qui se dicant non quod bonum est, licet illud cognoverint, amplecti, sed a voluptatibus victos ad alia omnia abripi; ii in magno versantur opinionis errore. Etenim quae iucunda sunt, ea non propterea, quod in praesenti afferunt voluptatem, mala putantur, sed quia futuro tempore maiora mala videntur allatura: vicissimque bona, cum doloris acerbitate coniuncta, propterea, quod in praesenti dolorem admixtum habent, acerba quidem appellantur; sed eadem tamen pro bonis habentur, si in posterum speramus per illa effectum iri maiorem voluptatis ac iucunditatis sensum. Quaecunque igitur bona aut mala censentur, ea metiri solemus voluptatum aut dolorum, quibuscum coniuncta sunt, magnitudine vel parvitate, adeoque ipsam voluptatem, si maiorem aufert quam affert iucunditatem, malum arbitramur, atque contra dolorem bonum, si voluptatem acerbitate sua habet maiorem. Ex quo consequitur omnes omnino voluptatem tanquam bonum perpetuo consectari, dolorem ut malum aversari. P. 351 A — 354 E. — Haec autem si vera sunt, ridiculum est dicere hominem, licet mala saepe cognoscat, tamen ea facere, quum non facere liceat, et vicissim, licet cognoscat bona, tamen ea amplecti nolle propter praesentium voluptatum vim et magnitudinem. Nam quum voluptas *per se* bona sit; is, qui mala, quatenus mala sunt, sua sponte faciat, bonis succumbens male facere videatur necesse erit, id quod per est absurdum. Itaque quod vulgo vocant succumbere voluptatibus, vel ab illis vinci, id nihil est aliud, nisi pro

maioribus bonis maiora mala sumere, et quidem deceptum opinionis errore. Quippe in eligendis bonis plurimum refert, ut rerum iucudarum et iniucundarum rationem plane perspectam habeamus; qua cognitione qui carent, ii fieri non potest quin in fraudem et errorem incurrant. Quocirca scientiam apparet voluptate esse multo potiorem, quippe quae omnes actiones nostras universamque vitam regere ac moderari debeat, neque fieri unquam potest, ut quis a voluptatibus victus, quum bona cognoscat, tamen contraria amplectatur: neque enim quisquam sciens malus; sed qui voluptati succumbentes mala sequuntur, ii propter imprudentiam, et quia errore decepti sunt, minora bona pro maioribus amplecti videntur. Quae si vere disputavimus, vir sapiens nunquam sua sponte mala appetet aut faciet. P. 354 E — 357 E.

His expositis Socrates revertitur ad illud, quod Protagoras in superioribus dixerat, fortitudinem a ceteris virtutibus propterea plurimum differre videri, quod saepenumero homines insipientissimi, intemperantissimi et iniustissimi alios audacia et fortitudine sua longissime antecellerent. Postquam enim concessum est neminem volentem res periculosas unquam suscipere; ne fortem quidem virum temere se in mala et calamitates esse coniecturum asseverat. Nam quae quis timet, inquit, ea mala existimat: nemo autem sua sponte suscipit ea, quae sibi malum aliquod afferre arbitratur. Itaque vir fortis ea, quae sunt honesta, id est, iucunda — nam honestum et iucundum idem esse vidimus — semper et ubique sequitur, ideoque nec turpiter metuit nec turpiter audax est, quum timidus ac temere audax vel metu vel audacia turpi corripiatur. Est autem turpiter audere vel timere nihil aliud, nisi propter recti ignorantiam peccare, quandoquidem nemo prudens, ut vidimus, quae sibi perniciosa fore praevidet, unquam suscipiet. Unde efficitur, ut fortitudinem scientia contentam esse iudicari oporteat: est enim nihil aliud nisi rerum metuendarum aut non metuendarum scientia cum recto usu coniuncta. — His omnibus magna subtilitate explicatis, Socrates concludit falsam esse Protagorae sententiam, homines imprudentissimos saepenumero fortissimos esse statuentis, et sophista ipse, etsi perinvitus fatetur eam ex iis, quae concessa sint, locum habere non posse. P. 357 E — 360 D.

Protagorae animum rursus placaturus Socrates: *Ego vero,* inquit, *non aliam ob causam haec omnia ex te quaero, nisi quod perspicere cupio, quomodo se habeant quae ad virtutem referuntur, et quid sit ipsa virtus. Nam probe novi, hoc ubi patefactum fuerit, etiam illud manifestum fore, de quo disputavimus, utrum virtus doceri possit, necne.* P. 360 D — 361 A.

At mirum quiddam nobis in hac disputatione accidit. Ego enim, qui antea virtutem doceri posse negabam, nunc hoc ipsum

affirmo, quod meae rationi mirum quantum adversatur, quippe demonstrare studens omnes virtutes, et iustitiam et temperantiam et fortitudinem, scientia contineri: qua quidem ratione probata virtus maxime doceri posse videbitur. Tu contra, qui virtutem disciplina comparari posse antea aiebas, nunc contrarium statuere videris, quippe quum id efficere studeas, ut quavis alia re potius quam scientia contenta esse videatur. — *Quocirca, quum omnia mire perturbata temereque mixta videamus, equidem pervelim, ut ad virtutis naturam contemplandam accedamus, ac tum demum iterum quaeramus, utrum ea doceri possit, necne.* P. 361 A — D.

Sed Protagoras hanc disputationem, quum sibi iam ad aliud quid accedendum sit, in aliud tempus differendam esse dicit, Socratem autem magnificis ornat laudibus eumque vaticinatur aliquando talem futurum, qui merito inter viros sapientiae laude conspicuos numerari possit. — His dictis auditisque Socrates et Hippocrates discedunt.

Haec igitur summa est libri, qui omnium iudicio insignem habet artis perfectionem. Nam tanta in eo regnat orationis elegantia et venustas, argumenti varietas atque facilitas, iocandi ridendique in summa rerum gravitate hilaritas, ut nemo eum sine limpidissimae voluptatis sensu legere queat. Quod si quaerimus, quorsum universa disputatio pertineat, necesse est meminerimus, Hippocratem, adolescentem Protagorae doctrinae cupidissimum, horum sermonum causam fuisse, unde facile erit cognitu, Platonem hoc spectasse, ut sophistarum maximeque eorum principis disciplina in omnium conspectu exponeretur. Atque id quidem sic consecutus est, ut et res, in quibus illorum disciplina versabatur, persequeretur, et viam ac rationem, qua discipulos erudiebant, ostenderet. Itaque in hoc dialogo exemplum sophisticarum orationum, quae proprie ἐπιδείξεις appellabantur, luculentissimum invenimus, tum videmus, ut sophista cum Socrate, homine artis dialecticae peritissimo, verbis contendens nomen suum tueatur et auctoritatem, denique grammaticae interpretationis poetarum specimen exhibetur, idque, quod litterarum monumentis proditum sit, antiquissimum. Iam vero ad quas res sophistae instituant, id primum in eo sermone, quem Socrates cum Hippocrate habet, disputatur. Cui quaestioni solvendae quum ipsi sibi videantur impares, a Protagora, simul atque ad eum perventum est, eiusdem rei explicationem petunt. Ille quum homines sapientiores et meliores sua disciplina effici dicat, tum de virtutis vi ac notione disseritur, cuius Socrates, etsi paulo tectius, duo distinguit genera, ut sophisticam finibus, quos supra significavi circumscribat. Ipse enim sophistis unam virtutem civilem, quam vocant[18]), relicturus de eius solius disciplina

18) Men. p. 91 A: *Μένων ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρε-*

quaestionem infert neque aliam intelligit, quum Protagorae oratione sibi persuasum esse confitetur, (a sophistis) virtutem posse doceri. Alterum deinceps genus, quod unice virtutis nomine dignum habet, quippe quod cum boni honestique cognitione et recti conscientia coniunctum sit, id a sophistis alienum esse probare conatur, ut philosophis tanquam proprium vindicet.

Sed in hac parte disputationis Socrati persona imposita est ab ea, quam plerumque apud Platonem fert, longe diversa. Etenim, ut suae causae serviat, parum fideliter aut vere cum adversario agit. Et vero si eadem ratione, qua hoc loco cum Protagora disserit, quotidie cum civibus Atheniensibus collocutus est, fieri non potuit, quin multam sibi conflaret invidiam. Quod ne temere dixisse videamur, sententiam nostram paucis exemplis confirmemus. P. 331 A: qui, inquit, virtutes inter se differre censet, neque iustitiam ac pietatem pro una eademque re habet, is pietatem rem non iustam, *ergo* iniustam, et iustitiam rem impiam dicit. Quod quum absurdum sit, efficere vult et cogere, iustitiam et pietatem unum idemque esse. Ipsius verba vel eius potius, quem suam causam agentem facit, sunt: *σὺ φῂς οὐκ εἶναι τὸ ἕτερον μόριον οἷον τὸ ἕτερον τῶν τῆς ἀρετῆς;.. Οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁσιότης οἷον δίκαιον εἶναι πρᾶγμα, οὐδὲ δικαιοσύνη οἷον ὅσιον, ἀλλ' οἷον μὴ ὅσιον· ἡ δὲ ὁσιότης οἷον μὴ δίκαιον, ἀλλ' ἄδικον ἄρα, τὸ δὲ ἀνόσιον*; Simili disputandi modo, vi vocabuli *σωφροσύνης* abusus, p. 332 sapientiam et temperantiam nihil nisi varia eiusdem rei nomina esse colligit. Adde quod idem orationis ambiguitate non semel utitur, ut p. 319 A in eius verbis *δοκεῖς μοι . . ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας* Heraclitea quaedam obscuritas inest; nam *ἀγαθούς* ad *ἄνδρας* referatur, an ad *πολίτας*, liberum est arbitrium. Protagoras, qui virtutem universam, non civilem modo, se tradere profitetur, sese arbitratur videri cives ad virtutem instituere, non viros ad res publicas [19]); Socrates, quamquam civilem virtutem sive prudentiam intelligit, ut ex proximis verbis apparet, tamen hic nondum sciri vult, ex sua sententia perfectam virtutem ac consummatam sophistis omnino non concedendam esse. Eiusdem ambiguitatis exemplum ad argumentationem etiam gravius ad p. 350 B notavimus.

τῆς, ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι, καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὑτῶν θεραπεύουσι, καὶ πολίτας καὶ ξένους ὑποδέξασθαί τε καὶ ἀποπέμψαι ἐπίστανται ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ.

19) Perspicuis verbis ipse id in sequentibus declarat p. 328 B: *εἰ ὀλίγον ἔστι τις ὅστις διαφέρει ἡμῶν προβιβάσαι εἰς ἀρετήν, ἀγαπητόν. ὧν δὴ ἐγὼ οἶμαι εἷς εἶναι, καὶ διαφερόντως ἂν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὀνῆσαί τινα πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι.* conf. p. 339 B. Aristot. pol. VIII, 14 (1333 a. Bek.): *τοῦτ' ἂν εἴη τῷ νομοθέτῃ πραγματευτέον, ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ γίνωνται (πολίτης καὶ ἄρχων).* Hinc Seneca ep. 76: In eo loco (i. e. in eo auditorio), in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent.

Haec vero omnia Plato ne iuveni quidem [20]) Socrati tribuisset, nisi veram eius colloquendi rationem voluisset exprimere. Eique instituto convenienter sententiae etiam, quas Socrates in hoc dialogo profert, ad Socraticam doctrinam accommodatae sunt. Vehementer enim nos de hac re a Stallbaumio dissentimus, qui omnia, quaecunque Socrati minus honesta esse videantur, e sophistarum vulgique opinione et mente disputata esse statuit. Itaque quae de fortitudine disseruntur, ea, inquit vir doctissimus [21]), Socrates pleraque omnia ad mentem ipsius Protagorae disputat, ita quidem ut eum per suam ipsius rationem in fraudem et errorem inducat. Nam Socrates ipse, etsi fortitudinem quoque in scientia positam esse iudicabat, tamen neutiquam eam volebat inesse in callida quadam rerum iucundarum aut iniucundarum, metuendarum, aut non metuendarum deliberatione, ad quam unam sane illam referebant qui virtutis dignitatem uno utilitatis studio terminabant: imo eum pro certo et explorato habemus eam scientiam, quae requireretur ad fortitudinem, item in boni rectique cognitione atque certa officii persuasione positam iudicavisse. Idemque, quod Socrates honestum et iucundum idem esse ait adeoque voluptate ita fruendum arbitratur, ut ad eius usum sapientia adhibeatur, huius sententiae auctores facit sophistas. Nam: haud scio, inquit, an Socrates in eo loco potius ipsorum sophistarum opiniones Protagorae proponat, quo facilius eum deinde laqueis dialecticis irretiat. Verum enim vero Protagoras Socratis sententiam alteram graviter refellit, alteram num amplectatur, vehementer dubitat. Et Socrates, cui Xenophon scribit [22]) placuisse, utile et bonum idem esse, recte ac iure a Platone ita disputans inducitur, ut iucundum, quod quidem nunquam non iucunde afficiat, nihil aliud esse ac bonum statuat. Haeret autem haec Socratis sententia in nobilissimo illo decreto, quo omnes virtutes ad unam sapientiam revocandas esse iudicavit. Quae quum ita sint, Plato, quem ad modum ad Protagorae aliorumque sophistarum disciplinam exponendam et res ipsas quas docebant, significavit, et docendi viam ac rationem effinxit, sic de industria ea, quae Socrati tribuit, placita ac decreta e Socratica doctrina repetivisse et eius disputandi rationem expressisse putandus est.

Proximum est, ut videamus, quo tempore hic liber conscriptus sit, et quando colloquium fingatur habitum, Atque de priore tempore plerisque interpretibus ita visum est, ut libri confectionem ad Platonis adolescentiam referendam esse statuerent. Socrate enim vivo [23]) hunc sermonem lit-

---

20) P. 314 B: *ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτο πρᾶγμα διελέσθαι.*

21) Praefat. edit. secund. p. 30 sq.

22) Memorabil. IV. 6, 8 sq.

23) Fabric. Biblioth. Graec. III. 86 Protagoras hoc dialogo lecto

teris mandatum esse volunt, qui quum moreretur, natus fuit Plato viginti septem annos. Sed quamquam facile credimus, in Platone, acerrimi viro ingenii, ea quae futura essent, multo maturius quam in plerisque hominibus perfecta esse, tamen tanta scribendi elegantia et perfectio, quanta hic singulae partes descriptae, res et homines paene sub oculos nostros subiecti, in argumento explicando omnia ad artem directa sunt, in nullum adolescentem ne summa quidem ingenii felicitate praeditum videtur cadere. Et quid sit, cur aliter plerumque statuatur, quaerentes hanc maximam causam reperimus, quod Platonis de ideis doctrinae vestigia certa in hoc libro non animadvertantur. Verum, si quid video, inde non consequens est, illam doctrinam eo tempore, quo liber conscriptus est, a Platone nondum fuisse excogitatam, imo si ea, quae modo disputavimus, idoneam habent fidem et Socrates in Protagora suas ipsius partes, non Platonis, agit, illi doctrinae illustrissimae nullum in hoc sermone locum relictum fuisse apparet, ut ex eo quod Socratis placita in dialogo non ad eam relata sunt, de tempore scriptionis aliqua probabilis coniectura colligi non possit. Neque virtutum numerus ad hanc quaestionem spectat. Numeratur enim in hoc libro inter virtutes cardinales, quas vocant, praeter iustitiam, sapientiam, temperantiam et fortitudinem etiam pietas, cuius Plato in iis libris, qui posteriore tempore scripti videntur esse, plerumque nullam iniicit mentionem, iustitiae eam subiungendam esse ratus. At Protagoras in hoc colloquio quinque virtutis partes discernit isque pietatem una cum iustitia et temperantia iam in oratione de virtutis origine et disciplina commemoraverat; Socrates, qui
p. 361 A disputationis summam repetit, pietatem praetermittit. *ἐπιχειρεῖς*, inquit, *ἀποδεῖξαι, ὡς πάντα χρήματα ἐστὶν ἐπιστήμη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία.* Non equidem ignarus sum, pietatem a Socrate in virtutum numero et praecipuo quodam loco positam esse, sed quot virtutis formas Plato, quum hunc dialogum scriberet, probaverit, id rationibus confirmari posse nego.

Iam si quaeritur, quo tandem tempore liber scriptus esse videatur, certum quendam annum in re prae ceteris lubrica constituere sane est difficile. Ipse autem in ea sum opinione, ut Platonem hunc librum haud ita multo post annum trecentesimum nonagesimum secundum a. Chr. n. confecisse arbitrer. Ad id tempus quum universa dialogi praestantia aptissime referri pos-

---

dixisse dicitur: *ὡς καλῶς οἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν.* Quod si quaeris unde fluxerit, Dalecampius, Athenaei interpres, p. 505 D. temere Protagoram pro Gorgia posuit. De recentiorum sententia v. C. Fr. Hermann Histor. Philos. Platon. T. I. p. 618 not. 323 et Steinhart Praefat. ad Prot. p. 432. Quod Heindorfius in editione Protagorae p. 463 ab hoc potissimum dialogo incipiendam tironibus Platonicorum librorum lectionem indicavit, de eo ab acutissimo philosophi interprete nequaquam dissentio.

sit, tum haud dubie pertinet locus p. 350 A: *Τίνες ἀπὸ τῶν ἵππων πολεμεῖν θαρραλέοι εἰσί; πότερον οἱ ἱππικοί, ἢ οἱ ἄφιπποι; Οἱ ἱππικοί. Τίνες δὲ πέλτας ἔχοντες; οἱ πελταστικοί, ἢ οἱ μή; Οἱ πελταστικοί.* Cum equitibus igitur peltastae tamquam alterum copiarum genus exempli causa ponuntur, ut intelligatur, quantum animi etiam in bello addat scientia. Cuius rei exemplum a peltastis mea quidem sententia peti non ante potuit, quam Iphicrates iis copiis plane nova ratione usus est. Is autem quum eo anno, quem posui, et alia pedestria arma mutasset et peltam sive caetram pro clipeo fecisset[24]), praeter ceteros duces id operam dedit, ut ratione milites arma tractarent, quo factum est, ut omnium spe felicius rem gereret, v. Xenoph. Hellenic. IV. 5, 14. Ad illud Iphicratis institutum, quod per totam Graeciam celebrabatur, spectant, opinor, haec Platonis verba, unde id iure nobis videmur colligere, Protagoram anno circiter trecentesimo duodenonagesimo litteris consignatum esse.

Eo anno non modo Protagoras et Socrates, sed paucis exceptis, in quibus Callias fuit, omnes qui illorum sermoni interfuisse dicuntur, e vita iam excesserant. Longe enim ab illo tempore id diversum est, quo Plato hunc sermonem habitum esse fingit. Videndum igitur nunc est, quod sibi tempus proposuerit, quo homines illi totius Graeciae clarissimi ad Calliam convenisse dici possent. Athenaeus p. 218 ex Hippocratis verbis: *ἔτι γὰρ παῖς ἦ, ὅτε τὸ πρότερον*[25]) *ἐπεδήμησε* (*Πρωταγόρας*), quae initio dialogi scripta inveniuntur, ex iis igitur concludit, Protagoram secundo adventu Athenis morantem hunc de virtute sermonem cum Socrate habuisse. Quare quum Socrates tertio iam die postquam ille advenit, cum Hippocrate eum convenisse dicatur, hoc praecipue quaerendum putavit, quo anno sophista iterum Athenas venerit. Quam rem hoc modo effecit, ut, quia Protagoras ad Calliam devertit, mortem Hipponici, Calliae patris, exquisiverit. Atque Hipponicus, inquit, dux creatus et contra Tanagraeos una cum Nicia profectus est Euthydemo archonte h. e. Ol. 88, 3, sed mortuus iam erat anno tertio Ol. 89, quo Eupolis fabulam Adulatores docuit, qua in fabula Callias hereditatem adiisse, nec ita pridem adiisse dicitur, ut mortem patris in primum aut alterum annum Ol. 89 incidisse intelligatur. Eadem in fabula ab Eupolide Protagoras etiam inducitur, quem tum nondum diu Athenis versatum esse ex eo colligas, quod in Conno Amipsiae duobus annis ante acta in sophistarum numero

---

24) Cornel. Nep. vit. Iphicrat. c. 1. Diodor. XV. 44.

25) Minime dubitandum est, quin Athenaeus iam vulgatam lectionem *τὸ πρῶτον* invenerit pro *τὸ πρότερον*, quod a Stallbaumio demum e codicibus melioribus recte repositum est. Proximus enim adventus, non primus, intelligendus est, nisi forte Plato hoc loco et adolescentis naturae et sophistae vitae ac morum videtur oblitus fuisse.

non producitur. Quum igitur illo temporis spatio, quod inter primum et tertium annum Ol. 89 interiectum est, et mortuus sit Hipponicus et Protagoras Athenas reverterit, in unum aliquem ex his tribus annis Plato, si ratione egisse putandus est, illum conventum necesse est retulerit, atque quum adsit etiam sermoni Hippias Eleus, de altero anno Ol. 89 eum cogitasse statuendum est, quod Hippias nisi per inducias annuas Isarcho archonte anno primo Ol. 89 factas non potuerit tuto Athenis degere. Illo autem tempore neque Paralus et Xanthippus, Periclis filii, Protagoram audire potuerunt, utpote aliquot annis ante mortui [26]), neque Pherecratis fabula Agrestes, quae demum Aristione archonte (Ol. 90, 4) docta est, in Protagora (p. 327 D) commemorari debuit, unde Athenaeus manifesto apparere dicit, diversa Platonem tempora confudisse historiaeque fidem laesisse. Sed alia etiam in hoc dialogo habentur, quae nisi temporum ratione neglecta ad secundum annum Ol. 89 (423 a. Chr. n.) referri nequeant. Non enim Agatho poeta, qui iam proxima Olympiade (90, 4), ut Athenaeus p. 217 A memoriae prodidit, in certamine tragico victoriam reportavit, eo anno *νέον ἔτι μειράκιον* fuit, quo nomine p. 315 D a Socrate appellatur. Neque magis cum illo anno concinunt, quae p. 311 C de Phidia Atheniensi et p. 335 E de Crisone Himeraeo memorantur. Ille enim, quem iam anno primo Ol. 87 interiisse constat [27]), exempli causa inter eos nominatur, quos adiens Hippocrates certam quandam artem doceatur, cum Crisone, insigni cursore Socrates Protagoram comparat orationum cursum non inhibentem et suam conditionem, si cum sophista longis orationibus certare iubeatur, eandem esse dicit, ac si Crisonem currendo iubeatur aemulari. Tribus deinceps certaminibus Olympicis — Ol. 83. 84. 85 — Criso [28]) cursu vicit, ut illo tempore eius pedum pernicitas tota Graecia esset celebris; sed Ol. 89, 2 post ultimam victoriam duodeviginti annorum spatio interiecto sine dubio tantum de ea laude fuit detractum, ut nec ipse *δρομεὺς ἀκμάζων* appellari posset et Socrates nihil haberet, cur cursu cum eo certare nollet. Etenim ne Socratis quidem persona, qui ut iam vidimus, iuvenili aetate florens describitur, anno 423 respondet.

Sed haec omnia ita comparata sunt, ut ad prius quoddam tempus hunc dialogum accommodatum esse nemo non intelligat.

---

26) Censemus enim Athenaeum p. 506 A scripsisse *ἅτε πρότερον τελευτήσαντες*, non quod libri exhibent *οἵ ἔτι πρότ. τελ.* aut quod Casaubonus coniecit *οἵ πέμπτῳ ἔτει πρότ. τελ.* Casaubonum ut ita coniiceret, errore ductum esse intelliges ex descriptione Olympiadum, quam ipse in Animadvers. ad Athen. ad lib. V caput XV adiecit.

27) Hanc O. Muelleri sententiam secutus etiam est Brunn Graecor. artific. histor. I. p. 167.

28) V. Diodor. XII, 5. 23. 29. Dionys. Hal. Antiq. Rom. XI init. Pausan. V, 23.

Ad quod accuratius definiendum plurimum Alcibiadis descriptio confert, quam initio dialogi habemus; dicit enim familiaris Socratis Alcibiadem sibi nuper pulcrum virum, at virum tamen visum esse, cuius malae iam sint lanugine obductae. Quae ei Socrates non gravate concedit, quum addat, ex Homeri sententia *χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει.* Spectant ad hunc locum Athenaei verba p. 219 E: *ὅτι δὲ (Σωκράτης) ὄντως ἤρα τοῦ Ἀλκιβιάδου, δῆλον ποιεῖ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ, καίτοι μικρὸν ἀπολείποντος τῶν τριάκοντα ἐτῶν,* sed librariorum incuria litteram *λ'* pro *κ'* describentium misere ea quidem corrupta sunt. Non enim Athenaeus adeo Atticorum linguae et institutorum imperitus erat, ut, quis *ἥβην ἔχειν* Attice diceretur, nesciret. An quisquam arbitratur, haec verba Cratini: *αὐτοὺς ἐπαίδευσεν ἔθρεψέν τε Δημοσίοις χρήμασιν εἰς ἥβην, Ἵνα ποτέ οἱ λοιγὸν ἀμύναιντο*, aut haec Thucydidis (II, 46): *τοὺς παῖδας (τῶν θαπτομένων) τὸ ἀπὸ τοῦδε δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρι ἥβης θρέψει* ab Athenaeo ita esse accepta, ut opinaretur civium Atheniensium in bello occisorum filiis usque ad tricesimum aetatis annum publice victus suppeditatos esse. Nos igitur pro *τῶν τριάκοντα ἐτῶν* scribendum censemus *τῶν εἴκοσιν ἐτῶν*, de qua suspicione nostra utut statuitur, id certe dubitari nequit, quin illis Platonis verbis Alcibiades ephebus h. e. adolescens duodeviginti vel undeviginti annorum sit accuratissime descriptus[29]). Quam aetatem quando Alcibiades egerit, hodie satis constat. Quamquam enim a veteribus auctoribus, quum plurima et de privata vita eius et de publica tradiderint, neque quo tempore natus sit neque quoto aetatis anno perierit, scriptum accepimus, tamen recentiorum maximeque Meieri[30]) quaestionibus subtiliter et recte probatum est, natum eum fuisse Ol. 82, 2 sive a. 451. Quae quum ita sint, hic dialogus ad alterutrum annum biennii bello peloponnesiaco excepti referendus est, et ut plerisque interpretibus, ita nobis animus ad annum 432 magis inclinat, quumque tot peregrini homines ad Calliam convenisse dicantur, haud scio an verno tempore sub Dionysia arbana Ol. 86, 4 hoc colloquium habitum putari debeat; v. ann. ad p. 315 D.

Eo tempore Callias viginti fere annos natus erat, certe non multo maior, id quod inde colligas, quod sexaginta annis post

---

29) Conf. commentationem nostram De temporibus rerum quae in Platonis Protagora habentur constituendis (Erfurt. 1859) p. 15 sqq., ubi et de hac re et de reliquis huc pertinentibus uberius, quam hic licet, disputatum est. De Alcibiadis Platonici aetate quae iam anno 1856 scripsimus, ea publici iuris facta sunt a Muetzellio in Annalibus rei scholastic. 1858. p. 260—266.

30) In Indice lect. Gryphiswald. 1821; eum quum alii secuti sunt, tum Vischer (Alcibiad. et Lysander p. 52) et Hertzberg (Alcibiades, Halle 1853. p. 21 et 60 sq.).

(Ol. 102, 2 sive a. 372) legatus Spartam missus est[31]); nec tamen tum minus viginti annos habuit. Nam eadem matre natus atque Xanthippus et Paralus, Periclis filii, aetate eos antecessit[32]); constat autem Xanthippum in matrimonium duxisse filiam Isandri[33]), ut ipse, quum Ol. 87, 2 pestilentia consumeretur, undeviginti saltem annos complevisse putandus sit. Adde quod ex Hipponico Calliae mater, priusquam Pericli nupsit, etiam Hippareten, quam postea Alcibiades sibi matrimonio iunxit, peperit, iam intelliges nostram de Calliae aetate sententiam aut veram esse aut vero proximam.

Ex iis quae Athenaeus p. 220 et scholiastes ad Plat. Menexen. p. 235 E de Aeschinis Socratici dialogo, qui Callias inscriptus fuit, narraverunt, coniicere licet, Aeschinem illum dialogum ad idem fere tempus aptavisse. Nam in eo libro, in quo Calliae cum Hipponico patre simultatem pluribus memoraverat, non modo Anaxagorae et Prodici disciplinam irriserat, sed in Periclem etiam et Aspasiam invectus erat[34]). Ex quo, opinor, intelligitur, iam ante bellum peloponnesiacum et Hipponico vivo, qui in pugna Deliaca (a. 424) cecidit, Calliam sophistis se dedisse; sed quo iure Plato finxerit eum ıam tum domi suae sophistas vidisse et tot homines hospitio excepisse, non nihil habet dubitationis. Equidem Platonem in hac re, de qua alii aliter senserunt, anachronismum quem dicunt commisisse ut credam non adducor. Hipponicus praeter domum, quae in pago Melitensi sita erat in eaque habitum hoc colloquium fingitur, alteram eamque magnificentiorem in Piraeo habuit, in qua post Hipponici mortem Callias illud convivium, quod Xenophon descripsit, ob Autolyci quem amabat victoriam a. 422 paravit. Quid ergo impedit, quominus Hipponicum, cuius mors in Protagora nusquam significatur, altera domo Calliae concessa in Piraeo tum habitavisse statuamus. Andocide teste Callias in matrimonio habuit filiam Glauconis; quam quum iam ante hoc colloquium duxisse videatur[35]), ex iis nuptiis causa potest repeti, cur Hipponicus aedes urbanas Calliae condonaverit.

Una res est, quae illi anno, ad quem dialogum retu-

---

31) Xenoph. Hellen. VI. 3. 2. Diodor. XV. 51. De hoc viro omnium Atheniensium opulentissimo et sophistis mirifice dedito disputavit Perizon. ad Ael. V. H. 14, 6. Boeckh. De Oeconom. Att. I. p. 629. Veterum scriptorum locos plurimos, qui de illo agunt, collegit Heindorf. ad Protag. p. 311 A.

32) V. annot. ad p. 314 E.

33) Plutarch. Pericl. c. 36, 1. Athen. p. 589 D.

34) Athen. l. l. ὁ δὲ *Καλλία αὐτοῦ* (τοῦ *Αἰσχίνου*) *περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφορὰν καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν σοφιστῶν διαμώκησιν κτέ.* Schol. ad Menex. *Ἀσπασία καὶ Περικλέα δημηγορεῖν παρεσκεύασεν, ὡς Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ.*

35) V. annot. ad p. 314 E.

limus, non respondeat, commemorationem dico fabulae Agrestium, quam Athenaeus p. 218 C. Ol. 89, 4 (421) actam esse testatur. Et concedendum est Platonem hac in re a veritate deflexisse, sed quum in tanta copia comoediarum quotannis in scenam delatarum nemo nisi didascaliis inspectis, quo anno singulae doctae essent, scire posset, Plato veniam rei ad orationem ornandam et Protagorae dicendi consuetudinem vere depingendam adiectae impetraturum se sperare potuit. Non vero eadem erat ratio in iis quae ad illos homines, qui in hoc libro inducti sunt, pertinerent. Quorum vita in luce Graeciae acta quum non modo Atheniensibus, sed ne reliquis quidem Graecis esset ignota, eo magis hoc philosopho cavendum erat, ne quae a veritate abhorrerent, de iis traderet, quod in talibus rebus iudicandis Graeci nobis erant acerbiores[36]. Maxima autem circumspectione haec omnia constituta esse et inique magis quam recte Platonem a quibusdam hoc nomine reprehensum esse nobis videmur docuisse.

Restat, ut Simonidei carminis reliquias, quas primus Schleiermacherus a Platonis oratione recte excepit, quem ad modum eas G. Hermannus in editione Heindorfii p. 598 et Schneidewin. in Delectu poesis Graecorum eleg. iamb. mel. p. 379 numeris suis restituerunt, hic proponam et sub unum adspectum subiiciam.

Στροφή.

–́⏑⏑ – ⏑⏑ –́⏑ – ⏑ – –́⏑⏑ ⏓
× –́⏑ –́⏑⏑ – ⏑ – × ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏓ –́⏑ –
⏑⏑ –́⏑ – × ⏑ –́⏑⏑ – ⏑ – × ⏑ –́⏑⏑ – ⏑ ⏓
⏑ ⏑́⏑ –́⏑ – × ⏑ –́⏑⏑ –
⏑ –́–́⏑ – –
× ⏑ –́⏑⏑ – – –́⏑⏑ – ⏑ – ⏑

Ἐπῳδός.

⏑ –́– –́–
⏑ –́–́⏑⏑ –
× ⏑ –́⏑⏑ – ⏑ – × ⏑ –́⏑⏑ × ⏑ –́⏑⏑ – ⏑ ⏓
–́⏑⏑ – – –́⏑ –
–́⏑⏑ – ⏑⏑ –́⏑
× ⏑ –́⏑⏑ – ⏑ – –́⏑ – –
× ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –́⏑ – –

Στροφὴ α′.

Ἄνδρ᾽ ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπὸν
χερσίν τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον.
(Desunt quinque versus.)

36) Conf. Isocrat. XI. 8. Aristid. III. p. 551 (vol. II. p. 435 edit. Dindorf.). Athen. p. 216 F.

'Αντιστρ. α'.

Οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται
καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον· χαλεπὸν φάτ' ἐσθλὸν ἔμμεναι
Θεὸς ἂν μόνος τοῦτ' ἔχοι γέρας· ἄνδρα δ' οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι,
ὃν ἂν ἀμάχανος συμφορὰ καθέλῃ.
Πράξαις γὰρ εὖ πᾶς ἀνὴρ ἀγαθός,
κακὸς δ' εἰ κακῶς, καὶ
τοὐπιπλεῖστον ἄριστοι, τούς κε θεοὶ φιλῶσιν.

'Επῳδὸς α'.

Ἔμοιγ' ἐξαρκεῖ,
ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ
μηδ' ἄγαν ἀπάλαμνος εἰδώς τ' ὀνησίπολιν δίκαν, ὑγιὴς ἀνήρ.
Οὔ μιν ἐγὼ μωμήσομαι·
οὐ γὰρ ἐγὼ φιλόμωμος·
τῶν γὰρ ἠλιθίων ἀπείρων γενέθλα.
Πάντα τοι καλά, τοῖσί τ' αἰσχρὰ μὴ μέμικται.

Στροφὴ β'.

Τοὔνεκεν οὔ ποτ' ἐγὼ τὸ μὴ γενέσθαι δυνατόν
διζήμενος κενεὰν ἐς ἄπρακτον ἐλπίδα μοῖραν αἰῶνος βαλέω,
πανάμωμον ἄνθρωπον, εὐρυέδους ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός.
ἔπειτ' ὔμμιν εὑρὼν ἀπαγγελέω.
Πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ φιλέω,
ἑκὼν ὅστις ἔρδῃ
μηδὲν αἰσχρόν· ἀνάγκᾳ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

INDEX CODICUM EDITIONUM ALIORUM SCRIPTORUM AD PROTAGORAM PERTINENTIUM.

Codices ad hunc dialogum integros hodie collatos habemus duodeviginti.

Inter quos praestantissimi sunt Clarkianus s. Bodleianus, cuius varias lectiones edidit Gaisfordus, Vatican. 226. Θ. insignitus, Coislin. 155 Venet. 184 et 189, litteris Γ Ξ et Σ notati, quos contulit Bekkerus; Vindob. 54, a Bastio diligentissime excussus (vid. Stallbaum Var. Lectt. Tom. XII. p. V. edit. Platon. Lipsiens. 1825). Neque spernendi sunt Paris. 1808. 1809. 1811 et Vat. 1029 litteris B C E r signati. Ceteri, Ambros. 56, Angel. 1. 9, Barberin. 371, Vat. 175 litteris r w y e a Bekkero notati, itemque Florentini a b c o (de quibus conf. Stallbaum l. l. p. VI sq.) non nisi paucis quibusdam locis bonas lectiones, ipsis proprias, exhibent.

Peculiares Protagorae editiones hae factae sunt:

Platonis dialogi tres, Phaedo, Sophistes, Protagoras. Emendavit et annotatione instruxit Lud. Fr. Heindorfius. Berolini 1810. 8. mai.

Platons Protagoras. Mit Einleit. u. Anmerkungen von Ed. Jahn. Wien 1856. 8.

Platons Protagoras. Mit Einleit. u. Anmerkung zum Schul - und Privatgebrauch v. T. Wildauer. Innsbruck. 1857. 8.

Platons ausgewaehlte Dialogen erklaert v. H. Sauppe. II Baendch. Protagoras. Berlin. 1857. 8. Haec editio iterata et emendata est 1863.

Platons Protagoras. Für den Schulgebr. erklärt v. Jul. Deuschle. Leipzig. 1861. 8.

Commentarios in hunc dialogum locupletissimos conscripsit Frid. Astius Opp. Plat. T. X. p. 1—212.

Germanice Protagoram quum alii verterunt, tum

Frid. Schleiermacher, Platons Werke, ersten Theiles erster Band. Berlin. 1817. 8. idemque in praefatione p. 217—234 de libri argumento egit et annotationibus p. 403—420 multos locos acute ac subtiliter illustravit.

Hieron. Müller, Platons sämmtliche Werke, erster Band. Leipz. 1850, in quo opere C. Steinharti de hoc dialogo disputatio elegantissima habetur p. 397—432.

Fr. Susemihl, Platons Protagoras. Stuttgart. 1859, qui et ipse praefationem et annotationes adiecit.

Praeterea in argumenti Protagorae explanatione versati sunt

Frid. Ast. Platons Leben u. Schriften. (Leipz. 1816) p. 56 sqq.

Jos. Socher, Ueber Platons Schriften (München 1820) p. 226 sqq.

C. F. Hermann, Geschichte u. System d. Plat. Philosophie (Heidelberg 1839) p. 452 sqq.

W. Nattmann, De Platonis Protagora. Emmerich 1854. 4.

Fr. Susemihl, Genetische Entwickelung d. Plat. Philosophie (Leipz. 1855) I. p. 41—65.

Rich. Schöne, Ueber Platons Protagoras. Leipzig 1862. 8.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΤΑΙΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ, ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ, ΚΑΛΛΙΑΣ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΠΡΟΔΙΚΟΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

Steph.

Cap. I. *ET.* *Πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνει; ἢ δῆλα* 309
δή, ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν; καὶ μήν μοι καὶ πρώην ἰδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι, ἀνὴρ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ὥς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆ-

Cap, I. P. 309. *ἢ δῆλα δή, ὅτι*] Bodl. pro *ἢ* habet *ἦ*. Athenaeus, qui p. 219 F. verba *Πόθεν — Ἀλκιβιάδης ἔχει* affert, *ἢ δηλαδὴ*, omisso *ὅτι*.
ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι] Athenaeus *ὁ ἀνήρ*. Bekkerus, Stallbaumius, Turicenses *ἁνὴρ*. Sed recte libri Platonis et editores recentiores sine articulo, est enim *καλὸς ἀνήρ* praedicatum quod dicitur.
ἐν αὐτοῖς ἡμῖν] Athen. *ἐν ἡμῖν αὐτοῖς*, solemni verborum ordine, idemque post *Ἀλκιβιάδης* inseruit *αὐτὸς*.

Cap. I. P. 309. Athenis, in occidentali parte urbis, ante ianuam suae domus (v. ann. ad p. 314 C) vel in publica aliqua sede familiaris Socratis cum pedisequo suo sedet. Socrates Calliae domo modo relicta ex Melite pago (v. Aristoph. ran. 501 ibique schol.) redit. Miratur ille, quid sit quod Socratem matutino tempore in eam urbis regionem adduxerit, sed ex via, qua Socrates incedit, suspicatur in pago Scambonidis, qui Melitae erat finitimus, eum fuisse et Alcibiadem ibi habitantem (v. Plutarch. Alcib. c. 22) convenisse. — Et haec suspicio et diei tempus — instabat enim *πλήθουσα ἀγορά* quae dicitur sive hora quarta — de palaestra aut de gymnasio aliquo cogitare nos prohibent, ubi hos sermones narratos esse dicamus. Apol. p. 30 E Socrates ipse: *ὑμᾶς ἐγείρων*, inquit, *οὐδὲν παύομαι τὴν ἡμέραν ὅλην πανταχοῦ προσκαθίζων*. Sunt autem hi sermones, ut in praefatione p. 21 vidimus, habiti et narrati primo vere anni 432 a. Chr. n.

Πόθεν, ὦ Σώκρατες —] Cicero fragment. Protagorae Platon. ap. Priscian. L. VI. 11. 63: Quid tu? unde tandem appares, Socrate? an id quidem dubium non est, quin ab Alcibiade? Veterum editionum scripturam *ἢ δηλαδή* recte mutavit Stephanus in *ἢ δῆλα δή*, quod vel istud *ὅτι* exigebat. *ἢ* in hac formula vi corrigendi ponitur, quia alia quaedam interrogatio aut praemissa est, aut apud animum intelligenda. *Stallb.*

ἀπο κυνηγεσίου] Plutarch. Alcib. c. VI: *ἔστι δ' ὅτε (ὁ Ἀλκιβιάδης) καὶ τοῖς κόλαξιν ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν ἀπωλίσθαινε τοῦ Σωκράτους, καὶ δραπετεύων ἀτεχνῶς ἐκυνηγεῖτο.* v. Athen. p. 219 B sq.

ὥς γ' ἐν αὐτ. ἡμ. εἰρῆσθαι] quod quidem inter nos liceat dicere. Huic locutioni a Platone saepe usurpatae interdum nullo sententiae discrimine adiicitur *τἀληθῆ*, ut infra p. 339 E. Euthyd. p. 307 A. Alcibiad. II. p. 364 E. De vi pronom. *αὐτός* v. ad p. 320 B.

σθαι, καὶ πώγωνος ἤδη ὑποπιμπλάμενος. ΣΩ. Εἶτα τί τοῦτο;
B οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει; ΕΤ. Τί οὖν τὰ νῦν; ἢ παρ' ἐκείνου φαίνει; καὶ πῶς πρός σε ὁ νεανίας διάκειται; ΣΩ. Εὖ ἔμοιγε ἔδοξεν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῇ νῦν ἡμέρᾳ· καὶ γὰρ πολλὰ ὑπὲρ ἐμοῦ εἶπε βοηθῶν ἐμοί, καὶ οὖν καὶ ἄρτι ἀπ' ἐκείνου ἔρχομαι. ἄτοπον μέντοι τί σοι ἐθέλω εἰπεῖν· παρόντος γὰρ ἐκείνου, οὔτε προσεῖχον τὸν νοῦν, ἐπελανθανόμην τε αὐτοῦ θαμά. ΕΤ. Καὶ τί ἂν γεγονὸς εἴη περὶ σὲ κἀκεῖνον τοσοῦτον πρᾶγμα;
C οὐ γὰρ δήπου τινὶ καλλίονι ἐνέτυχες ἄλλῳ ἔν γε τῇδε τῇ

καὶ οὖν καὶ ἄρτι] Alterum *καί* additum est ex plurimis optimisque codicibus. Vett. editt. om.

εἶτα τί τοῦτο] Admirationi, quam verba familiaris sibi movere Socrates simulat, exprimendae inservit et partic. *εἶτα* et orationis forma elliptica, quam explere potuit vel *ἐστι* vel *διαφέρει* addendo, ut p. 331 C: *ἀλλὰ τί τοῦτο διαφέρει;*

οὐ σὺ μέντοι Ὁμ. ἐπ.] an vero tu Homero non adstipularis? stimmest du *wirklich* nicht dem Homer bei? h. e. putabam vero te Homerum probare, dicentem etc. Exempla voculae *μέντοι* post *οὐ* sic in interrogatione usurpatae laudavit Heindorfius ad h. l. conf. De Rep. VII. 521 C. IX. 581 A. Theaet. 163 E. Phaedr. p. 229 B. Hipp. min. p. 366 C. Cratyl. p. 439 A. al. *Stallb.*

ὃς ἔφη] Odyss. X. 277 Mercurius describitur *νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικώς, πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦ περ χαριεστάτη ἥβη*, cf. Il. 24, 347.

B. *ἣν νῦν Ἀλκ. ἔχει*] Xenoph. Mem. II. 1, 21: *ἐπεὶ Ἡρακλῆς ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν εἴτε κτέ.* Voc. *ἥβη* apud Atticos eum pubertatis gradum significavit, qui ab aetatis anno duodevicesimo ad vicesimum pertinet. Quem qui adepti erant, ii lexiarchicis tabulis inscripti in virorum numerum recepti suique iuris facti sunt, nominabantur autem proprie ephebi. Itaque Plato quum certum quoddam tempus iam voce *ἥβης* significari vellet, Homericum illud *πρῶτον* ante *ὑπηνήτου* admittere non potuit; de toto loco v. praefat. p. 21.

καὶ οὖν καὶ ἄρτι —] Postquam Socrates, quid de Alcibiadis erga se voluntate iudicaret — quae posterior erat amici interrogatio — exposuit, his verbis respondet ad *ἢ παρ' ἐκείνου φαίνει*; et sane ab illo nunc ipsum venio. Ceterum hinc intelligitur et h. l. et initio dialogi *φαίνεσθαι* usurpatum esse pro *ἔρχεσθαι*.

οὔτε προσεῖχον τὸν νοῦν — θαμά] etsi ille aderat, tamen animum non ad eum advertebam, adeoque eius frequenter obliviscebar. Post *οὔτε* hic *τέ* infertur sic, ut in altero membro gradatio insit, quod in multis huiusmodi locis valet. v. infra p. 347 E. p. 361 E. Legg. I. p. 628 B. p. 631 A. II. p. 655 E. III. p. 694 D. p. 697 D. Menex. p. 239 C. Charm. p. 169 C. Sympos. p. 223 D. Apolog. Socr. p. 26 C. Xenoph. Cyrop. VI. 3, 2. *Stallb.*

οὐ γὰρ δήπου — τῇδε τῇ πόλει] neque enim, opinor, alium offendisti pulchriorem in hac quidem urbe. Cur non dictum sit *ἐν ταύτῃ τῇ πόλει*,

πόλει. ΣΩ. Καὶ πολύ γε. ΕΤ. Τί φῄς; ἀστῷ, ἢ ξένῳ; ΣΩ. Ξένῳ. ΕΤ. Ποδαπῷ; ΣΩ. Ἀβδηρίτῃ. ΕΤ. Καὶ οὕτω καλός τις ὁ ξένος ἔδοξέ σοι εἶναι, ὥστε τοῦ Κλεινίου υἱέος καλλίων σοι φανῆναι; ΣΩ. Πῶς δ' οὐ μέλλει, ὦ μακάριε, τὸ σοφώτατον κάλλιον φαίνεσθαι; ΕΤ. Ἀλλ' ἦ σοφῷ τινι ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ἐντυχὼν πάρει; ΣΩ. Σοφωτάτῳ μὲν οὖν δήπου τῶν γε νῦν, εἴ σοι δοκεῖ σοφώτατος εἶναι D Πρωταγόρας. ΕΤ. Ὦ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκε; ΣΩ. Τρίτην γε ἤδη ἡμέραν. ΕΤ. Καὶ ἄρτι ἄρα ἐκείνῳ

C. *Καὶ οὕτω καλός τις*] Sic. codd. Veteres edit. *οὕτως κ. τ.*
τὸ σοφώτατον κ. φ.] Bekkerus solius Ficini auctoritate scripsit *τὸ σοφώτερον*, quod placuit etiam Heindorfio et recentioribus editoribus plerisque omnibus. Sed v. annot.

D. *Σοφωτάτῳ μὲν οὖν δ.*] Vett. editt. et duo codd. Paris. *Καὶ σοφωτάτῳ μ.* Recte ceteri libri istud *καί* omittunt. v. Criton. p. 44 B. Symp. 201 C. al.

patebit ex annot. ad Gorg. p. 468 E. *Stallb.* v. Krüger Gram. Gr. 51. 7, 2.

C. *Καὶ πολύ γε*] int. *ἐνέτυχον καλλίονι καὶ πολύ γε (καλλίονι).* Euthyd. p. 291 A: *μή τις τῶν κρειττόνων παρὼν αὐτὰ ἐφθέγξατο; Ναὶ μὰ Δία, τῶν κρειττόνων μέντοι τις ἐμοὶ δοκεῖ καὶ πολύ γε.* Socrates hoc responso familiarem in summam exspectationem non potuit non adducere, quum Alcibiades, ut Cornelii Nep. verbis utar, omnium aetatis suae multo esset formosissimus. Quibus similia narrant Plato Alcib. I init. Xenoph. Mem. I. 2, 24. Plutarch. Alcib. c. 4.

Ἀβδηρίτῃ] Abest a Socratis responso Abderae urbis irrisio, quod inde apparet, quod familiaris *ὁ ξένος* in proximis dicit, non *ὁ Ἀβδηρίτης*. Ex quo tempore et qua de causa Abderitae stupidi haberi coepti sint, incertum est, id modo constat Demosthenis aetate eos iam male audiisse, v. Orat. 17, 23: *ὥσπερ ἐν Ἀβδηρίταις, ἢ Μαρωνείταις, ἀλλ' οὐκ ἐν Ἀθηναίοις πολιτευόμενοι.* Maximum detrimentum famae eorum intulisse videtur Stratonicus citharoedus (conf. Athen. 349 B). Eo tempore, quo hunc sermonem Plato habitum esse fingit, ex Abderitis nemo erat Atheniensibus notior, quam Nymphodorus, de quo scripsit Thucydides lib. II. c. 29.

τὸ σοφώτατον κ. φ.] Ficinus: — quo minus, quod sapientius est, sit et pulchrius? Sed noli *σοφώτερον* scriptum (aut a Ficino lectum) suspicari. Superlativus loco longe accommodatior. Pertinet enim *τὸ σοφώτατον* ad Protagoram, quem constat incredibilis sapientiae laude floruisse, ut adeo *σοφίας* nomine appellatus sit. v. Diog. Laert. IX, 50. Theaet. p. 160 D. *Stallb.* Nec profecto familiaris hominem Alcibiade, adolescente aliis omnibus rebus magis quam doctrina ornato, sapientiorem *σοφόν* habere et *σοφιστήν* intelligere potuisset, quocum Socrates fuisset collocutus. Quum vero Protagoras non esset sophista modo, sed maximus, Socrates verbis *σοφωτάτῳ μὲν οὖν*—immo vero sapientissimo sive maximo sophistae — parum digne eum ab amico *σοφόν* appellari respondet.

D. *Ὦ τί λέγεις*] *ὢ* est mirantis, *ὦ* compellantis. v. Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 403 sq. Bastius et Boisson. ad Aristaen. p. 209. *Stallb.*

310 συγγεγονὼς ἥκεις; ΣΩ. Πάνυ γε πολλὰ καὶ εἰπὼν καὶ ἀκούσας. ΕΤ. Τί οὖν οὐ διηγήσω ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, εἰ μή σέ τι κωλύει, καθιζόμενος ἐνταυθί, ἐξαναστήσας τὸν παῖδα τουτονί; ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ χάριν γε εἴσομαι, ἐὰν ἀκούητε. ΕΤ. Καὶ μὴν καὶ ἡμεῖς σοί, ἐὰν λέγῃς. ΣΩ. Διπλῆ ἂν εἴη ἡ χάρις. ἀλλ' οὖν ἀκούετε.

Cap. II. Τῆς παρελθούσης νυκτὸς ταυτησί, ἔτι βαθέος ὄρθρου, Ἱπποκράτης, ὁ Ἀπολλοδώρου υἱός, Φάσωνος δὲ ἀδελφός, τὴν θύραν τῇ βακτηρίᾳ πάνυ σφόδρα ἔκρουε, καὶ

P. 310. καθιζόμενος ἐνταυθί] Sic. Bodl. Vat. Θ Ven. Ξ et Vindob. Vulg. ἐνταυθοῖ, quod Stallbaum. defendit ad Phileb. p. 23, sed v. Elmsl. ad Aristoph. Achar. 152 et Fritsch. ad Thesm. p. 79.
Διπλῆ ἂν] Saupp. Διπλῆ γ' ἄν.

συγγεγονὼς ἥκεις;] Referuntur haec ad ἐντυχὼν πάρει; sed ἐντυχὼν quum dicebat, de sermone (ἐντεύξει) cogitabat, quem de qualicunque re cum sophista aliquo coram Alcibiade habuisset, nunc autem gravem aliquam disputationem (συνουσίαν) intelligit, quam sibi a Socrate narrari velit, eaque est causa, cur perfecti temporis participio nunc utatur.

P. 310. Πάνυ γε πολλὰ καὶ εἰπ. κ. ἀκ.] Sauppius distinxit Πάνυ γε, πολλὰ κτἑ. Quod si voluisset Plato, scripsisset Πάνυ γε, καὶ πολλὰ εἰπὼν καὶ ἀκ.

Τί οὖν οὐ διηγήσω —] quin tu nobis — narras? In huiusmodi interrogationibus excitandi vel imperandi vi positis a Graecis tum praesens tum aoristus usurpatur, v. p. 310 E τί οὐ βαδίζομεν; Xenoph. Mem. III. 1, 10 τί οὖν οὐ σκοποῦμεν, ἔφη. Cyrop. II. 1, 4 τί οὖν οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι, εἰ οἶσθα, . . τὴν ἡμετέραν.

ἐξαναστήσας τὸν παῖδα τουτονί] huncce puerum s. pedisequum excitans, int. de sede, in qua una cum domino (v. p. 339 E) consederat. Et domini et pedisequi mores his verbis descripti sunt: ille nec assurgit Socrati advenienti aut ipse servum excitat, nec servus sua sponte surgit. Xenoph. De Rep. Atheniens. I. 10: τῶν δούλων . . πλείστη ἐστὶν Ἀθήνησιν ἀκολασία, καὶ οὔτε πατάξαι ἔξεστιν αὐτόθι, οὔτε ὑπεκστήσεταί σοι (decedet tibi) ὁ δοῦλος. Multo autem modestiores Plato Menonis Thessali pedisequos induxit Men. p. 82 B.

ἀλλ' οὖν ἀκούετε] Omnia quae sequuntur Socrates narrat, sed quanta sit Attici sermonis festivitas, maxime his verbis cognoscitur, quae proxime hanc narrationem praecedunt. Quae si iam post πάνυ μὲν οὖν, sequente ἀκούετε, illata esset, nemo facile quid desideraret.

Cap. II. Ἱπποκράτης, ὁ Ἀπολ.] De Hippocratis ingenio quid iudicandum sit, significavimus in praefat. p. 6.

Φάσωνος δὲ ἀδελφός] Ne quis καὶ pro δὲ requirat, patriae linguae consuetudine in fraudem inductus, est haec prope constans atque legitima ratio sermonis Graeci. Herodot. VII. 10, 1: ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ, ἀδελφεῷ δὲ ἐμῷ, Δαρείῳ ἠγόρευον μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ Σκύθας. v. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 940. *Stallb.*

τὴν θύραν] int. τὴν αὔλειον v. Symp. 212 C. Socrates ipse apud Xenophontem (Oecon. c. II. 3) dicit, si emptor bonus sibi contingat, ex omnibus rebus quas habeat cum domo quinque minas facile se coacturum. Fuit igitur domus eius ex omnium minimis; cf. Boeckh. De Oecon. Att. I. p. 94.

ἐπειδὴ αὐτῷ ἀνέῳξέ τις, εὐθὺς εἴσω ᾔει ἐπειγόμενος, καὶ B
τῇ φωνῇ μέγα λέγων, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐγρήγορας ἢ καθεύδεις; Καὶ ἐγὼ τὴν φωνὴν γνοὺς αὐτοῦ, Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος· μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις; Οὐδέν γ', ἦ δ' ὅς, εἰ μὴ ἀγαθά γε. Εὖ ἂν λέγοις, ἦν δ' ἐγώ. ἔστι δὲ τί, καὶ τοῦ ἕνεκα τηνικάδε ἀφίκου; Πρωταγόρας, ἔφη, ἥκει, στὰς παρ' ἐμοί. Πρώην, ἔφην ἐγώ· σὺ δὲ ἄρτι πέπυσαι; Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, ἑσπέρας γε. Καὶ ἅμα ἐπιψηλαφήσας C

B. εὐθὺς εἴσω ᾔει ἐπειγ.] Hippocrates non ante ostium opperiebatur, dum ipse per eum, qui ianuam aperuerat, adventu nuntiato accedere iuberetur, sed propere in aedes irruebat; quod Graecorum sententia a bonis moribus non minus abhorruit, quam alia, quae ille hic dicitur fecisse. Plutarch. Cimon. c. 17: ἐπεὶ δὲ ἀπῄει διὰ Κορίνθου τὴν στρατιὰν ἄγων, ἐνεκάλει Λάχαρτος αὐτῷ .. καὶ γὰρ θύραν κόψαντας ἀλλοτρίαν οὐκ εἰσιέναι πρότερον ἢ τὸν κύριον κελεῦσαι. Demosthen. Or. 37, 52 tanquam maxima opprobria haec in adversarium coniiciuntur: (Νικόβουλος) ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φθέγγεται, καὶ βακτηρίαν φορεῖ. Quamquam de bacillis non omnes idem videntur sensisse. — ᾔει ἐπειγόμενος. Plato etsi et ᾔει et ᾔειν usurpat, tamen ν non ad tollendum hiatum addit; ᾔει etiam in Phaedr. p. 228 B et in Politic. p. 275 A et alibi ante vocalem posuit, contra ᾔειν, quo sex fere locis utitur, ante consonam in Tim. p. 39 A.

Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος] Apud se hoc Socrates loquitur, recteque reddidit Ficinus: Hippocrates hic est, inquam.

μή τι νεώτερον] Quum νεώτερον atque νέον per euphemismum etiam de malis et calamitatibus dici soleat, quem usum vocis quum alii scriptores tum tragici poetae frequentant, veluti Sophocl. Ant. v. 238. 945. Philoct. 560. 784. al. Hippocrates verbis Socratis per amphiboliam in malam partem acceptis iocose respondet: Οὐδέν γ', — εἰ μὴ ἀγαθά γε. Stallb.

Εὖ ἂν λέγοις] probe dicis — si res ita se habet, v. infra p. 339 B et Men. p. 78 C: ἴδωμεν δὴ καὶ τοῦτο εἰ ἀληθὲς λέγεις· ἴσως γὰρ ἂν εὖ λέγοις.

τηνικάδε ἀφίκου] H. e. tam multo mane. Criton in.: τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων; ἢ οὐ πρῴ ἔτι ἐστίν; Πάνυ μὲν οὖν. Πηνίκα μάλιστα; Ὄρθρος βαθύς. Mox verba, στὰς παρ' ἐμοί, arcte connectas cum ἔφη. Stallb.

Πρώην, ἔφην ἐγώ] iam nudius tertius advenit. Nam p. 309, D: τρίτην γε ἤδη ἡμέραν (ἐπιδεδήμηκεν). Ad πρώην e superioribus repeti oportere ἥκει in aprico est. Stallb.

C. ἑσπέρας γε] 'heri' vesperi; sed quum ea, quae Hippocrates narrat, post solis occasum facta essent, ei non licuit dicere ἐχθές γ' ἑσπέρας. Nam Athenienses, ut ait Varro apud Aul. Gellium N. A. III. 2, 4, a sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicebant.

ἐπιψηλαφήσας] Phaedon. p. 99 B: ὅ μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥσπερ ἐν σκότῳ .. ὡς αἴτιον αὐτὸ προσαγορεύειν. Videtur Socrates luminibus mane non accensis sumptui pepercisse; neque enim illud ἅπτε, παῖ, λύχνον ab eo auditur, et grabatum, in quo cubabat, contrectando quaerit Hippocrates De voc. σκίμπους Etymol. Magn. Ἀσκάντης· κλινίδιον εὐτελές, ὃ ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν σκίμπους ὀνομάζεται: quod testatur grammaticus allato hoc ipso loco.

τοῦ σκίμποδος ἐκαθέζετο παρὰ τοὺς πόδας μου, καὶ εἶπεν· Ἑσπέρας δῆτα, μάλα γε ὀψὲ ἀφικόμενος ἐξ Οἰνόης. ὁ γάρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα· καὶ δῆτα μέλλων σοι φράζειν, ὅτι διωξοίμην αὐτόν, ὑπό τινος ἄλλου ἐπελαθόμην. ἐπειδὴ δὲ ἦλθον καὶ δεδειπνηκότες ἦμεν καὶ ἐμέλλομεν ἀναπαύεσθαι, τότε μοι ὁ ἀδελφὸς λέγει, ὅτι ἥκει Πρωταγόρας. καὶ ἔτι μὲν ἐνεχείρησα εὐθὺς παρὰ σὲ ἰέναι, ἔπειτά μοι λίαν
D πόρρω ἔδοξε τῶν νυκτῶν εἶναι. ἐπειδὴ δὲ τάχιστά με ἐκ τοῦ κόπου ὁ ὕπνος ἀνῆκεν, εὐθὺς ἀναστὰς οὕτω

C. ὅτι διωξοίμην] Venet. Σ. et Flor. c. διώξοιμι. Sed conf. Theaet. p. 168 A. Soph. p. 251 A. Clit. p. 407 A.

ὁ ἀδελφός] Articulum exhibent Flor. c. Venet. Σ. et Coisl. quos secutus est Stallb. Alii edit. recent. ἀδελφός.

ἐξ Οἰνόης] Harpocratione aliisque testibus in Attica duplex fuit Oenoe, altera ad Eleutheras, ad Marathonem altera. Sed quum Satyro id agendum esset, ut ex Attico agro erumperet, priorem in ipsis Boeotiae finibus sitam petiisse existimandus est. v. Thucyd. II. 18, 1. Wesseling. ad Diodor. IV. 60.

ὁ γάρ τοι παῖς με — ἀπέδρα] Et apud Graecos et apud Romanos id saepissime accidit, ut servi, ubi iniquae eos conditionis pertaesum est, fuga meliorem fortunam consequi conarentur, eaque 'fugitivorum' conata quum aliis rebus tum bellis fere continuis adiuta plerumque sunt effecta. Scholiastes ad Menex. p. 245 E: Λεχαιὸν ἐπίνειόν ἐστι Κορινθίων, ὥσπερ ὁ Πειραιεὺς Ἀθηναίων. εἰς τούτους τοὺς τόπους ἀπεδίδρασκον οἱ οἰκέται. Sed Satyrus, quo statu tum res Atheniensium erant, tutius terra quam mari Hippocratis potestati sese eripiebat. Litterarum ad fugitivum comprehendendum in finitimas urbes missarum exemplum illustrissimum in papyro (a. 145 a. Chr. scripta) exstat, cuius accuratam descriptionem et explicationem proposuit Letronne Fragments inédits. Didot. 1838. p. 14—28.

ἐπειδὴ δὲ ἦλθον] v. ad p. 320 A.

potuerit, ut perperam audierim. Agathonis nomen apud Calliam facile a quopiam appellari potuit in consessus praeparatione, quae describitur p. 317 D.

εἰ παιδικὰ Π. τ. ὤν.] Constructionem ne mireris, multo audacius Phaedr. p. 240 A: *ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅ τι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐραστὴς εὔξαιτ' ἂν γενέσθαι Stallb.*

τυγχάνει ὤν.] Quae vulgo sequuntur verba *τοῦτ' ἦν τὸ μειράκιον* h. e. id erat adolescens, int. *παιδικά*, ea ad Socratis coniecturam, qua Agathonem a Pausania amari suspicatus erat, confirmandam Platonis orationi primum apposita, tum a librariis inserta sunt, quo factum est, ut Pausanias et Agatho, qui inter se coniuncti alteri pari audientium, ambobus Adimantis, oppositi sunt, oratione divellerentur.

τὼ Ἀδειμάντω] Adimanti, Cepidis filii, mentio fit, quod sciamus, alibi nusquam; alterius, qui Leucolophidae filius appellatur, rarissime. De hoc Hemsterhus. ad Lucian. Tim. p. 451 ed. Lehm. conferri iubet Xenoph. Hist. Gr. II, 4, 21 et Schol. ad Aristoph. Ran. v. 1561. *Stallb.* Vid. Meineke Fragm. Comic. Graec. II. p. 513.

δοκεῖ ἁνὴρ εἶναι καὶ θεῖος] De rep. I. p. 331 E: *Σιμωνίδῃ γε οὐ ῥάδιον ἀπιστεῖν· σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ὁ ἀνήρ.* De voc. *θεῖος* v. Sophist. p. 216 B: *καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἁνὴρ οὐδαμῶς εἶναι, θεῖος μήν· πάντας γὰρ ἐγὼ τοὺς φιλοσόφους τοιούτους προσαγορεύω.*

P. 316. *ὡς φῂς σὺ*] v. p. 309 A.

καὶ Κριτίας ὁ Κ.] Est hic Critias ille, quem constat *ὀλιγαρχίας* fuisse adeo studiosum, ut crudelis et impotentis tyranni partes egerit. v. Xenoph. Mem. I, 2, 12. A Platone, quocum cognationis vinculo coniunctus fuit, — Perictione enim et Critias tyrannus eodem avo, cui et ipsi erat nomen Critiae, usi sunt — a Platone igitur in pluribus sermonibus vel loquens introducitur, veluti in Charmide, Timaeo et Critia, vel certe commemoratur. Erat enim, ut scribit scholiast. ad Tim. p. 20: *γενναίας καὶ ἁβρᾶς φύσεως, ἥπτετο δὲ καὶ φιλοσόφων συνουσιῶν, καὶ ἐκαλεῖτο ἰδιώτης μὲν ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἰδιώταις. Stallb.* Conf. Boeckh. De Oecon. Att. I. p. 433—437.

Cap. VIII. Ἡμεῖς οὖν ὡς εἰσήλθομεν, ἔτι σμίκρ' ἄττα
διατρίψαντες καὶ ταῦτα διαθεασάμενοι προσῇμεν πρὸς τὸν B
Πρωταγόραν, καὶ ἐγὼ εἶπον· Ὦ Πρωταγόρα, πρὸς σέ τοι
ἤλθομεν ἐγώ τε καὶ Ἱπποκράτης οὗτος. Πότερον, ἔφη,
μόνῳ βουλόμενοι διαλεχθῆναι ἢ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων;
Ἡμῖν μέν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲν διαφέρει· ἀκούσας δὲ οὗ ἕνεκα
ἤλθομεν, αὐτὸς σκέψαι. Τί οὖν δή ἐστιν, ἔφη, οὗ ἕνεκα
ἥκετε; Ἱπποκράτης ὅδε ἐστὶ μὲν τῶν ἐπιχωρίων, Ἀπολλο-
δώρου υἱός, οἰκίας μεγάλης τε καὶ εὐδαίμονος· αὐτὸς δὲ
τὴν φύσιν δοκεῖ ἐνάμιλλος εἶναι τοῖς ἡλικιώταις. ἐπιθυ- C
μεῖν δέ μοι δοκεῖ ἐλλόγιμος γενέσθαι ἐν τῇ πόλει. τοῦτο
δὲ οἴεταί οἱ μάλιστα γενέσθαι, εἰ σοὶ συγγένοιτο. ταῦτ'

Cap. VIII. *ἔτι σμίκρ' ἄττα*] V. ἔτι μικρὰ ἄττα, quod ex codd. optimis mutatum.

B. *πρὸς σέ τοι ἤλθ.*] Codd. plerique omnes πρὸς σέ τι. Perperam. v. annot.

μάλιστα γενέσθαι] Stephanus scribendum censuit μάλιστ' ἂν γενέσθαι, cuius sententiae accessit Sauppius.

Cap. VIII. B. *προσῇμεν πρὸς τ. Πρ.*] Socratem iam superiore tempore in Protagorae notitiam pervenisse ex iis, quae sophista illi in extremo dialogo (p. 361 E) dicit, intelligitur. Apte igitur Hippocratis patrocinium suscipere eumque ad Protagoram adducere potuit.

πρὸς σέ τοι ἤλθομεν] Socrates ianitori mandaverat, ut Protagoram se convenire velle nuntiaret. Eo haec verba spectant: ad te igitur — ut tibi iam nuntiatum est — venimus. Particulam *τοι* non hoc connectendi sensu accepit Stallbaum. Annotat ille: Frequens est hic usus voculae *τοι* pronomini cum vi quadam adiunctae, veluti Xenoph. Mem. I, 6, 11: *ὦ Σώκρατες, ἐγώ τοί σε δίκαιον μὲν νομίζω.* Cyrop. V, 2, 23: *ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ ἄνδρες φίλοι, οἶμαι.* Ibid. VII, 5, 53, *ἐγώ τοι, ἐχθὲς — οὐκ ἂν ἐδυνάμην σοι προσελθεῖν.* Aristoph. Av. v. 275: *οὗτος, ὦ σέ τοι.*

Πότερον — μόνῳ βουλόμενοι διαλ.] Iam ex his verbis Protagorae magnus rerum humanarum usus elucet; nam quum Socrates et Hippocrates, qui ipsum adire voluerant, in multorum hominum coetum incidissent, ille quidem sensit, permultum eorum interesse posse, ut quae vellent ne divulgarentur.

Ἱπποκράτης ὅδε —] Cum his comparari possunt, quae idem in simili causa dixit Euthyd. p. 275 A: *ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου· ὄνομα δ' αὐτῷ Κλεινίας.*

τὴν φύσιν δοκεῖ ἐνάμιλλος εἶναι τοῖς ἡλικ.] videtur indole cum aequalibus suis certare. *Stallb.*

C. *τοῦτο δὲ οἴεται — γενέσθαι*] *ἄν*, ut solet, additum est p. 353 B: *ἢ οἶμαι ἂν ἔγωγε κάλλιστα φανερὸν γενέσθαι*, p. 327 B: *οἴει ἂν ἀγαθοὺς αὐλητὰς τοὺς υἱεῖς γίγνεσθαι*, v. p. 318 A. 348 D. Sed recte, opinor, Heindorfius hanc voculam sermonis usu hoc quoque loco requiri negat, cf. Lys. or. 13, 53: *νῦν δὲ πεισθεὶς ὑφ' ὧν τότε ἐπείσθης, εἰ τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν ταξιάρχων τὰ ὀνόματα μόνον εἴποις, μέγα τι ᾤου παρ' αὐτῶν διαπράξασθαι.* v. Heindorf. et ad h. l. et ad Phaedon. p. 67 B. Etenim simplici

οὖν ἤδη σὺ σκόπει, πότερον περὶ αὐτῶν μόνος οἴει δεῖν διαλέγεσθαι πρὸς μόνους, ἢ μετ' ἄλλων. Ὀρθῶς, ἔφη, προμηθεῖ, ὦ Σώκρατες, ὑπὲρ ἐμοῦ. ξένον γὰρ ἄνδρα καὶ ἰόντα εἰς πόλεις μεγάλας, καὶ ἐν ταύταις πείθοντα τῶν νέων τοὺς βελτίστους ἀπολείποντας τὰς τῶν ἄλλων συνουσίας, καὶ οἰκείων καὶ ὀθνείων, καὶ πρεσβυτέρων καὶ νεωτέρων, ἑαυτῷ συνεῖναι ὡς βελτίους ἐσομένους διὰ τὴν
D ἑαυτοῦ συνουσίαν, χρὴ εὐλαβεῖσθαι τὸν ταῦτα πράττοντα· οὐ γὰρ σμικροὶ περὶ αὐτὰ φθόνοι τε γίγνονται καὶ ἄλλαι δυσμένειαί τε καὶ ἐπιβουλαί. ἐγὼ δὲ τὴν σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τοὺς μὲν ποίησιν, οἷον Ὅμηρόν τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Σιμωνίδην, τοὺς δὲ

C. *καὶ ἰόντα εἰς π.*] Sic Bodl. Vat. Vind. Venet. Ξ. Ambr. pro vulg. *καὶ κατιόντα*, quod Stallbaumio magis placuit, sed v. Apol. 19 E. Theag. 128 et Themist. or. 29. p. 347 B, qui in proximis *ἀπολιπόντας* legit.

aoristo certa adolescentis spes ac fiducia indicatur, ut haec verba ita liceat latine reddere: hoc autem sibi putat utique contingere, si tua utatur disciplina et institutione.

μόνος οἴει δεῖν διαλ.] Subiecti casus verbo finito per attractionem quandam accommodatus. Debebat enim e vulgari ratione *μόνον* scribi; de quo loquendi genere diximus ad Criton. p. 50 E. *Stallb.*

ξένον γὰρ ἄνδρα καὶ ἰόντα —] peregrinum enim virum, qui in magnas urbes descendit in iisque iuvenum optimos commovet, ut relicta aliorum consuetudine, et affinium et alienorum, et seniorum et iuniorum, ipsius utantur consuetudine, meliores se per eam evasuros existimantes, oportet sibi cavere ista facientem. Nam haec: *τὸν ταῦτα πράττοντα*, perspicuitatis causa addita sunt. *Stallb.* Vid. Themist. or. 29. p. 347.

καὶ οἰκείων καὶ ὀθνείων] Infra p. 320 B a Socrate *οἰκεῖοι* et *ἀλλότριοι* inter se opponuntur, sed Protagoras h. l. *ὀθνείων* dixit et propter *τὸ ὁμοιοτέλευτον*, quam elocutionis figuram omnium maxime sophistae usurpare solebant, et quod haec vox Atheniensium propria esset, v. Bekk. Anecd. Gr. III. p. 1095.

D. *φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς*] metuentes invidiam inde oriundam. Erat enim ipsa institutionis professio invidiosa. Lach. p. 184 B: *ἐπίφθονος ἡ προσποίησις τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης.*

οἷον Ὅμηρον —] Quo iure Protagoras hic et poetas et eos omnes, a quibus Graeci politiorem humanitatem habebant, sophistas appellaverit, in praefat. p. 2 sq. expositum est. Aristophanes (Ran. v. 1031) Aeschylum de his poetis sic disputantem facit:

Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι,
Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς. Ἡσίοδος δὲ
γῆς ἐργασίας, καρπῶν ὥρας, ἀρότους· ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος
ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέος ἔσχεν πλὴν τοῦδ' ὅτι χρήστ' ἐδίδαξε,
τάξεις, ἀρετάς, ὁπλίσεις ἀνδρῶν;

αὖ τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας, τοὺς ἀμφί τε Ὀρφέα καὶ
Μουσαῖον, ἐνίους δέ τινας ᾔσθημαι καὶ γυμναστικήν, οἷον
Ἴκκος τε ὁ Ταραντῖνος καὶ ὁ νῦν ἔτι ὢν οὐδενὸς ἥττων
σοφιστὴς Ἡρόδικος ὁ Σηλυμβριανός, τὸ δὲ ἀρχαῖον Μεγα- E
ρεύς. μουσικὴν δὲ Ἀγαθοκλῆς τε ὁ ὑμέτερος πρόσχημα
ἐποιήσατο, μέγας ὢν σοφιστής, καὶ Πυθοκλείδης ὁ Κεῖος
καὶ ἄλλοι πολλοί. οὗτοι πάντες, ὥσπερ λέγω, φοβηθέντες
τὸν φθόνον ταῖς τέχναις ταύταις παραπετάσμασιν ἐχρή-
σαντο. ἐγὼ δὲ τούτοις ἅπασι κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρο- 317
μαι. ἡγοῦμαι γὰρ αὐτοὺς οὔ τι διαπράξασθαι ὃ ἐβουλήθη-

E. ὁ Σηλυμβριανός] Stallb. Σηλυβριανός, sed μ additur in melioribus codicibus omnibus et, ut bene monuit Sauppius, in inscriptionibus quae habentur in Boeckhii libro De Oecon. Att. II. p. 726.

P. 317. κατὰ τοῦτο εἶναι] Astius τὸ ante κατὰ intercidisse suspicatur, sed v. ann.

P. 317. οὔ τι διαπράξασθαι] Ambr. Coisl. οὔ τοι. Male, v. annot.

οἷον Ἴκκος] Iccus, nobilis athleta, teste Stephano Byz. s. v. Τάρας circa Olymp. 77 (a. 470 a. Chr. n.) floruit. Eius mentionem facit Plato etiam Legg. VIII. p. 839 E, ubi v. Ast. Illum Protagoras, quem in Sicilia constat versatum esse (v. Hipp. I. p. 282 D), in eo itinere in ipso Tarento vidisse (ᾐσθῆσθαι) putandus est.

E. Ἡρόδικος ὁ Σηλ.] Herodicus, a Selymbria, Thraciae urbe, ad Propontidem sita, ita dictus, distinguendus ille ab Herodico, Gorgiae fratre (Gorg. p. 448 B), artem gymnasticam cum medica arte copulavisse dicitur. v. de Republ. III. p. 406 A. Phaedr. p. 227 extr. *Stallb.*

τὸ δὲ ἀρχαῖον Μεγαρεύς] Megaris natus, sed a Selymbrianis posteaquam in eorum urbem se contulerat, civitate donatus est, conf. Legg. I. p. 729 A: προστησώμεθα γοῦν Τύρταιον, τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε δὲ (τῶν Λακεδαιμονίων) πολίτην γενόμενον.

Ἀγαθοκλῆς τε ὁ ὑμέτερος] Agathocles Lachet. p. 180 D Damonis, musici illius aetatis clarissimi, magister appellatur. Pythoclides Alcibiad. I. p. 118 C Periclis praeceptor fuisse narratur. De utroque exposuit copiosius Groen van Prinsterer Prosopographiae Platon. p. 185 sq. — ὥσπερ λέγω, wie gesagt, v. Phaedon. p. 57 C. Apolog. Socr. p. 21 A. ibique annot. *Stallb.*

P. 317. κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρομαι] mihi vero cum his omnibus, quantum quidem ad hoc attinet, non convenit. De dictione συμφέρεσθαί τινι, consentire cum aliquo, conf. Herodot. I, 173: ἓν τόδε ἴδιον νενομίκασι καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώποισι. Plat. Tim. p. 25 E. Charmid. p. 164 D. al. Infinitivus εἶναι etsi similiter atque in formula ἑκὼν εἶναι aliisque additus videtur, tamen vulgaris ratio certe exigebat τὸ κατὰ τοῦτο εἶναι, sed prorsus eodem modo Politic. p. 300 C: εἰς δύναμιν εἶναι. Isaeus or. 2, 32: κατὰ δύναμιν εἶναι. *Stallb.* v. Krüger Gr. 55. 1, 1.

οὔ τι διαπράξασθαι —] handquaquam perfecisse quod voluissent. Sic οὔ τι saepe apud Platonem legitur, vel-

σαν· οὐ γὰρ λαθεῖν τῶν ἀνθρώπων τοὺς δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι πράττειν, ὧνπερ ἕνεκα ταῦτ᾽ ἐστὶ τὰ προσχήματα, ἐπεὶ οἵ γε πολλοί, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν αἰσθάνονται, ἀλλ᾽ ἅττ᾽ ἂν οὗτοι διαγγέλλωσι, ταῦτα ὑμνοῦσι. τὸ οὖν ἀποδιδράσκοντα μὴ δύνασθαι ἀποδρᾶναι, ἀλλὰ καταφανῆ εἶναι, πολλὴ μωρία
B καὶ τοῦ ἐπιχειρήματος, καὶ πολὺ δυσμενεστέρους παρέχεσθαι ἀνάγκη τοὺς ἀνθρώπους· ἡγοῦνται γὰρ τὸν τοιοῦτον πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ πανοῦργον εἶναι. ἐγὼ οὖν τούτων τὴν ἐναντίαν ἅπασαν ὁδὸν ἐλήλυθα, καὶ ὁμολογῶ τε σοφιστὴς εἶναι καὶ παιδεύειν ἀνθρώπους, καὶ εὐλάβειαν ταύτην οἶμαι βελτίω ἐκείνης εἶναι, τὸ ὁμολογεῖν μᾶλλον ἢ ἔξαρνον εἶναι· καὶ ἄλλας πρὸς ταύτῃ ἔσκεμμαι, ὥστε, σὺν θεῷ

τὸ οὖν ἀποδ.] Libri *τὸν* praeter Ven. Ξ.
μὴ δύνασθαι ἀποδρᾶναι] Veteres editiones. *ἀποδράναι.*

uti Phaedon. p. 81 D. Phileb. p. 13 C. p. 52 A. Phaedr. p. 242 E. De Republ. II. p. 358 C., al. *Stallb.*

τοὺς δυναμένους — πράττειν] Vide ne *πράττειν* sit insiticium. Nam quum hic de viris in re publica potentibus agatur universis nec, quae sit eorum potentia, accuratius exponatur, *οἱ δυνάμενοι*, qui alibi iidem dicuntur *δυνατοί*, aptius *τοῖς πολλοῖς* i. e. vulgo s. imperitae multitudini opponuntur, quam *οἱ δυνάμενοι πράττειν*. In Gorgia p. 525 E, ubi de tyrannis rerumque civilium administratoribus agitur, dicit Socrates: *ἐκ τῶν δυναμένων εἰσὶ καὶ οἱ σφόδρα πονηροὶ γιγνόμενοι ἄνθρωποι. πράττειν* si Plato scripsit, intellexit *τὰ πράγματα* sive *τὰ τῶν πόλεων*. v. Demosth. 18, 45. Isocr. 4, 188.

ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν αἰσθ.] propemodum nihil sentiunt. Nam ita hanc formulam apud Platonem usurpari ad Gorg. p. 520 B monuimus. — *ταῦτα ὑμνοῦσι*, ea decantant, ut recte interpretatur Ruhnken. ad Tim. p. 262. *Stallb.*

τὸ οὖν ἀποδιδράσκοντα μὴ δ. ἀπ.] aufugere *conantem* non posse aufugere, sed deprehendi. De *ἀποδιδράσκοντα* conatum significante v. ad Menexen. p. 244 E. Dein *καὶ* ante *τοῦ ἐπιχειρήματος* est vel, hoc sensu: id *vel conari* velle stultum est. Itaque *τοῦ ἐπιχειρήματος* iterat notionem praecedentis *ἀποδιδράσκοντα*. *Stallb.* Conf. de rep. VI. p. 492 E: *καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν πολλὴ ἄνοια.*

B. *τούτων τὴν ἐναντίαν ἅπασαν ὁδὸν*] h. e. *τὴν ὁδὸν ἣ ἅπασά ἐστιν ἐναντία τούτων.* pro *τούτων* eadem comparatione quae vocatur compendiaria dici potuit *τούτοις*. Andocid. or. 1, 5: *ἐγὼ πολὺ τὴν ἐναντίαν τούτοις γνώμην ἔχω.* Protagoras ipse infra p. 323 D *τὰ κακὰ καὶ τἀναντία τούτοις*, sed uno versu interiecto rursus *τἀναντία τούτων κακά*, nullo sententiae discrimine, quod Krüger Gr. 48, 13, 4 statuit. — Voc. *πᾶς* et *ἅπας* saepe eodem modo optimi scriptores usurpaverunt, ut Xenoph. Anab. I. 5, 1: *ἦν ἡ γῆ πεδίον ἅπαν ὁμαλὲς ὥσπερ θάλαττα.* Herodot. I, 52: *ἀνέθηκε σάκος τε χρύσεον πᾶν ὁμοίως καὶ αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσέην.* Thucyd. VI. 21, 2. VI. 37, 3.

καὶ ἄλλας πρὸς ταύτῃ ἔσκεμμαι] atque alias etiam praeter hanc cautiones indagavi. — *σὺν θεῷ εἰπεῖν.*

εἰπεῖν, μηδὲν δεινὸν πάσχειν διὰ τὸ ὁμολογεῖν σοφιστὴς C *εἶναι. καίτοι πολλά γε ἔτη ἤδη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ. καὶ γὰρ καὶ τὰ ξύμπαντα πολλά μοί ἐστιν· οὐδενὸς ὅτου οὐ πάντων ἂν ὑμῶν καθ' ἡλικίαν πατὴρ εἴην. ὥστε πολύ μοι ἥδιστόν ἐστιν, εἴ τι βούλεσθε, περὶ τούτων ἁπάντων ἐναντίον τῶν ἔνδον ὄντων τὸν λόγον ποιεῖσθαι. Καὶ ἐγώ — ὑπώπτευσα γὰρ βούλεσθαι αὐτὸν τῷ τε Προδίκῳ καὶ τῷ Ἱππίᾳ ἐνδείξασθαι καὶ καλλωπίσασθαι, ὅτι ἐρασταὶ αὐτοῦ ἀφιγμένοι εἴημεν — Τί οὖν, ἔφην ἐγώ, οὐ καὶ Πρόδικον* D

C. *πολλά γε ἔτη ἤδη*] Coisl. *πολλά γε ἤδη ἔτη*, quem secuti sunt Bekker. Stallb. Ast.

εἴημεν] Hanc formam et h. l. et Hipp. I. p. 301 D libri omnes habent, sed *εἶμεν*, quod ap. Platon. ubique reponendum videtur, ser-

hanc formulam cum modestiae quadam significatione usurpari solitam Henr. Stephanus ad Theaetet. p. 151 B recte interpretatur: quod ita dico, ut in eo opem divinam agnoscam vel, in quo quidem a deo me iuvari negare nolim. Latine dicas: iuvante s. favente deo. *Stallb.* Protagorae etiam vitae exitu infelici illud Solonis *τὸ μηδένα εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον* (Herod. I, 86) comprobatum est, multumque cum sophistae verbis discrepat hic Timonis Sillus, quo Protagoras de diis scripsisse dicitur:

πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιεικείης· τὰ μὲν οὔ οἱ
χραίσμησ', ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίετο, ὄφρα μὴ οὕτως
Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν πότον Ἄιδι δύῃ. (v. Sext. Empir. adv. Math. IX. 57).

C. *εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ*] artem factito. v. praefat. p. 4.

καὶ γὰρ καὶ τὰ ξύμπ.] etenim multi omnino mihi anni sunt. Eandem sententiam cum vi et gravitate quadam confirmans addit: nemo ex vobis omnibus est, cuius ego non possim pro aetate pater esse. In his *οὐδενός* per attractionem quandam casui proximi pronominis *ὅτου* accommodatum est, ut infra p. 323 C: *ὡς ἀναγκαῖον οὐδένα ὅντιν' οὐχὶ — μετέχειν*, et *πάντων* redundat, ut ap. Demosth. or. 20, 3: *οὐ γάρ ἐστιν ἐφ' ὅτου τοῦτο οὐ πεπόνθατε τῶν πάντων.*

καθ' ἡλικίαν πατὴρ] Apud Homerum Nestor Diomedi: *ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσί, ἐμὸς δέ κε καὶ πάϊς εἴης ὁπλότατος γενεῆφιν.* Quum vero multi Graeci iam duodevicesimo aetatis anno completo in matrimonium irent, ex his verbis id unum efficitur, Protagoram minimum viginti annis quum Prodico et Hippiae, tum Socrati aetate praestitisse.

περὶ τούτων ἁπάντων ἐναντίον] H. e. coram omnibus, qui intus sunt; non modo coram iis quibuscum hic versor, sed etiam coram Prodico et Hippia eorumque auditoribus. *ἁπάντων*, cum vi quadam praemissum, ad proxima *τῶν ἔνδον ὄντων* pertinet.

καὶ τῷ Ἱππίᾳ ἐνδείξασθαι] De discrimine verborum *ἐπιδείκνυσθαι* et *ἐνδείκνυσθαι* recte Schol. ad Alcibiad. I. p. 105 B: *τὸ ἐνδείξασθαι ἐπὶ τοῦ λογισμοῦ τάττει, τὸ δὲ ἐπιδείξασθαι ἐπὶ τοῦ ἀποτάδην* (de eo, quod directe i. e. re ipsa ostenditur). *Stallb.*

D. *Τί οὖν, ἔφην ἐγώ, οὐ κ.*] Pronomen *ἐγώ* propter longiorem verborum intercapedinem repetitum.

καὶ Ἱππίαν ἐκαλέσαμεν καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτῶν, ἵνα ἐπακούσωσιν ἡμῶν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Πρωταγόρας. Βούλεσθε οὖν, ὁ Καλλίας ἔφη, συνέδριον κατασκευάσωμεν, ἵνα καθιζόμενοι διαλέγησθε; Ἐδόκει χρῆναι. ἄσμενοι δὲ πάντες ἡμεῖς, ὡς ἀκουσόμενοι ἀνδρῶν σοφῶν, καὶ αὐτοὶ ἀντιλαβόμενοι τῶν βάθρων καὶ τῶν κλινῶν κατεσκευάζομεν παρὰ τῷ Ἱππίᾳ· ἐκεῖ γὰρ προϋπῆρχε τὰ βάθρα· ἐν δὲ τού-
E *τῳ Καλλίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης ἡκέτην ἄγοντε τὸν Πρόδικον, ἀναστήσαντες ἐκ τῆς κλίνης, καὶ τοὺς μετὰ τοῦ Προδίκου.*

Cap. IX. *Ἐπεὶ δὲ πάντες συνεκαθεζόμεθα, ὁ Πρωταγόρας, Νῦν δὴ ἄν, ἔφη, λέγοις, ὦ Σώκρατες, ἐπειδὴ καὶ*

vatum est Theaet. p. 147 A, de rep. VIII. p. 580 D, item *παρεῖμεν* Parmen. p. 127 A.

D. *συνέδρ. κατασκευάσωμεν*] Vind. *κατασκευάσομεν*. Deinde vulgo *καθεζόμενοι*, quod e Bodl. Vind. et Vat. correctum.

καὶ αὐτοὶ ἀντιλ.] Vulg. *αὐτοί τε*, sed recte Coisl. *τε* om., quod Ast. in *γε* mutandum censuit. — *παρὰ τῷ Ἱππίᾳ* e Bodl. Vat. receperunt Turicens. vulg. *παρὰ τὸν Ἱππίαν*.

E. *ἄγοντε τὸν Πρ., ἀναστήσαντες*] Heindorf. coni. *ἀναστήσαντε*, sed v. Euthyd. p. 273 D: *ἐγελασάτην γοῦν ἄμφω βλέψαντες εἰς ἀλλήλω*. Gorg. p. 481 D. Phaedr. p. 278 B.

Cap. IX. *Ἐπεὶ δὲ πάντες* —] Sic. codd. meliores omnes. Vulgo *ἐπειδὴ δὲ π.* Deinde *ὁ* ante nomen Protagorae codicibus invitis vulgo deerat. Mox vett. editt. *ὀλίγῳ πρότερον*, contra codd. plurimorum optimorumque auctoritatem.

ὁ Καλλίας ἔφη] Contra vulgarem loquendi usum Calliae nomen nunc praepositum est, cuius sententia ut hospitis omnium esset gravissima.

Ἐδόκει χρῆναι] Frequens est hoc in narratione asyndeton, ut infra p. 338 E: *ἐδόκει πᾶσιν οὕτω ποιητέον εἶναι*. Xenoph. Anab. I. 3, 20. V. 1. 8. al.

καὶ αὐτοὶ] Non exspectabamus, ut servi subsellia lectosque componerent. — Ad *κατασκευάζομεν* liquet e superioribus repeti oportere *συνέδριον*.

E. *ἄγοντε τὸν Πρόδικον*] Homo mollis et delicatus, qui ad multum diem cubuerat, tandem e lecto excitatus adducitur, v. p. 315 A: *οὓς ἄγει ὁ Πρωταγόρας*. Sunt qui his verbis Prodici aegram valetudinem describi existiment; sed homini e dolore laboranti in lectulo melius, quam in tali consessu prospectum fuisset, et Socrates summae esset inhumanitatis incusandus, si Prodicum aegrotum ea qua fecit ratione tractasset, v. p. 341 sq.

Cap. IX. *συνεκαθεζόμεθα*] hic omnes praeter Hippiam, qui quidem in solio mansit, in lectis et subselliis consederunt, at in sellis sedentes de re publica sermones habent qui ad Polemarchum vel in Cephali domum in Piraeo sitam convenerant, v. de rep. 328 C: *καθῆστο.. ἐπί τινος προσκεφαλαίου τε καὶ δίφρου.. ἐν τῇ αὐλῇ· ἐκαθεζόμεθα οὖν παρ᾽ αὐτόν. ἔκειντο γὰρ δίφροι τινὲς αὐτόθι κύκλῳ*.

Νῦν δὴ ἄν, ἔφη, λέγοις] Nunc igitur, inquit, dicere possis.

οἵδε πάρεισι, περὶ ὧν ὀλίγον πρότερον μνείαν ἐποιοῦ πρὸς
ἐμὲ ὑπὲρ τοῦ νεανίσκου. Καὶ ἐγὼ εἶπον, ὅτι Ἡ αὐτή μοι
ἀρχή ἐστιν, ὦ Πρωταγόρα, ἥπερ ἄρτι, περὶ ὧν ἀφικόμην. 318
Ἱπποκράτης γὰρ ὅδε τυγχάνει ἐν ἐπιθυμίᾳ ὢν τῆς σῆς
συνουσίας· ὅ τι οὖν αὐτῷ ἀποβήσεται, ἐάν σοι συνῇ, ἡδέως
ἄν φησι πυθέσθαι. τοσοῦτος ὅ γε ἡμέτερος λόγος. Ὑπολα-
βὼν οὖν ὁ Πρωταγόρας εἶπεν· Ὦ νεανίσκε, ἔσται τοίνυν
σοι, ἐὰν ἐμοὶ συνῇς, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐμοὶ συγγένῃ, ἀπιέναι
οἴκαδε βελτίονι γεγονότι, καὶ ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ταὐτὰ ταῦτα,
καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀεὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι. Καὶ ἐγὼ
ἀκούσας εἶπον· Ὦ Πρωταγόρα, τοῦτο μὲν οὐδὲν θαυμα- B
στὸν λέγεις, ἀλλὰ εἰκός, ἐπεὶ κἂν σύ, καίπερ τηλικοῦτος
ὢν καὶ οὕτω σοφός, εἴ τίς σε διδάξειεν ὃ μὴ τυγχάνεις
ἐπιστάμενος, βελτίων ἂν γένοιο. ἀλλὰ μὴ οὕτως, ἀλλ' ὥσ-
περ ἂν εἰ αὐτίκα μάλα μεταβαλὼν τὴν ἐπιθυμίαν Ἱππο-
κράτης ὅδε ἐπιθυμήσειε τῆς συνουσίας τούτου τοῦ νεανί-
σκου τοῦ νῦν νεωστὶ ἐπιδημοῦντος, Ζευξίππου τοῦ Ἡρα-

P. 318. B. *ὢν καὶ οὕτω σοφός*] Bodl. Vind. *οὕτως σ.* Dein vulg. *ἃ μὴ τυγχάνεις. ὃ* e Bodl. Vind. Vatic. Coisl. aliis receptum. Vat. *τυγχάνῃς*: unde Bekkerus fecit *τυγχάνοις*.

εἰ αὐτίκα μάλα μετ.] *μάλα*, quod e Bas. 2 Heindorf. iam restituit et Vat. Θ. Venet. Ξ. Vat. r. habent, iniuria denuo eiecerunt recent. edit. *αὐτίκα μάλα* refertur ad v. *ἐπιθυμήσειε*. v. Xenoph. Oecon. XV. 7: *ἀλλ' εἴ μοι αὐτίκα μάλα δόξειε γεωργεῖν, ὅμοιος ἂν μοι δοκῶ εἶναι τῷ περιιόντι ἰατρῷ κτέ.* Deinde *νῦν νεωστὶ ἐπιδ.* exhibent libri optimi atque plurimi. Vulgo *νῦν ἐπιδ. νεωστί.*

P. 318. *ὅ τι οὖν αὐτῷ ἀποβήσεται*] quid ipsi eventurum sit, si tua utatur consuetudine ac disciplina. *Stallb.*

τῇ ὑστεραίᾳ ταὐτὰ ταῦτα] H. e. pariter, itidem; *τῇ ὑστεραίᾳ* Plato nusquam *ἡμέρᾳ* addidit, *τῇ προτεραίᾳ* semel Phaedon. p. 59 D.

B. *καίπερ τηλικοῦτος ὢν*] tam grandis aetate. v. p. 317 C. Deinde *ὃ μὴ τυγχάνεις* ne cum Bekkero in *ὃ μὴ τυγχάνοις* mutes, indicativus orationi obliquae interpositus non infrequens, ut p. 320 D et Gorg. p. 464 D. *Stallb.*

βελτίων ἂν γένοιο] Euthyd. p. 292 B: *ἀγαθὸν ὡμολογήσαμεν ἀλλήλοις ἐγώ τε καὶ Κλεινίας οὐδὲν εἶναι ἄλλο ἢ ἐπιστήμην τινά.*

ἀλλὰ μὴ οὕτως] Sed noli mihi sic respondere. Dictio elliptica *μὴ οὕτως, μή μοι οὕτως, μή μοι μηδαμῶς.* Infra p. 331 C: *μή μοι, ἦν δ' ἐγώ· οὐδὲν γὰρ δέομαι.* Plurima exempla collegit Heindorfius ad h. l.

Ζευξίππου τοῦ Ἡρακλ.] Zeuxippus Heracleota pictor hoc uno loco memoratur, nisi forte Socrates apud Xenophontem (Symp. IV, 63) eundem intellexit, quem simpliciter *τὸν Ἡρακλεώτην ξένον* nominavit. Id vero minus est credibile, Zeuxin, pictorem celeberrimum, a Socrate vocatum esse Zeuxippum, quae Corais est suspicio ad Plutarch. Pericl. c. 13, cui assentitur Brunn Histor. Grae-

κλεώτου, καὶ ἀφικόμενος παρ' αὐτόν, ὥσπερ παρὰ σὲ νῦν, ἀκούσειεν αὐτοῦ ταὐτὰ ταῦτα, ἅπερ σοῦ, ὅτι ἑκάστης ἡμέρας ξυνὼν αὐτῷ βελτίων ἔσται καὶ ἐπιδώσει, εἰ αὐτὸν ἐπανέροιτο· Τί δὴ φῂς βελτίω ἔσεσθαι καὶ εἰς τί ἐπιδώσειν; εἴποι ἂν αὐτῷ ὁ Ζεύξιππος, ὅτι πρὸς γραφικήν· κἂν εἰ Ὀρθαγόρᾳ τῷ Θηβαίῳ συγγενόμενος, ἀκούσας ἐκείνου ταὐτὰ ταῦτα, ἅπερ σοῦ, ἐπανέροιτο αὐτόν, εἰς ὅ τι βελτίων καθ' ἡμέραν ἔσται συγγιγνόμενος ἐκείνῳ, εἴποι ἄν, ὅτι εἰς αὔλησιν· οὕτω δὴ καὶ σὺ εἰπὲ τῷ νεανίσκῳ καὶ ἐμοὶ ὑπὲρ
D τούτου ἐρωτῶντι, Ἱπποκράτης ὅδε Πρωταγόρᾳ συγγενόμενος, ᾗ ἂν αὐτῷ ἡμέρᾳ συγγένηται, βελτίων ἄπεισι γενόμενος καὶ τῶν ἄλλων ἡμερῶν ἑκάστης οὕτως ἐπιδώσει εἰς τί, ὦ Πρωταγόρα, καὶ περὶ τοῦ; Καὶ ὁ Πρωταγόρας ἐμοῦ ταῦτα ἀκούσας, Σύ τε καλῶς ἐρωτᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καὶ ἐγὼ τοῖς καλῶς ἐρωτῶσι χαίρω ἀποκρινόμενος. Ἱπποκράτης γὰρ παρ' ἐμὲ ἀφικόμενος οὐ πείσεται ἅπερ ἂν ἔπαθεν ἄλλῳ τῳ συγγενόμενος τῶν σοφιστῶν. οἱ μὲν γὰρ

C. αὐτῷ ὁ Ζεύξιππος] Accessit articulus e Bodl. Vind. Vat. Ven. Ξ. Coisl.

D. ᾗ ἂν αὐτῷ ἡμέρᾳ συγγ.] V. αὐτῷ omissum, invitis codicibus praeter unum omnibus. Deinde libri omnes οὕτως ἐπιδώσοι. Unus Angel. w. ἐπιδώσει a pr. manu.

καλῶς ἐρωτᾷς, ἔφη] V. καλῶς, ἔφη, ἐρωτᾷς, contra fidem optimorum librorum.

cor. Artific. II, 77. — Ceterum pingendi arti illo tempore non pauci studuerunt, v. Aristot. Polit. VIII. 3: ἔστι δὲ τέτταρα σχεδὸν ἃ παιδεύειν εἰώθασι, γράμματα καὶ γυμναστικὴν καὶ μουσικὴν καὶ τέτταρα ἔνιοι γραφικήν, et paulo inferius, δοκεῖ δὲ καὶ γραφικὴ χρήσιμος εἶναι πρὸς τὸ κρίνειν τὰ τῶν τεχνιτῶν ἔργα κάλλιον.

C. Ὀρθαγόρᾳ τῷ Θηβαίῳ] Non dubium videtur, quin idem sit Orthagoras tibicen, cui Epaminondas operam dedisse dicitur ap. Athen. p. 184 D. Fuit autem Thebis ars tibiis canendi in summo honore, indeque ad Alcibiadis aetatem multi eius artis magistri Athenas arcessiti sunt. Alcibiades autem, ut ait Aul. Gellius N. A. 15, 17, quum apud avunculum Periclem puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur et arcessi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset, ut eum canere tibiis doceret, traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset inflassetque, pudefactus oris deformitate abiecit infregitque, quum Plutarcho teste (Alcib. c. II) diceret: Αὐλείτωσαν οὖν Θηβαίων παῖδες· οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι κτέ. Inde haec disciplina ab Atheniensibus reprobata est, v. Aristot. Polit. VIII. 6: καλῶς ἀπεδοκίμασαν αὐτὸν (τὸν αὐλὸν) οἱ πρότερον τὴν χρῆσιν ἐκ τῶν νέων καὶ τῶν ἐλευθέρων, καίπερ χρησάμενοι τὸ πρῶτον αὐτῷ. Idem de tibiae usu iudicavit Plato de rep. III. p. 399 C et iniquius etiam multo ante Pythagoras teste Aristid. Quinct. de Mus. II. p. 110.

D. Πρωταγόρᾳ συγγ.] gravius hoc quam σοὶ συγγ.

ἄλλοι λωβῶνται τοὺς νέους· τὰς γὰρ τέχνας αὐτοὺς πε- E
φευγότας ἄκοντας πάλιν αὖ ἄγοντες ἐμβάλλουσιν εἰς τέ-
χνας, λογισμούς τε καὶ ἀστρονομίαν καὶ γεωμετρίαν καὶ
μουσικὴν διδάσκοντες — καὶ ἅμα εἰς τὸν Ἱππίαν ἀπέ-
βλεψε —. παρὰ δ' ἐμὲ ἀφικόμενος μαθήσεται οὐ περὶ
ἄλλου του ἢ περὶ οὗ ἥκει. τὸ δὲ μάθημά ἐστιν εὐβουλία
περί τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἂν ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν
διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως
δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν. Ἆρ', ἔφην 319
ἐγώ, ἕπομαί σου τῷ λόγῳ; δοκεῖς γάρ μοι λέγειν τὴν πολι-
τικὴν τέχνην καὶ ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πο-
λίτας. Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό ἐστιν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τὸ
ἐπάγγελμα, ὃ ἐπαγγέλλομαι.

Cap. X. Ἦ καλόν, ἦν δ' ἐγώ, τέχνημα ἄρα κέκτησαι, εἴπερ κέκτησαι· οὐ γάρ τι ἄλλο πρός γε σὲ εἰρήσεται ἢ ἅπερ νοῶ. ἐγὼ γὰρ τοῦτο, ὦ Πρωταγόρα, οὐκ ᾤμην διδα-

E. πάλιν αὖ ἄγοντες ἐμβ.] αὖ restitutum est ex ed. Bas. 2. codd. Bodl. Vind. Flor. a. c. aliisque codd. plurimis. Deinde vulgo εἰς τὰς τέχνας. Bodl. εἴς τε τέχνας. Ceteri fere omnes εἰς τέχνας.

P. 319. Ἆρ', ἔφην ἐγώ] Male olim Ἄρ', ἔφην ἐγώ.

Cap. X. οὐ γάρ τι ἄλλο] V. ἄλλο τι, contra fidem optimorum codicum.

E. ἄκοντας πάλιν αὖ ἄγοντες ἐμβ. εἰς τ.] invitos rursus retrahentes in artium quasi gyrum coniiciunt et ad eas tractandas compellunt. Carpitur Hippias, qui etiam Hipp. Maior. p. 285 C dicitur ἀκριβέστατα ἐπίστασθαι ἀνθρώπων διαιρεῖν περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ ῥυθμῶν: atque astronomiam et geometriam magno cum studio coluit. v. supra p. 315 C. — πάλιν αὖ dictum ἐκ παραλλήλου, ut ap. Aristoph. Plut. v. 622. v. 860. al. Simili ubertate Latini retro referri, rursus reverti, rursus reserare, alia dixerunt. *Stallb.* Protagoras de his ipsis artibus disputaverat in libro περὶ τεχνῶν, quo docuerat ex earum studio idoneum fructum percipi non posse. v. Sophist. p. 232 D. Aristot. Metaphys. II, 2 extr.

εἰς τὸν Ἱππίαν ἀπέβλεψε] vultum ad Hippiam avertit, int. a nobis. Aristides, qui ex memoria hunc locum attulit III. p. 548 (II. p. 433 Dind.): ὁ Πρωταγόρας εἰς τὸν Ἱππίαν παραβλέπει. Videtur igitur apud Platonem legisse ὑπέβλεψε, 'limis oculis Hippiam adspexit', quod Protagora parum est dignum. v. p. 361 E.

ὅπως ἂν — διοικοῖ] qua ratione optime possit suam ipsius domum administrare. Lysid. p. 207 E: προμηθοῦνται, ὅπως ἂν εὐδαιμονοίης. Xenoph. Cyrop. I, 2, 6: ἐπιμέλονται, ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται. Ibid. II, 1, 4: βουλευώμεθα, ὅπως ἂν ἄριστα ἀγωνιζοίμεθα. Ceterum de hac sophistarum inprimisque Protagorae professione v. Men. p. 91 A sqq. Hipp. Mai p. 296 A. Euthydem. p. 273 D. al. *Stallb.*

P. 319. ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας] De horum verborum ambiguitate v. praefat. p. 16.

B κτὸν εἶναι, σοὶ δὲ λέγοντι οὐκ ἔχω ὅπως ἄρ' ἀπιστῶ. ὅθεν δὲ αὐτὸ ἡγοῦμαι οὐ διδακτὸν εἶναι, μηδ' ὑπ' ἀνθρώπων παρασκευαστὸν ἀνθρώποις, δίκαιός εἰμι εἰπεῖν. ἐγὼ γὰρ Ἀθηναίους, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, φημὶ σοφοὺς εἶναι. ὁρῶ οὖν, ὅταν συλλεγῶμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐπειδὰν μὲν περὶ οἰκοδομίας τι δέῃ πρᾶξαι τὴν πόλιν, τοὺς οἰκοδόμους μεταπεμπομένους συμβούλους περὶ τῶν οἰκοδομημάτων, ὅταν δὲ περὶ ναυπηγίας, τοὺς ναυπηγούς· καὶ
C τἆλλα πάντα οὕτως, ὅσα ἡγοῦνται μαθητά τε καὶ διδακτὰ εἶναι. ἐὰν δέ τις ἄλλος ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν, ὃν ἐκεῖνοι μὴ οἴονται δημιουργὸν εἶναι, κἂν πάνυ καλὸς ᾖ καὶ πλούσιος καὶ τῶν γενναίων, οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν, ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ ὁ ἐπιχειρῶν λέγειν καταθορυβηθείς, ἢ οἱ τοξόται

B. ὅπως ἄρ' ἀπιστῶ] Pro ἄρ' codd. et vet. edit. omnes ἄν, quod Bekker. servavit, recent. edit. del. Deinde v. ἡγοῦμαι αὐτό. Inverso ordine codd. fere omnes.

C. μαθητά τε καὶ δ.] Ald. Bas. 2. codd. Bodl. Vat. Ven. Σ. Flor. a. c. al. μαθήματά τε, errore manifesto.

Cap. X. B. ὅπως ἄρ' ἀπιστῶ] 'Non putaveram id doceri posse, tibi vero affirmanti nescio quo tandem modo fidem non habeam'. ἄν, quod omnes codices habent, quum nullo modo ferri possit, editores plerique omnes aut uncinis incluserunt, aut plane eiecerunt, nos mutavimus in ἄρα, quae particula saepius sic ponitur, ut Hipp. I. p. 297 E: ὅρα γάρ, εἰ τοῦτο φαῖμεν εἶναι καλόν, πῶς τι ἄρ' ἂν ἀγωνιζοίμεθα; Phaedr. p. 228 D. Eodem modo οὖν in interrogatione aliunde suspensa infertur infra p. 322 B et Symp. 219 D: ὥστε οὔθ' ὅπως οὖν ὀργιζοίμην εἶχον . . οὔθ' ὅπως προσαγαγοίμην.

μηδ' ὑπ' ἀνθρώπων παρ.] Pind. Ol. IX. 41: ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντο.

ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι Ἑλλ.] Int. φασί; ipsi autem Athenienses hanc laudem sibi vindicabant. Isocr. VIII. 52: προσποιούμενοι δὲ σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων εἶναι τοιούτοις χρώμεθα συμβούλοις κτέ.

περὶ τῶν οἰκοδομημάτων] Haec Socrates addidit, ut aedificatores de ipsis aedificiis eorumque materia consuli declararet, non de necessitate, utilitate, magnitudine; quod nisi fecisset, totam sententiam Protagoras Gorgiae verbis refellere potuisset: οἶσθα δήπου ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε, τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν.

C. οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκ.] Factum esse interdum, ut mali oratores per ministros publicos, qui ab arcubus, quos gestabant, τοξόται, a patria Σκύθαι appellati sunt, a suggestu moverentur et e populi turba abducerentur, docuit Heindorfius collatis locis Aristoph. Equitt. v. 665. Ecclesiaz. v. 258. Xenoph. Mem. III, 6, 1. *Stallb.* Conf. Boeckh. De Oecon. Att. I. p. 291 sq.

αὐτὸν ἀφελκύσωσιν ἢ ἐξαίρωνται κελευόντων τῶν πρυτάνεων. περὶ μὲν οὖν ὧν οἴονται ἐν τέχνῃ εἶναι, οὕτω διαπράττονται· ἐπειδὰν δέ τι περὶ τῆς πόλεως διοικήσεως D δέῃ βουλεύσασθαι, συμβουλεύει αὐτοῖς ἀνιστάμενος περὶ τούτων ὁμοίως μὲν τέκτων, ὁμοίως δὲ χαλκεύς, σκυτοτόμος, ἔμπορος ναύκληρος, πλούσιος πένης, γενναῖος ἀγεννής, καὶ τούτοις οὐδεὶς τοῦτο ἐπιπλήττει ὥσπερ τοῖς πρότερον, ὅτι οὐδαμόθεν μαθών, οὐδὲ ὄντος διδασκάλου οὐδενὸς αὐτῷ, ἔπειτα συμβουλεύειν ἐπιχειρεῖ· δῆλον γάρ, ὅτι οὐχ ἡγοῦνται διδακτὸν εἶναι. μὴ τοίνυν ὅτι τὸ κοινὸν

ἢ ἐξαίρωνται] Bodl. ἐξέρωνται. Unde Bekkerus finxit ἐξάρωνται, quod in nullo codice repertum. Dein Bodl. Vat. pro περὶ τῆς habent περὶ τῶν τῆς, quod. Sauppius recepit. Sed illorum codicum fides in talibus haudquaquam tanta est, quanta Sauppio videtur. Vitiose p. 312 D τοῦ τὸ pro τοῦ, p. 315 B τοῦ τὸν pro τοῦτον τὸν, p. 317 C εἴτ' pro εἴ τι et alia multa habent. Et h. l. περὶ τῶν τῆς πόλεως si verum esset, delendum esset διοικήσεως.

D. γενναῖος ἀγεννής] Vat. e ἀγενής. Male. Nam ἀγεννής, ubicunque τῷ γενναίῳ opponitur, meliores codices praebent, v. Legg. III. p. 690 A. IV. p. 714 E. V. p. 755 B. Sophocl. Trach. v. 61: κἀξ ἀγεννήτων ἄρα μῦθοι καλῶς πίπτουσιν. Contra ἀγενής scribitur, ubi simpliciter de origine et genere cogitandum. Tim. p. 27 C: εἰ γέγονεν ἢ καὶ ἀγενές ἐστιν, utrum habeat originem necne.

περὶ μὲν οὖν ὧν οἴον.] 'de iis igitur, quae in arte versari arbitrantur, ita agunt'. ἐν τέχνῃ εἶναι, quod plerumque significat τέχνῃ χρῆσθαι, ut supra p. 317 C et Men. p. 91 E, h. l. idem est ac τέχνης ἔχεσθαι.

D. ὁμοίως μὲν τέκτων, ὁμοίως δὲ χαλκεὺς — ἀγεννής] Eodem modo Latini loquuntur. Cicer. Tusc. V, 39: Democritus luminibus amissis alba discernere et atra non poterat; at vero bona mala, aequa iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva poterat. Quemadmodum Cicero, ubi contraria sic consociavit, ut alterum alteri responderet et ex binis par quoddam existeret, copulam in primo pari posuit, in ceteris omisit, ita hoc loco ὁμοίως μὲν — ὁμοίως δὲ ad cetera paria pertinet, unde apparet alterum par mutilum esse et requiri, quod respondeat σκυτοτόμῳ. In Gorg. p. 517 E cum eo coniungitur σκυτόδεψος; eundem hic probaverim.

ὅτι οὐδαμόθεν μαθὼν — ἐπιχειρεῖ] Transitus a numero plurali ad singularem frequens, veluti infra p. 334 C. Phaedon. p. 62 D. al. De sententia conf. Aeschin. or. I. 27: ὁ νομοθέτης οὐκ ἀπελαύνει ἀπὸ τοῦ βήματος εἴ τις μὴ προγόνων ἐστὶ τῶν ἐστρατηγηκότων, οὐδέ γε εἰ τέχνην τινὰ ἐργάζεται . . ἀλλὰ τούτους καὶ μάλιστα ἀσπάζεται καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ἐπερωτᾷ, τίς ἀγορεύειν βούλεται. Hoc institutum a Socrate et Platone saepius reprehensum argumentis parum idoneis defendit Aristot. Polit. III. 6. Quae enim ratio in his: ἔσται γὰρ ἕκαστος μὲν (τοῦ πλήθους) χείρων κριτὴς τῶν εἰδότων, ἅπαντες δὲ συνελθόντες ἢ βελτίους ἢ οὐ χείρους.

μὴ τοίνυν ὅτι τὸ κ.] Atqui ne solam rempublicam commemorem ita sentire, ne privatim quidem cives nostri sapientissimi et optimi eam quam habent vir-

E τῆς πόλεως οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἰδίᾳ ἡμῖν οἱ σοφώτατοι καὶ
ἄριστοι τῶν πολιτῶν ταύτην τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχουσιν οὐχ
οἷοί τε ἄλλοις παραδιδόναι· ἐπεὶ Περικλῆς, ὁ τουτωνὶ τῶν
νεανίσκων πατήρ, τούτους ἃ μὲν διδασκάλων εἴχετο κα-
λῶς καὶ εὖ ἐπαίδευσεν, ἃ δὲ αὐτὸς σοφός ἐστιν οὔτε αὐ-
320 τὸς παιδεύει οὔτε τῳ ἄλλῳ παραδίδωσιν, ἀλλ' αὐτοὶ πε-
ριιόντες νέμονται ὥσπερ ἄφετοι, ἐάν που αὐτόματοι περι-
τύχωσι τῇ ἀρετῇ. εἰ δὲ βούλει, Κλεινίαν, τὸν Ἀλκιβιάδου

E. *καὶ εὖ ἐπαίδευσεν*] Aoristum exhibent Bodl. Vat. Ambr. Barber. pro vulg. *ἐπαίδευεν*.

P. 320. *αὐτὸς παιδεύει*] *παιδεύει* habent codd. omnes. Stephanus dedit *παιδεύειν*.

τὸν Ἀλκ. τουτουῒ ν.] Sic. Bodl. Vind. Flor. a. c. Vat. Ven. Ξ.

tutem cum aliis communicare possunt. Apol. Socr. p. 40 D: *οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινά, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν*. Similiter post *οὐ μόνον* simplex *ἀλλά* infertur, si alterum orationis membrum maiore vi et gravitate est. *τοίνυν* est iam vero, porro, ut Apol. p. 33 E. Ceterum *τὸ κοινὸν τῆς πόλεως*, commune civitatis, respublica, etiam Criton. p. 50 A. *Stallb.* v. Krüg. Gr. 67. 14, 3; 69. 4, 3.

E. *ἃ μὲν διδασκάλων εἴχετο*] quantum quidem a magistrorum disciplina pendebat. Menon. p. 93 D: *ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἴχετο*. Ibid. p. 94 B: *Περικλῆς τοὺς υἱεῖς ἱππέας μὲν ἐδίδαξε καὶ μουσικὴν καὶ ἀγωνίαν καὶ τἄλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνης ἔχεται, οὐδενὸς χείρους*.

P. 320. *οὔτε τῳ ἄλλῳ παραδίδωσιν*] neque ulli alii *instituendos* tradit, sed ipsi oberrantes pascuntur quasi a custodia liberi, si forte fortuna alicubi in virtutem incidant. *Stallb.* *ἄφετος* est 'vinculis non constrictus' et *ἄφετος νέμεσθαι* dicitur, qui ad suum arbitrium vivit. v. de rep. VI. p. 498 C: *ὅταν δὲ πολιτικῶν καὶ στρατειῶν ἐκτὸς γίγνηται, τότε ἤδη ἀφέτους νέμεσθαι καὶ μηδὲν ἄλλο πράττειν* (*δεῖ*) *τοὺς μέλλοντας εὐδαιμόνως βιώσεσθαι*. Simile ductum est ab armentis solutis ac liberis. v. Plut. Lucull. c. 24. Liv. 24. 3.

Κλεινίαν, τὸν Ἀλκ.] Clinias Alcib. I. p. 118 E ab ipso Alcibiade homo insanus (*μαινόμενος*) vocatur. Eius igitur et Alcibiadis tutelam pater Pericli et Ariphroni commiserat. Pluribus quidem locis unus Pericles tutor eorum fuisse traditur, ut Alcib. I. p. 104 B. Xenoph. Mem. I, 2. 40. Isocr. or. 16. 28. Sed neque apud Graecos moris erat, ut uni tutela pupillorum mandaretur (v. de Leg. 924 A), et Ariphronem et ipsum illorum tutorem fuisse narrat Plut. Alcib. c. 1: *τοῦ Ἀλκιβιάδου Περικλῆς καὶ Ἀρίφρων, προσήκοντες κατὰ γένος ἐπετρόπευον*. De ipsa propinquitate nec Plato nec Xenophon nec Isocrates ullam faciunt mentionem; a posterioribus Pericles modo vitricus, modo avunculus Alcibiadis dicitur, v. Cornel. Nep. Alc. c. 1. Val. Max. III. 1 ext. 1. Aul. Gell. 15, 17, et Aristid. III. p. 542 Socratem dicit Pericli maledixisse apud Alcibiadem, *ᾧ θεῖός τε καὶ ἐπίτροπος καὶ ἀντὶ τοῦ πατρὸς ἦν*. Id modo constat, Alcibiadis matrem Dinomachen filiam Megaclis, et Megaclis sororem Agaristen Periclis matrem fuisse, cf. Plut. l. l. et Herodot. VI. 133.

τουτουὶ νεώτερον ἀδελφόν, ἐπιτροπεύων ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ Περικλῆς, δεδιὼς περὶ αὐτοῦ, μὴ διαφθαρῇ δὴ ὑπ' Ἀλκιβιάδου, ἀποσπάσας ἀπὸ τούτου, καταθέμενος ἐν Ἀρίφρονος ἐπαίδευε· καὶ πρὶν ἓξ μῆνας γεγονέναι, ἀπέδωκε τούτῳ οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσαιτο αὐτῷ. καὶ ἄλλους σοι πάμ- B πόλλους ἔχω λέγειν, οἳ αὐτοὶ ἀγαθοὶ ὄντες οὐδένα πώποτε βελτίω ἐποίησαν οὔτε τῶν οἰκείων οὔτε τῶν ἀλλοτρίων. ἐγὼ οὖν, ὦ Πρωταγόρα, εἰς ταῦτα ἀποβλέπων οὐχ ἡγοῦμαι διδακτὸν εἶναι ἀρετήν· ἐπειδὴ δὲ σοῦ ἀκούω ταῦτα λέγοντος, κάμπτομαι καὶ οἶμαί τί σε λέγειν διὰ τὸ ἡγεῖσθαί σε πολλῶν μὲν ἔμπειρον γεγονέναι, πολλὰ δὲ μεμαθηκέναι, τὰ δὲ αὐτὸν ἐξευρηκέναι. εἰ οὖν ἔχεις ἐναργέστερον ἡμῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετή, μὴ φθονήσῃς, ἀλλ' ἐπίδειξον. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ φθο- C νήσω. ἀλλὰ πότερον ὑμῖν, ὡς πρεσβύτερος νεωτέροις, μῦθον λέγων ἐπιδείξω, ἢ λόγῳ διεξελθών; Πολλοὶ οὖν αὐτῷ

alii. V. τουτονί, quod vitio laborare multi viderunt. Nam Alcibiades, qui colloquio interest, intelligitur.

ἐν Ἀρίφρονος] Bodl. Vat. ἐν ἀερίφρονος

ἀπέδωκε τούτῳ] Ven. Σ. Angel. w. Barber. Vat. e. Flor. o. ἀποδέδωκε, sed in hoc verbo et in τιθέναι aoristus ob syllabam finalem saepe in perfectum mutatus est, v. Phaedr. p. 257 A et p. 278 C.

B. διδακτὸν εἶναι ἀρετήν] V. τὴν ἀρ. Articulum libri plurimi optimique aspernantur. v. p. 324. A. C. p. 326 E. p. 328 C. p. 361 A. al.

C. ἢ λόγῳ διεξελθών] Bas. 2. codd. Flor. a. c. διεξελθῶ.

μὴ διαφθαρῇ δὴ ὑπ' Ἀλκ.] De hoc coniunctivo v. Krüg. Gr. 54. 8, 9. Optativum cum verbis timendi Plato coniunxit p. 321 A et 322 C. — Voculam δή Socrates per ironiam addidit significans Periclem non sine causa Cliniae timuisse videri.

καταθέμενος ἐν Ἀρίφρονος] int. οἴκῳ. κατατίθεσθαι h. l. est alicui aliquid custodiendum et conservandum tradere; alia vi aliaque constructione positum est p. 314 A. — In Periclis domo Alcibiadem educatum fuisse tradunt Cornel. Nep. Alcib. c. 2. Diodor. XII. 38. Aul. Gell. XV. 17, unde Cliniam in eadem domo fuisse consequitur. Pericles igitur fratres disiuncturus hunc Ariphroni educandum tradidit, qui puerum male moratum mox remisit, ut Pericles, qui Cliniam in matris contubernio esse nollet, facere non posset, quin eum, quem ab Alcibiadis convictu removerat (ἀποσπάσας), ei restitueret (ἀπέδωκε).

πρὶν ἓξ μῆνας γεγονέναι] Usitatius esset διαγεγονέναι, sed saepius apud Platonem aliosque Atticos verba simplicia inveniuntur, ubi exspectes composita; ut p. 310 C ἦλθον pro ἐπανῆλθον, p. 321 C ἔρχεται pro ἐπέρχεται.

B. κάμπτομαι καὶ οἶμαι —] Opportune comparavit Heindorfius Thucyd. III, 58: καίτοι ἀξιοῦμεν — καμφθῆναι ὑμᾶς καὶ μεταγνῶναι, εἴ τι ὑπὸ Θηβαίων ἐπείσθητε. Conf. Lachet. p. 192 E. Menex. p. 244 E. *Stallb.*

ὑπέλαβον τῶν παρακαθημένων, ὁποτέρως βούλοιτο, οὕτω διεξιέναι. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ἔφη, χαριέστερον εἶναι μῦθον ὑμῖν λέγειν.

Mox *οὕτω* ante *διεξιέναι* tuentur codd. plerique omnes. Vett. editt. perperam omittunt.

C. *ὑπέλαβον — διεξιέναι*] H. e. respondentes iubebant.

μῦθον ὑμῖν λέγειν] Quum ii, qui antiquissimis temporibus apud Graecos exstitissent philosophi, sapientiae placita et praecepta ita proposuissent, ut poeseos ornamentis uterentur ad ea illustranda et commendanda, veluti Empedocles, Xenophanes, Parmenides, Epicharmus, alii: mirandum non est, quod etiam posterioris aetatis sapientes ad declarandas opiniones suas poeticas adhibuerunt narrationes, quo severitatem sapientiae temperarent fabularum suavitate et iucunditate. Et hoc quidem philosophandi genere etiam sophistae usi esse reperiuntur, quo magis iuvenum animos eloquentiae illecebris caperent captosque tenerent. Nota est et multum celebrata Prodici sophistae de Hercule narratio, qua is virtutis praestantiam illustrare et voluptatis contemptum commendare studuit. Itaque etiam Protagoras, sententiam suam de hominis ad virtutem institutione declaraturus, fabula utitur, quia *δοκεῖ χαριέστερον εἶνει μῦθον λέγειν.* Qua in re operae pretium est animadvertere, quanta cum licentia versatus sit. Quanquam enim tota haec narratio composita est ad imitationem fabulae Hesiodeae de Prometheo et Pandora Theogon. p.535 sqq., tamen dici non potest, quantum in singulis partibus ab eadem recedat. De quo argumento peculiarem scripsit commentationem Arnold. Ekker: Specimen in Protagorae apud Platonem Fabulam de Prometheo. Traiecti ad Rhen. 1822. 8. Nimirum philosophi illius aetatis hoc sibi sumpserunt, ut fabulas, ab antiquitate traditas, ad suam rem transferrent et pro consilio suo mutarent, exornarent, illustrarent, quemadmodum poetas scenicos novimus easdem pro consiliorum suorum varietate varie mutasse et ad rem praesentem accommodasse. Et Protagorae quidem propositum hoc est, ut virtutem doctrina posse comparari hac narratione verisimile reddat ceterasque Socratis dubitationes amoveat. Quum enim Socrates dixisset virtutem sibi non videri doctrina ullo modo comparari posse, Protagoras id agit, ut doceat genus humanum utique paullatim tantum ad vitae civilis cultum humanitatemque progressum esse, omnibusque natura inesse sensum quendam iusti et honesti, qui disciplina et institutione possit excitari, augeri, corroborari. His deinde addit argumenta quaedam, ex quibus appareat Athenienses quoque in ea esse sententia, ut virtutem doctrina et institutione parari posse existiment. Denique explicare studet, unde fiat, ut clarissimorum virorum filii mali evadere neque parentum virtutes aemulari videantur. Ceterum attentos lectores non fugiet orationem, qua Protagorae fabula exponitur, prae se ferre speciem coloremque plane poeticum. Quemadmodum enim in aliis libris, veluti in Symposio, qui loquentes inducuntur, ita verba faciunt, ut proprio atque suo dicendi genere utantur, sic nunc quoque sophista ita sermocinatur, ut pro more suo splendidam atque grandem sectetur orationem. Imo tota haec fabula repetita videtur ex libro Protagorae, qui inscriptus fuit *Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως.* Quanquam quid in ea imitatione

Cap. XI. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν, θνητὰ δὲ γένη οὐκ ἦν. ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτοις χρόνος ἦλθεν D εἱμαρμένος γενέσεως, τυποῦσιν αὐτὰ θεοὶ γῆς ἔνδον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς μίξαντες καὶ τῶν ὅσα πυρὶ καὶ γῇ κεράννυται. ἐπειδὴ δ' ἄγειν αὐτὰ πρὸς φῶς ἔμελλον, προσέταξαν Προμηθεῖ καὶ Ἐπιμηθεῖ κοσμῆσαί τε καὶ νεῖμαι δυνάμεις ἑκάστοις ὡς πρέπει. Προμηθέα δὲ παραιτεῖται Ἐπιμηθεὺς

expressum sit, non satis certo ubique definiri potest, quum de Protagorae dicendi genere nihil memoriae traditum sit. Philostrat. Vit. Sophist. I. 494: γνοὺς δὲ τὸν Πρωταγόραν ὁ Πλάτων σεμνῶς μὲν ἑρμηνεύοντα, ὑπτιάζοντα δὲ τῇ σεμνότητι καί που καὶ μακρολογώτερον τοῦ συμμέτρου, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ μύθῳ μακρῷ ἐχαρακτήρισεν. Hunc Protagorae mythum referunt etiam Himerius Orat. XXI. §. 10. Iulian. Orat. VI. p. 195 ed. Spanhem. Themist. Orat. XXVII. p. 338. Aristid. III. p. 168 et celato auctoris nomine nec sine mutatione Etym. M. s. v. Ἰηόνιον. Hygin. Fab. 142. *Stallb.*

Cap. XI. Ἦν γάρ ποτε χρόνος] His verbis Graecos fabularum narrationes exordiri solitos esse multi loci sunt argumento, veluti Achill. Tat. II. 11: Ἦν γὰρ χρόνος ὅτε τῆς πορφύρας ὁ κόσμος ἀνθρώποις ἀπόρρητος ἦν· μικρὸς δὲ αὐτὴν ἐκάλυπτε κόχλος κτἑ. Particula γάρ non raro ponitur, ubi ad rem exponendam acceditur.

θνητὰ δὲ γένη] h. e. animalia. Cave de solis hominibus cogitaveris. — καὶ τούτοις, ut antea diis, nam suo tempore ii quoque facti erant, de qua re v. Stein Platonismus p. XXVIII.

D. γῆς ἔνδον] Quod animalia dicuntur tellurem intus a diis formata esse, accommodate hoc ad veterum populorum opinionem fingitur, qua terram habuerunt communem omnium parentem, quae animalia et homines e fecundo gremio suo emisisset. *Stallb.*

ἐκ γῆς καὶ πυρὸς—] Timae. p. 42 E: λαβόντες (οἱ νέοι θεοὶ) ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν, εἰς ταὐτὸν ξυνεκόλλων. Ibid. p. 82 A. Protagorae aqua terrae, aër igni misceri visa sunt. Haec quatuor esse rerum principia, e quibus omnia constarent, Empedocli primo placuit, v. Zeller Philos. Graec. I. p. 507.

καὶ τῶν ὅσα — κεράν.] Articuli vis ante pron. relat. positi a vulgari non recedit, sed est hic eius usus apud Platonem multo frequentior, quam apud alios scriptores, v. Phileb. p. 37 B. C. de rep. V. p. 469 B. Sophist. p. 241 E. al. Themistius or. 27 p. 338 Platonem imitatus scripsit μίσγων ἐκ γῆς καὶ πυρὸς καὶ τῶν ἐκείνοις ξυμφύλων.

ὡς πρέπει] Orationis obliquae ratio πρέποι exigebat. Sed ὡς πρέπει est 'ita ut decet vel convenit' et νεῖμαι ὡς πρέπει in universum est 'convenienter et rite distribuere'; contra ὡς πρέποι esset: ut deceret, quod penderet e verbo προσέταξαν, i. e. e iussu et consilio deorum vel ex eo quod dii pro conveniente haberent. *Ast.*

παραιτεῖται — αὐτὸς νεῖμαι] 'sibi ipsi distributionis munus deposcit'. παραιτεῖσθαι est deprecari eiusque verbi duplicem vim et petendi et avertendi habet, cf. Apol. 27 A: ὅπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην et infra p. 358 A: τὴν Προδίκου διαίρεσιν τῶν ὀνομάτων παραιτοῦμαι. — αὐτός h. l. fere idem est ac μόνος, ut supra p. 309 A. 320 A et in vulgari formula αὐτοὶ γάρ ἐσμεν de Leg. p. 836 B. Aristoph. Acharn. 504. al.

αὐτὸς νεῖμαι· Νείμαντος δ' ἐμοῦ, ἔφη, ἐπίσκεψαι. καὶ
E οὕτω πείσας νέμει. νέμων δὲ τοῖς μὲν ἰσχὺν ἄνευ τάχους προσῆπτε, τὰ δ' ἀσθενέστερα τάχει ἐκόσμει· τὰ δὲ ὥπλιζε, τοῖς δ' ἄοπλον διδοὺς φύσιν ἄλλην τιν' αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο δύναμιν εἰς σωτηρίαν. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν σμικρότητι ἤμπισχε, πτηνὸν φυγὴν ἢ κατάγειον οἴκησιν ἔνεμεν· ἃ δὲ ηὖξε
321 μεγέθει, τῷδε αὐτῷ αὐτὰ ἔσωζε· καὶ τἆλλα οὕτως ἐπανισῶν ἔνεμε. ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο εὐλάβειαν ἔχων, μή τι γένος ἀϊστωθείη. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἀλληλοφθοριῶν διαφυγὰς ἐπήρκεσε, πρὸς τὰς ἐκ Διὸς ὥρας εὐμάρειαν ἐμηχανᾶτο ἀμφιεννὺς αὐτὰ πυκναῖς τε θριξὶ καὶ στερεοῖς δέρμασιν, ἱκανοῖς μὲν ἀμῦναι χειμῶνα, δυνατοῖς δὲ καὶ καύματα, καὶ εἰς εὐνὰς ἰοῦσιν ὅπως ὑπάρχοι τὰ αὐτὰ ταῦτα
B στρωμνὴ οἰκεία τε καὶ αὐτοφυὴς ἑκάστῳ, καὶ ὑποδῶν τὰ

οὕτω πείσας] Bodl. Vindob. Flor. a. b. c. οὕτως π.

E. τὰ δ' ἀσθενέστερα — τὰ δὲ ὥπλιζε] Sic unus cod. Paris. a Ruhnkenio collatus, cuius varias lectiones edidit Heusdius. Vett. editt. cum reliquis libris: τοὺς δ' ἀσθενεστέρους — τοὺς δὲ ὥπλ., quod iam Cornarius verissime emendavit.

P. 321. τῷδε αὐτῷ] Sic cod. Ambros. pro vulg. τῷ δὲ αὐτῷ. Deinde εὐμάρειαν codd. plerique pro vulg. εὐμαρίαν.

ὅπως ὑπάρχοι] Vett. editt. ὑπάρχῃ quod ex plurimis codd. emendatum est.

E. σμικρότητι ἤμπισχε] Eodem modo p. 321 A: ἀμφιεννὺς αὐτὰ — στερεοῖς δέρμασιν. — πτηνὸν φυγήν, volatilem fugam, poetice dictum pro alas, quibus effugere possent. *Stallb.*

P. 321. τῷδε αὐτῷ] hoc ipso, videl. magnitudinis praesidio, v. Buttmannum ad Demosth. Midian. p. 156.

πρὸς τὰς ἐκ Διὸς ὥρας εὐμάρ.] adversus coeli aërisque tempestates iis paravit subsidia ita, ut muniret ea atque indueret et densis villis et solidis pellibus, quae aptae essent tam ad frigus arcendum, quam ad aestum pellendum, simulque ut cubilia ineuntibus ipsae hae pelles singulorum proprium essent et nativum stragulum. Etiam haec poeticum habent colorem. Voc. εὐμάρεια Hesychius interpretatur εὐχέρεια, ἡσυχία; Suidas ἡ εὐκολία. *Stallb.*

χειμῶνα — καὶ καύματα] Plato ubicunque his verbis tempestatem universam significavit, aut plurali numero utrumque posuit, aut utrumque singulari, v. Tim. p. 22 E: ὅπου μὴ χειμὼν ἐξαίσιος ἢ καῦμα ἀπείργει. Ibid. p. 74 B: ἐμηχανᾶτο προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων. Politic. p. 279 D: τὰ πρὸς χειμῶνας καὶ καύματα ἀλεξητήρια. Vide igitur ne hoc quoque loco χειμῶνας scripserit.

B. ὑποδῶν] Vulgatam lectionem ὑπὸ πόδων ita interpretes explicaverunt, ut e superioribus ἀμφιεννύς intelligendum esse existimarent. Sed hoc verbum de veste induenda, nunquam de soleis inducendis usurpatum est, quod ex eo sciri potest, quia ἠμφιεσμένος per se ipsum est

μὲν ὁπλαῖς, τὰ δὲ θριξὶ καὶ δέρμασι στερεοῖς καὶ ἀναίμοις. τοὐντεῦθεν τροφὰς ἄλλοις ἄλλας ἐξεπόριζε, τοῖς μὲν ἐκ γῆς βοτάνην, ἄλλοις δὲ δένδρων καρπούς, τοῖς δὲ ῥίζας· ἔστι δ' οἷς ἔδωκεν εἶναι τροφὴν ζώων ἄλλων βοράν. καὶ τοῖς μὲν ὀλιγογονίαν προσῆψε, τοῖς δ' ἀναλισκομένοις ὑπὸ τούτων πολυγονίαν, σωτηρίαν τῷ γένει πορίζων. ἅτε δὴ οὖν οὐ πάνυ τι σοφὸς ὢν ὁ Ἐπιμηθεὺς ἔλαθεν αὐτὸν κατ- C
αναλώσας τὰς δυνάμεις. λοιπὸν δ' ἀκόσμητον ἔτι αὐτῷ ἦν τὸ ἀνθρώπων γένος, καὶ ἠπόρει ὅ τι χρήσαιτο. ἀπο-

B. καὶ στερεοῖς — τὰ δὲ θριξί] Haec om. Vat. 175., videlicet errore per ὁμοιοτέλευτον nato. — ὑποδῶν est Cobeti (Var. lectt. p. 3) emendatio certissima; vulg. ὑπὸ ποδῶν. Bas. I ὑποπόδων. Pro θριξὶ Stallb. et Baiter. maluerunt ὄνυξι, quod Hermann. recepit. Saupp. θριξὶ καὶ delevit.

οὐ πάνυ τι σοφὸς ὤν] Vett. editt. pro τι habent τοι, quod ex optimis codd. emendatum.

C. τὰς δυνάμεις] Post haec vulgo inferuntur verba εἰς τὰ ἄλογα, quae recte desunt in Bodl. et Vatic. Deinde vett. editt. δὴ ἔτι ἀκόσμητον, sed ἔτι in omnibus fere codd. post ἀκόσμητον collocatum invenitur. Bodl. Vat. διακοσμητον (sine accentu). δ' ἀκόσμητον, quod cum Sauppio recepimus, reperitur in Par. 3017 (Heusde spec. crit. p. 142).

τὸ ἀνθρώπων γένος] Vulg. τὸ τῶν ἀνθρ. Sed om. articulum τῶν Bodl. Vat. Coisl. Vind. v. ann. ad p. 355 A.

'veste indutus', ut de rep. II. p. 372 A: θέρους μὲν τὰ πολλὰ γυμνοί τε καὶ ἀνυπόδητοι ἐργάσονται, τοῦ δὲ χειμῶνος ἠμφιεσμένοι τε καὶ ὑποδεδεμένοι ἱκανῶς.

τὰ δὲ θριξὶ καὶ δέρμασι] Hunc locum alii aliter sanare conati sunt. Stephanus pro θριξί, quod h. l. prorsus ineptum est, in libro quodam a se repertum narrat τύλοις, cuius nusquam nunc vestigium in libris apparet. ὄνυξι, quod alii scribendum suspicati sunt, ita ferri posset, si sequeretur: τὰ δὲ δέρμασι. Ficinus locum interpretatus est: 'pedibusque soleas addidit, ungulas, setas, callum, pelles itidem quam durissimas'. Et excidisse quaedam, in aprico est, sed quae ea sint, nemo hodie investigaverit. Sententiae autem et Protagorae dicendi rationi accommodata essent haec: ὑποδῶν τὰ μὲν ὁπλαῖς, τὰ δὲ ὄνυξι, τὰ δὲ τύλοις, τὰ δὲ δέρμασι στερεοῖς καὶ ἀναίμοις.

C. ἔλαθεν αὑτὸν — δυνάμεις] Epimetheus facultates, quas a diis acceperat omnibus animalibus convenienter tribuendas, imprudens consumpserat, ut qua re hominem ornaret, non haberet. Homo autem, quum ipse nondum sapientiam ac rationem haberet, quam Protagorae quidem sententia pro illis ipsis facultatibus postea a Prometheo accepit, non potuit reliquis animalibus tanquam τοῖς ἀλόγοις opponi.

ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται] Haesitanti supervenit Prometheus. Fuit qui ἐπέρχεται scribendum coniiceret. At conferas Xenoph. Symp. II, 1: ἔρχεται αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακούσιος ἄνθρωπος. Aristoph. Equitt. v. 818: ἥξει σοι δριμύς, ἄγροικος. Thucyd. I. 27, 1; 61, 1 al. Cum proximis opportune contulit Heindorf. Plutarch. de Fortuna p. 98 D: μόνος δὲ ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸν Πλάτωνα γυμνὸς καὶ ἄνοπλος καὶ ἀνυπό-

ῥοῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται Προμηθεὺς ἐπισκεψόμενος τὴν νομήν, καὶ ὁρᾷ τὰ μὲν ἄλλα ζῷα ἐμμελῶς πάντων ἔχοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνόν τε καὶ ἀνυπόδητον καὶ ἄστρωτον καὶ ἄοπλον. ἤδη δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν, ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἄνθρωπον ἐξιέναι ἐκ γῆς εἰς φῶς. ἀπορίᾳ οὖν
D ἐχόμενος ὁ Προμηθεύς, ἥντινα σωτηρίαν τῷ ἀνθρώπῳ εὕροι, κλέπτει Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρί — ἀμήχανον γὰρ ἦν ἄνευ πυρὸς αὐτὴν κτητήν τῳ ἢ χρησίμην γενέσθαι —, καὶ οὕτω δὴ δωρεῖται ἀνθρώπῳ. τὴν μὲν οὖν περὶ τὸν βίον σοφίαν ἄνθρωπος ταύτῃ ἔσχε, τὴν δὲ πολιτικὴν οὐκ εἶχεν· ἦν γὰρ παρὰ τῷ Διί· τῷ δὲ Προμηθεῖ εἰς μὲν τὴν ἀκρόπολιν τὴν τοῦ Διὸς οἴκησιν οὐκέτι ἐνεχώρει εἰσελθεῖν· πρὸς δὲ καὶ αἱ Διὸς φυλακαὶ
E φοβεραὶ ἦσαν· εἰς δὲ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἡφαίστου οἴκημα

ἀπορίᾳ οὖν ἐχόμενος] Bodl. Vat. σχόμενος, quod Sauppius nunc recepit; nobis vulgata lectio multo videtur aptior.

δετος καὶ ἄστρωτος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπολέλειπται. Similiter Seneca Consolat. ad Marc. XI: Quid est homo? imbecillum corpus et fragile, nudum, suapte natura inerme, alienae opis indigens, ad omnem fortunae contumeliam proiectum. *Stallb.* De genitivo πάντων ex ἐμμελῶς ἔχοντα pendente v. Krüg. Gr. 47, 10, 5.

ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἄνθρ. ἐξ.] omnia igitur animalia eodem die in lucem prodiisse Protagoras censuit.

D. τὴν ἔντεχνον σοφίαν] factitandarum artium sollertia quum homini i. e. humano generi pro ceterorum animalium facultatibus a Prometheo donata sit, consequitur, omnes homines illa initio certe rerum, donec societas quaedam humana exstitit, pariter usos esse, v. ad p. 322 B.

σὺν πυρί] Artes non potuisse sine ignis usu excoli aut inveniri pervulgata est apud scriptores veteres sententia. Itaque Aeschyl. Prometh. v. 7: τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας, θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. Ibid. v. 109: ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς πηγὴν κλοπαίαν, ἣ διδάσκαλος τέχνης. Ibid. v. 253: ἀφ' οὗ γε (πυρὸς) πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας. Diodor. Sicul. I, 8: γνωσθέντος δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν ἄλλων χρησίμων κατὰ σμικρὸν καὶ τὰς τέχνας εὑρεθῆναι καὶ τἆλλα τὰ δυνάμενα τὸν κοινὸν βίον ὠφελῆσαι. *Stallb.*

ἔσχε] nactus erat.

οὐκέτι ἐνεχώρει —] H. e. per brevitatem temporis non iam licebat intrare sive fieri non amplius poterat, ut intraret; aderat enim iam ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα. — πρὸς δὲ καὶ φοβ. ἦσ. praeterea vero etiam custodes ibi erant terribiles, int. Κράτος καὶ Βία, cf. Hesiod. Theog. 385. Aeschyl. Prom. init., qui omnem conatum artem civilem ex arce auferendi irritum fecissent; non illi quidem ipsum Prometheum, Iovis ministrum (v. Gorg. p. 523 D), cui vel facultatum distributio commissa erat, ab arce prohibuissent, sed ne quid inde subduceret, obstitissent.

E. εἰς δὲ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς —] His si addidisset Protagoras ὥσπερ λέγω, orationis cursus aliquanto esset dilucidior: revoca-

τὸ κοινόν, ἐν ᾧ ἐφιλοτεχνείτην, λαθὼν εἰσέρχεται, καὶ κλέψας τήν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς δίδωσιν ἀνθρώπῳ, καὶ ἐκ τούτου εὐπορία μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ βίου γίγνεται, Προμηθέα δὲ δι' Ἐπιμηθέα ὕστερον, ᾗπερ λέγεται, κλοπῆς δίκη μετῆλθεν. 322

Cap. XII. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέσχε μοίρας, πρῶτον μὲν διὰ τὴν τῶν θεῶν συγγένειαν ζώων μόνον θεοὺς ἐνόμισε, καὶ ἐπεχείρει βωμούς τε ἱδρύεσθαι καὶ ἀγάλματα θεῶν· ἔπειτα φωνὴν καὶ ὀνόματα ταχὺ διηρθρώσατο τῇ τέχνῃ, καὶ οἰκήσεις καὶ ἐσθῆτας καὶ ὑποδέσεις καὶ στρωμνὰς καὶ τὰς ἐκ γῆς τροφὰς εὕρετο. οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι κατ' ἀρχὰς ἄνθρωποι ᾤκουν σποράδην, πό- B
λεις δὲ οὐκ ἦσαν. ἀπώλλυντο οὖν ὑπὸ τῶν θηρίων διὰ τὸ πανταχῇ αὐτῶν ἀσθενέστεροι εἶναι, καὶ ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς πρὸς μὲν τροφὴν ἱκανὴ βοηθὸς ἦν, πρὸς δὲ τὸν τῶν θηρίων πόλεμον ἐνδεής· πολιτικὴν γὰρ τέχνην οὔπω εἶχον,

Cap. XII. P. 322. *διὰ τὴν τῶν θεῶν συγγένειαν*] Codd. omnes *διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συγγ.* Hermann *τοῦ θεοῦ* uncinis inclusit, Saupp. plane exstinxit. Deuschle etiam *διὰ τὴν συγγένειαν* in suspicionem vocavit, v. quae de his verbis scripsimus in Stud. phil. p. 846 sq.

tur enim oratio ad superiora ὁ *Προμηθεὺς . . κλέπτει κτέ.*, unde civilis artis mentione iniecta aberraverat. Quam vagantem orationem Protagorae, quem quidem subito dixisse tenendum est, iusto severius multi reprehenderunt.

Cap. XII. P. 322. *διὰ τὴν τῶν θεῶν συγγένειαν*] De sententia v. Cicer. de Leg. I. 8, 25. *τοῦ θεοῦ* nihil habet, quo se tueatur. Nam quum homines per Prometheum Vulcani et Minervae artem ac sapientiam accepissent, propter quod munus divinae sortis participes facti esse dicuntur, iis cum caelestibus s. diis cognatio erat, non vero cum deo.

καὶ ἐπεχείρει βωμ. —] Non id dicit Protagoras, hominem simulatque ignem et factitandarum artium sollertiam acceperit, omnium primum aras et simulacra deorum constituisse, tum vocem articulasse et verba conformasse, denique res ad vitam necessarias invenisse, sed quae homo vel ab omni societate civili remotus ipsa divinae sortis communicatione secutus esse videatur, ea ita enumerat, ut a deorum cultu incipiat, *ἐντεῦθεν γὰρ ἄρχεσθαι δίκαιον* (Isocr. 7, 29). Ceterum etiam Graecis antiquitus pro simulacris deorum lapides et stipites fuisse tradunt Pausan. 7. 22, 4. Dio. Chrys. or. 12 (I. p. 406).

φωνὴν — διηρθρώσατο] v. Xenoph. Mem. I. 4, 12.

B. *ἀπώλλυντο οὖν ὑπὸ τ. θηρ.*] In Politico p. 274 B dicuntur homines Saturno regnante omnibus copiis ultro oblatis abundasse et cum belluis interque se commercium tutissimum habuisse, sed Iove rerum potito vehementer laborasse et belluarum saevitia et ciborum inopia; cf. de Leg. p. 677.

ἧς μέρος πολεμική. ἐζήτουν δὴ ἀθροίζεσθαι καὶ σώζεσθαι κτίζοντες πόλεις. ὅτ' οὖν ἀθροισθεῖεν, ἠδίκουν ἀλλήλους, ἅτε οὐκ ἔχοντες τὴν πολιτικὴν τέχνην, ὥστε πάλιν σκεδαν-
C νύμενοι διεφθείροντο. Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί. ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις. πότερον ὡς αἱ τέχναι νενέμηνται, οὕτω καὶ ταύτας νείμω; νενέμηνται δὲ ὧδε· εἷς ἔχων ἰατρικὴν πολλοῖς ἱκανὸς ἰδιώταις, καὶ οἱ

B. *ἐζήτουν δὴ ἀθρ.*] Sic Bodl. Vat. Coisl. Venet. Ξ. alii plurimi. V. *ἐζήτουν δέ.* v. annot.

C. *ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμ. Δία, τίνα οὖν* —] Vett. editt. *ἐρ. οὖν Ἑρμ., διὰ τίνα οὖν τρ.*, quod emendarunt Heusdius et Heindorfius, quorum rationem confirmavit Venet. Σ.

ἐζήτουν δὴ ἀθροίζεσθαι] Quum homines, nulla dum societate inter se coniuncti, impetum ferarum nec sustinere nec arcere valerent, factum est, ut cuperent congregari et in urbibus tuti habitare. Itaque *δή* pro *δέ* per sententiae rationem requiritur. Verbum *ζητεῖν*, cupiendi s. studendi significatione usurpatum, illustravit Heusdius Specim. crit. p. 104 sq. *Stallb.*

δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν] Supra p. 320 A: *δεδιὼς περὶ αὐτοῦ, μὴ διαφθαρῇ.* Utraque structura frequens. v. Heindorf. ad Euthydem. p. 275 B., qui *φοβεῖσθαι* et *θαρρεῖν* construi docuit cum *περί* addito modo tertio, modo secundo casu. *Stallb.*

C. *ἄγοντα — αἰδῶ τε καὶ δίκην*] Civilis vitae originem repetit a verecundia et iustitia, qua civitates ordinatae et tanquam communi quodam vinculo colligatae sint. Nam hoc significant verba *καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί.* Ob oculos habuit Homerum et Hesiodum, qui *αἰδῶ καὶ νέμεσιν* saepius commemorant. Odyss. II, 64 Telemachus ad procos: *νεμεσσήθητε καὶ αὐτοὶ Ἄλλους τ' αἰδέσθητε περικτίονας ἀνθρώπους, οἳ περιναιετάουσι*: ad quem locum Eustathius p. 1434, 29 praeter alia de eo argumento haec disputat: *ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ Ἡσίοδος ἄμφω ταῦτα, αἰδῶ καὶ νέμεσιν, τὸν ἀνθρώπινον βίον οἶδε συνιστᾶν, ὧν οἰχομένων λείψεται, φησί, κατὰ βίον ἄλγεα λυγρά.* Hesiod. Opp. et DD. v. 197: *ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην προλιπόντ' ἀνθρώπους Αἰδὼς καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ θνητοῖς ἀνθρώποισι, κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή.* Conf. Aristides Orat. in Iov. T. I. p. 8. ed Dindorf. *Stallb.*

τίνα οὖν τρόπ. δοίη] v. ad p. 319 B.

νενέμηνται δὲ ὧδε] int. *ἐν τοῖς ἀνθρώποις*, artes inter homines divisae sunt s. divisae inveniuntur. Attributae erant a Prometheo hominibus omnibus omnium artium facultates, ut sibi quisque omnia quae ad vitae usum pertinerent, posset comparare. Et quamdiu ferarum modo sparsi habitabant, quacunque arte opus erat, eam ipsi factitaverunt. Sed quum agresti vita relicta ad cultum humanum progressuri urbes condidissent, tum in unum locum congregati alii aliam excoluerunt artem, quo factum est, ut is rei status, de quo apud Iovem Mer-

ἄλλοι δημιουργοί. καὶ δίκην δὴ καὶ αἰδῶ οὕτω θῶ ἐν τοῖς
ἀνθρώποις, ἢ ἐπὶ πάντας νείμω; Ἐπὶ πάντας, ἔφη ὁ Ζεύς, D
καὶ πάντες μετεχόντων· οὐ γὰρ ἂν γένοιντο πόλεις, εἰ ὀλί-
γοι αὐτῶν μετέχοιεν ὥσπερ ἄλλων τεχνῶν. καὶ νόμον γε
θὲς παρ᾽ ἐμοῦ τὸν μὴ δυνάμενον αἰδοῦς καὶ δίκης μετέχειν
κτείνειν ὡς νόσον πόλεως.

Οὕτω δή, ὦ Σώκρατες, καὶ διὰ ταῦτα οἵ τε ἄλλοι καὶ
Ἀθηναῖοι, ὅταν μὲν περὶ ἀρετῆς τεκτονικῆς ᾖ λόγος ἢ ἄλ-
λης τινὸς δημιουργικῆς, ὀλίγοις οἴονται μετεῖναι συμβου-
λῆς, καὶ ἐάν τις ἐκτὸς ὢν τῶν ὀλίγων συμβουλεύῃ, οὐκ E
ἀνέχονται, ὡς σὺ φῄς· εἰκότως, ὡς ἐγώ φημι· ὅταν δὲ εἰς
συμβουλὴν πολιτικῆς ἀρετῆς ἴωσιν, ἣν δεῖ διὰ δικαιοσύνης 323
πᾶσαν ἰέναι καὶ σωφροσύνης, εἰκότως ἅπαντος ἀνδρὸς ἀνέ-
χονται, ὡς παντὶ προσῆκον ταύτης γε μετέχειν τῆς ἀρετῆς,
ἢ μὴ εἶναι πόλεις. αὕτη, ὦ Σώκρατες, τούτου αἰτία.

D. καὶ Ἀθηναῖοι] Vat. r. et Vind. καὶ οἱ Ἀθηναῖον, quod Stallb. recepit probante Astio; sed v. p. 324 C.

curius locutus esse fingitur, inter homines iam tum valeret. Eam ob causam Iupiter, ne simile quid in iustitia et verecundia accidat, non solum attribui omnibus, sed etiam exerceri ab omnibus iubet (καὶ πάντες μετεχόντων). Contra quam legem si quis faciat, eum tolli vult tanquam pestem civitatis. Protagoras igitur iustitiam negat homini ingenitam et innatam esse aut sua sponte ab eo expeti, sed necesse esse, ut quicunque in societate civili velit versari, is illam virtutem exerceat, cf. Aristot. Pol. III. 9: ὁ νόμος συνθήκη καί, καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστής, ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τῶν δικαίων, ἀλλ᾽ οὐχ οἷος ποιεῖν ἀγαθοὺς καὶ δικαίους τοὺς πολίτας.

καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργ.] int. ἱκανοί εἰσιν ἰδιώταις.

P. 323. διὰ δικαιοσύνης π. ἰέναι] Dictionem comparatis similibus formulis, veluti διὰ φρονήσεως ἰέναι, διὰ δόξης ἰέναι, διὰ ἡδονῶν πορεύεσθαι, διὰ τοῦ δικαίου πορεύεσθαι, illustravit Heindorfius. Dedita autem opera Protagoras idem verbum ἰέναι et propria et methaphorica significatione in eodem enuntiato usurpavit; cf. μετεῖναι συμβουλῆς et εἰς συμβουλὴν ἰέναι. p. 327 E: οὐδείς σοι φαίνεται . . εἰ ζητοῖς, οὐδ᾽ ἂν εἷς φανείη . . οὐ ῥᾴδιον τούτων διδάσκαλον φανῆναι. Fusius de hac re expositum est in Stud. philol. p. 851 sq.

ὡς — προσῆκον] quippe quum conveniat. De hoc accusativo absoluto v. Krüg. Gr. 56. 9, 5.

ἢ μὴ εἶν. πό.] alioquin non essent urbes. Post ἤ negligentius illatus est infinitivus, quasi praecessisset ὡς ἀναγκαῖον, non ὡς προσῆκον. Phaedr. p. 271 D: δεῖ δὴ — δύνασθαι ἀκολουθεῖν ἢ μηδὲ εἰδέναι. Ibid. p. 245 E., ubi v. ann. Alia huius constructionis exempla si qui desiderent, ii adeant Heindorfium ad h. l. *Stallb.*

Ἵνα δὲ μὴ οἴῃ ἀπατᾶσθαι, ὡς τῷ ὄντι ἡγοῦνται πάντες
ἄνθρωποι πάντα ἄνδρα μετέχειν δικαιοσύνης τε καὶ τῆς
ἄλλης πολιτικῆς ἀρετῆς, τόδε αὖ λαβὲ τεκμήριον. Ἐν γὰρ
ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, ὥσπερ σὺ λέγεις, ἐάν τις φῇ ἀγαθὸς
αὐλητὴς εἶναι ἢ ἄλλην ἡντινοῦν τέχνην, ἣν μή ἐστιν, ἢ
B καταγελῶσιν ἢ χαλεπαίνουσι, καὶ οἱ οἰκεῖοι προσιόντες
νουθετοῦσιν ὡς μαινόμενον· ἐν δὲ δικαιοσύνῃ καὶ ἐν τῇ
ἄλλῃ πολιτικῇ ἀρετῇ, ἐάν τινα καὶ εἰδῶσιν, ὅτι ἄδικός
ἐστιν, ἐὰν οὗτος αὐτὸς καθ' αὑτοῦ τἀληθῆ λέγῃ ἐναντίον
πολλῶν, ὃ ἐκεῖ σωφροσύνην ἡγοῦντο εἶναι, τἀληθῆ λέγειν,
ἐνταῦθα μανίαν, καί φασι πάντας δεῖν φάναι εἶναι δικαί-
ους, ἐάν τε ὦσιν ἐάν τε μή, ἢ μαίνεσθαι τὸν μὴ προσ-
C ποιούμενον δικαιοσύνην, ὡς ἀναγκαῖον οὐδένα ὅντιν' οὐχὶ
ἀμωσγέπως μετέχειν αὐτῆς, ἢ μὴ εἶναι ἐν ἀνθρώποις.

Cap. XIII. Ὅτι μὲν οὖν πάντ' ἄνδρα εἰκότως ἀποδέ-
χονται περὶ ταύτης τῆς ἀρετῆς σύμβουλον διὰ τὸ ἡγεῖσθαι

ἀπατᾶσθαι, ὡς τῷ ὄντι ἡγοῦνται] Constructio ad sensum conformata. Nam plene dicendum fuit ἀπατᾶσθαι ὑπ' ἐμοῦ λέγοντος: ne putes fraudulenter tibi persuaderi. Saepius ita usurpatum esse ἀπατᾶν et ἐξαπατᾶν significatione praegnanti, quam parum eleganter vocant grammatici, docuit Astius collatis locis Cratyl. p. 413 D. Xenoph. Anab. V, 7, 6. Quibus adde Lysiae locum orat. XIII. in Agorat. p. 491. ed. Reisk. §. 70: λέξει δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς πειράσεται, ὡς ἐπὶ τῶν τετρακοσίων Φρύνιχον ἀπέκτεινε. Dein πάντα ἄνδρα est nostrum jedermann; sic infra p. 325 A. Criton. p. 47 B. De Rep. II. p. 360 D. I. p. 331 B. Aristoph. Ran. v. 1033. al. *Stallb.* Verba ὡς τῷ ὄντι κτέ. rectius coniunges cum τόδε αὖ λαβὲ τεκμήριον: Ne autem tibi me mentiri credas, hoc etiam accipe argumentum, revera existimare omnes homines etc.

ἢ ἄλλην ἡντινοῦν τέχνην] Intell. ἀγαθός.

B. ἐάν τινα καὶ εἰδῶσιν] in iustitia vero ceterisque virtutibus civilibus, etiamsi quem noverint esse iniustum, si is de se ipse multis audientibus vera fatetur, quod quidem illic (in ceteris artibus) continentiam putabant esse, videlicet verum dicere, id hic insaniam esse existimant. Δικαιοσύνην nunc appellat sophista rem iudiciariam, quod nunc non mirum. De simili vocabuli usu vide annot. ad Gorg. c. XIX. Post ὃ ἡγοῦντο εἶναι perspicuitatis causa additum τἀληθῆ λέγειν. v. Gorg. p. 476 E. p. 501 A. infra p. 351 A. Post ἐνταῦθα μανίαν int. ἡγοῦνται. *Stallb.*

προσποιούμενον δικαιοσύνην] Paulo durius et insolentius hoc dictum est pro προσποιούμενον δίκαιον εἶναι.

ὡς ἀναγκαῖον] Facili opera ὂν addideris. Sed cautius hac in re versandum esse docebunt quae Heindorfius ad h. l. egoque ad Gorg. p. 495 C adscripsimus. *Stallb.*

Cap. XIII. C. ἀποδέχονται] int. οἵ τε ἄλλοι καὶ Ἀθηναῖοι, vel οἱ σοὶ πολῖται, sed mirer, nisi Protagoras ipse alterutrum adiecerit.

παντὶ μετεῖναι αὐτῆς, ταῦτα λέγω· ὅτι δὲ αὐτὴν οὐ φύσει ἡγοῦνται εἶναι οὐδ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, ἀλλὰ διδακτόν τε καὶ ἐξ ἐπιμελείας παραγίγνεσθαι ᾧ ἂν παραγίγνηται, τοῦτό σοι μετὰ τοῦτο πειράσομαι ἀποδεῖξαι. Ὅσα γὰρ ἡγοῦνται ἀλλήλους κακὰ ἔχειν ἄνθρωποι φύσει ἢ τύχῃ, οὐδεὶς θυ- D
μοῦται, οὐδὲ νουθετεῖ, οὐδὲ διδάσκει, οὐδὲ κολάζει τοὺς ταῦτα ἔχοντας, ἵνα μὴ τοιοῦτοι ὦσιν, ἀλλ' ἐλεοῦσιν. οἷον τοὺς αἰσχροὺς ἢ σμικροὺς ἢ ἀσθενεῖς τίς οὕτως ἀνόητος, ὥστε τι τούτων ἐπιχειρεῖν ποιεῖν; ταῦτα μὲν γάρ, οἶμαι, ἴσασιν ὅτι φύσει τε καὶ τύχῃ τοῖς ἀνθρώποις γίγνεται τὰ κακὰ καὶ τἀναντία τούτοις· ὅσα δὲ ἐξ ἐπιμελείας καὶ ἀσκήσεως καὶ διδαχῆς οἴονται γίγνεσθαι ἀγαθὰ ἀνθρώ- E
ποις, ἐάν τις ταῦτα μὴ ἔχῃ, ἀλλὰ τἀναντία τούτων κακά, ἐπὶ τούτοις που οἵ τε θυμοὶ γίγνονται καὶ αἱ κολάσεις. καὶ αἱ νουθετήσεις. ὧν ἐστιν ἓν καὶ ἡ ἀδικία καὶ ἡ ἀσέ-
βεια καὶ συλλήβδην πᾶν τὸ ἐναντίον τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς. 324

Cap. XIII. P. 323. D. ἄνθρωποι φύσει ἢ τύχῃ] Heindorfius malebat ἢ φ. ἢ τύχῃ.

οἶμαι, ἴσασιν] Bodl. Vat. οἶμαι εἴσασιν. Vat. r. et Vind. οἶμαι ἴσασιν; alii et editt. vett. ἴσασιν, οἶμαι.

τὰ κακὰ καὶ τἀναντ.] Libri omnes τὰ καλὰ καὶ τἀναντ. v. Stud. philol. p. 847 sq.

Ὅσα γὰρ ἡγοῦνται—] Nam quaecunque mala homines *inter se* habere arbitrantur naturae vel fortunae culpa. De proximis Stallbaum haec subtiliter disputavit: Facile alicui istud οὐδὲ διδάσκει ceteris verbis importune interiectum videatur, ut mirandum sit neminem dum in eo offendisse, praesertim quum mox p. 323 E nonnisi οἵ τε θυμοὶ καὶ αἱ κολάσεις καὶ αἱ νουθετήσεις commemorentur. Sed vereor, ne nihil loco movendum sit, siquidem διδάσκειν, quemadmodum nostrum zurechtweisen, de leniore reprehensione dici recte colligitur ex Apolog. Socr. p. 26 A: εἰ δὲ ἄκων διαφθείρω, τῶν τοιούτων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων οὐ δεῦρο νόμος εἰσάγειν ἐστίν, ἀλλ' ἰδίᾳ λαβόντα διδάσκειν καὶ νουθετεῖν, Mox p. 325 A: τὸν μὴ μετέχοντα καὶ διδάσκειν καὶ κολάζειν. Ibid.: κολαζόμενος καὶ διδασκόμενος.

ταῦτα μὲν — τὰ κακὰ] ταῦτα est nominativus, v. p. 357 E, et cohaeret cum τὰ κακά, ut comprehendat deformitatem, parvitatem, imbecillitatem, quae naturalium malorum exempla allata erant. Pulchra et deformia quid hoc loco sibi velint, quo de bonis et malis agatur, nemo facile dixerit. Et Ficinum iam τὰ κακὰ invenisse, ex hac eius interpretatione patet: intelligunt sane, ut arbitror, omnes, haec mala eorumque contraria natura hominibus fortunaque provenire.

E. καὶ ἡ ἀσέβεια] Nec iustitiae nec temperantiae, quas Protagoras adhuc civiles virtutes dixit esse, contraria est impietas. Sed sophista nunc ad virtutem universam transitum sibi parat, v. p. 325 A. 329 C. 330 A.

ἔνθα δὴ πᾶς παντὶ θυμοῦται καὶ νουθετεῖ, δῆλον ὅτι ὡς ἐξ ἐπιμελείας καὶ μαθήσεως κτητῆς οὔσης. εἰ γὰρ ἐθέλεις ἐννοῆσαι τὸ κολάζειν, ὦ Σώκρατες, τοὺς ἀδικοῦντας τί ποτε δύναται, αὐτό σε διδάξει, ὅτι οἵ γε ἄνθρωποι ἡγοῦνται παρασκευαστὸν εἶναι ἀρετήν. οὐδεὶς γὰρ κολάζει τοὺς
B ἀδικοῦντας πρὸς τούτῳ τὸν νοῦν ἔχων καὶ τούτου ἕνεκα, ὅτι ἠδίκησεν, ὅστις μὴ ὥσπερ θηρίον ἀλογίστως τιμωρεῖται· ὁ δὲ μετὰ λόγου ἐπιχειρῶν κολάζειν οὐ τοῦ παρεληλυθότος ἕνεκα ἀδικήματος τιμωρεῖται — οὐ γὰρ ἂν τό γε πραχθὲν ἀγένητον θείη — ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος χάριν, ἵνα μὴ αὖθις ἀδικήσῃ μήτε αὐτὸς οὗτος μήτε ἄλλος ὁ τοῦτον ἰδὼν κολασθέντα. καὶ τοιαύτην διάνοιαν ἔχων διανοεῖται παιδευτὴν εἶναι ἀρετήν· ἀποτροπῆς γοῦν ἕνεκα κολάζει. ταύτην
C οὖν τὴν δόξαν πάντες ἔχουσιν, ὅσοιπερ τιμωροῦνται καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. τιμωροῦνται δὲ καὶ κολάζονται οἵ τε

P. 324. *ἔνθα δὴ πᾶς π. θ.*] Sic Bodl. Vat. pro vulg. *ἔνθεν δὴ π.* Deinde Stob. in Floril. T. 46. 92 verba *οὐδεὶς γαρ κολάζει — ἰδὼν καλασθέντα* afferens pro *πρὸς τούτῳ* habet *πρὸς τοῦτο τὸν νοῦν ἔχων*, quod iniuria probat Ast.

B. *ἵνα μὴ αὖθις ἀδ.*] Bodl. Vat. *ἵνα* post *ἀδικήσῃ* iterant, quam lectionem Orellius suspicatus est ex *τινὰ* ortam esse; bene. Dein iidem libri *κολάζειν. ταύτην* pro *κολάζει. ταύτην.*

P. 324. *εἰ γὰρ ἐθέλεις — διδάξει*] Futurum post *εἰ ἐθέλεις* illatum etiam infra p. 342 D: *εἰ γὰρ ἐθέλει τις —, εὑρήσει αὐτὸν φ. τ. φαινόμενον.* v. ad Phaedon, p. 68 C. — *τί ποτε δύναται*, quam tandem vim habeat. *Stallb.*

αὐτό σε διδάξει] per se ipsum i. e. ut nulla alia re opus sit, v. ad p. 320 D. Infra p. 329 B *ὡς αὐτὸ δηλοῖ.* al. De sententia v. Senec. de ira I. 16, 21: 'Nam, ut *Plato* ait, nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur; revocari enim praeterita non possunt, futura prohibentur, et quos volet nequitiae male cedentis exempla fieri, palam occidet . . ut alios pereundo deterreant.' De eodem argumento Plato in Gorg. p. 525 uberius explicat. Ceteri Graeci quid de poena senserint, vis vocis *ἀκόλαστος* haud dubie significat.

οἵ γε ἄνθρωποι] int. *οἱ μετὰ λόγου ἐπιχειροῦντες κολάζειν*, quibus oppositus est *ὅστις ὥσπερ θηρίον ἀλογίστως τιμωρεῖται* (ulciscitur). Non igitur omnes homines intelligit, sed qui ratione qua praediti sunt, utuntur, ut in Menandri sententia: *ὡς χαρίεν ἔστ' ἄνθρωπος, ὅταν ἄνθρωπος ᾖ.*

C. *τιμωροῦνται δὲ καὶ κολάζονται*] Aristotel. Rhetor. I, 10, 17: *διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις· ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκά ἐστιν, ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος, ἵνα ἀποπληρωθῇ.* Rarior autem est hic usus verbi *κολάζεσθαι* pro *κολάζειν*. Heindorf. contulit Aristoph. Vesp. 405: *νῦν ἐκεῖνο τοὐξύθυμον, ᾧ κολαζόμεσθα, κέντρον ἐντέτατ' ὀξύ*, cui Stallb. addit Plat. Menex. p. 240 D: *κολασάμενοι τὴν ὑπερηφανείαν.* Et qui his locis discrimen inter

ἄλλοι ἄνθρωποι οὓς ἂν οἴωνται ἀδικεῖν, καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναῖοι, οἱ σοὶ πολῖται· ὥστε κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ Ἀθηναῖοί εἰσι τῶν ἡγουμένων παρασκευαστὸν εἶναι καὶ διδακτὸν ἀρετήν. Ὡς μὲν οὖν εἰκότως ἀποδέχονται οἱ σοὶ πολῖται καὶ χαλκέως καὶ σκυτοτόμου συμβουλεύοντος τὰ πολιτικά, καὶ ὅτι διδακτὸν καὶ παρα- D σκευαστὸν ἡγοῦνται ἀρετήν, ἀποδέδεικταί σοι, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς, ὥς γ' ἐμοὶ φαίνεται.

Cap. XIV. Ἔτι δὴ λοιπὴ ἡ ἀπορία ἐστίν, ἣν ἀπορεῖς περὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν, τί δήποτε οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοὶ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς αὑτῶν υἱεῖς διδάσκουσιν ἃ διδασκάλων ἔχεται καὶ σοφοὺς ποιοῦσιν, ἣν δὲ αὐτοὶ ἀρετὴν ἀγαθοί, οὐδενὸς βελτίους ποιοῦσι. τούτου δὴ πέρι, ὦ Σώκρατες, οὐκέτι μῦθόν σοι ἐρῶ, ἀλλὰ λόγον. ὧδε γὰρ ἐννόη-

D. ὥς γ' ἐμοὶ φαίνεται] Sic plurimi libri pro vulg. ὥς γέ μοι φ.

Cap. XIV. λοιπὴ ἡ ἀπορία] Sic de Heindorfii coniectura scripsimus cui etiam Lobeck. Paralip. I. p. 512 tacite assensus est. Libri omnes λοιπὴ ἀπορία. Sed articulus ἡ, qui post λοιπή facile intercidere potuit, opus videtur esse, v. ann.

κολάζεσθαι et κολάζειν statuunt, ut illo castigantis studium significetur, ii subtilius quam verius iudicant. Protagorae quidem argumentandi vis in eo posita est idque pro concesso sumit, qui cum ratione castiget, eum non ad ultionem, sed ad emendationem eius qui deliquerit, spectare. Nullo igitur sententiae discrimine a Protagora bis positum est κολάζει, semel κολάζονται, et hoc quidem propter praecedens τιμωροῦνται.

ἀποδέχονται — συμβουλεύοντος] Infra p. 339 D: οὔ φησιν ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ λέγοντος, Isocr. or. 21, 18: εἰ ἀποδέξεσθε τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. v. de Leg. p. 634 C. ibique Stallb.

Cap. XIV. D. λοιπὴ ἡ ἀπορία —] restat dubitatio tua de viris bonis, quare etc. Respicit Protagoras Socratis dubitationem illam p. 319 E propositam eamque nunc discussurus est.

διδάσκουσιν ἃ διδασκ.] institui et erudiri iubent. Usitatius hoc in genere est verbum medium. Et mox ipse Protagoras; τὰ μὲν ἄλλα διδάσκονται τοὺς υἱεῖς, et ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδάσκονται. Sed activo nunc utitur, ut supra p. 320 A: Περικλῆς, ὁ τουτωνὶ τῶν νεανίσκων πατήρ, τούτους, ἃ μὲν διδασκάλων εἴχετο, καλῶς καὶ εὖ ἐπαίδευσεν. Ibid. καταθέμενος ἐν Ἀρίφρονος ἐπαίδευε. Men. p. 94 A, ubi p. 93 D dictum αὑτὸν ἐπαιδεύσατο, prorsus eadem verbi significatione. v. Kuster ad Aristoph. Nub. v. 128. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 4 sq. Matth. ad Eurip. Med. v. 299. — ἣν δὲ αὐτοὶ ἀρ. ἀγ., sc. εἰσί. Rarior ellipsis ratio. v. Schaefer. Melett. p. 43 sq. *Stallb.*

οὐκέτι μῦθον] Iam alter locus orationis ita modo in fabula Protagorae haeret, quia sophista virtutem a Iove profectam esse eiusque iussu ab omnibus exerceri dixit. Hinc vero solum argumentis ex ipsa re ductis se usurum esse profitetur. Ac primum sic argumentatur: Si unum

σου. Πότερον ἔστι τι ἕν, ἢ οὐκ ἔστιν, οὗ ἀναγκαῖον πάντας
E τοὺς πολίτας μετέχειν, εἴπερ μέλλει πόλις εἶναι; ἐν τούτῳ γὰρ αὕτη λύεται ἡ ἀπορία, ἣν σὺ ἀπορεῖς, ἢ ἄλλοθι οὐδαμοῦ. εἰ μὲν γὰρ ἔστι, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἓν οὐ τεκτονική, οὐδὲ χαλκεία, οὐδὲ κεραμεία, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ
325 τὸ ὅσιον εἶναι, καὶ συλλήβδην ἓν αὐτὸ προσαγορεύω εἶναι ἀνδρὸς ἀρετήν· εἰ τοῦτ' ἐστὶν οὗ δεῖ πάντας μετέχειν καὶ μετὰ τούτου πάντ' ἄνδρα, ἐάν τι καὶ ἄλλο βούληται μανθάνειν ἢ πράττειν, οὕτω πράττειν, ἄνευ δὲ τούτου μή, ἢ τὸν μὴ μετέχοντα καὶ διδάσκειν καὶ κολάζειν καὶ παῖδα καὶ ἄνδρα καὶ γυναῖκα, ἕωσπερ ἂν κολαζόμενος βελτίων γένηται, ὃς δ' ἂν μὴ ὑπακούῃ κολαζόμενος καὶ διδασκόμε-
B νος, ὡς ἀνίατον ὄντα τοῦτον ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων ἢ ἀποκτείνειν· εἰ οὕτω μὲν ἔχει, οὕτω δ' αὐτοῦ πεφυκότος οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες εἰ τὰ μὲν ἄλλα διδάσκονται τοὺς υἱεῖς,

E. *εἴπερ μέλλει πόλις εἶναι*] Ald. Bas. I cum aliquot codd. mss. *πολίτης εἶναι*. Flor. b. in marg. *πόλις τις εἶναι.*, unde lectionis illius origo apparet. v. p. 326 E.

P. 325. B. *οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες εἰ τὰ μὲν ἄλλα*] In his Heusdius *εἰ* delendum censuit.

aliquid est, cuius omnes cives debent participes esse, idque in iustitia et virtute consistit, quam omnes homines doctrina et institutione parari posse existimant (c. XIII.), efficitur, ut isti viri boni, qui filiis virtutem non tradant, ratione agant satis mira. Deinde (c. XV) docet, iis ipsis id praecipuae esse curae, ut filios ad virtutem adducant, denique explicat, cur haec patrum cura saepe prospero eventu careat.

P. 325. *καὶ συλλήβδην — ἀνδρὸς ἀρετήν*] denique uno nomine illud appello hominis virtutem. De addito *εἶναι* v. ad p. 311 E.

εἰ τοῦτ' ἐστὶν οὗ δεῖ —] si, inquam, hoc est etc. Nam denuo filum orationis redorditur. Mox iterum post longiorem verborum ambitum: *εἰ οὕτω μὲν ἔχει κτέ.*, si *igitur* res ita se habet. In his *οὗ δεῖ κτέ.* a relativo transit ad demonstrativum *μετὰ τούτου*. Nam proprie pergere debebat: *καὶ μεθ' οὗ*. Sed prorsus eodem modo Phileb. p. 12 B: *ἣν ὅδε Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαί φησι, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα Ἡδονὴν εἶναι.* et alibi sexcenties. Itaque nihil habet offensionis quod mox adduntur haec: *ἢ τὸν μὴ μετέχοντα — κολάζειν*, ad quae apparet mente repetendum esse verbum *δεῖ*. Deinde verbo *οὕτω* ante *πράττειν* quasi iteratur praecedens illud *μετὰ τούτου*. *Stallb.*

καὶ παῖδα καὶ ἄνδ. κ. γυναῖκα] Quum de coercitione agatur, ratio non obscura est, cur puer primo loco, ultimo femina posita sit, v. ad p. 314 A.

B. *οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες εἰ τὰ μὲν ἄλλα* —] Non video repetitum hoc *εἰ* quid molestiae afferat. Neque haereo in voculae collocatione. Nam istud *οἱ ἀγαθοί* cum vi dicitur ideoque tum primum locum in hac verborum comprehensione occupat, tum iteratur in periodi clausula. *Stallb.*

τοῦτο δὲ μή, σκέψαι, ὡς θαυμασίως γίγνονται οἱ ἀγαθοί. ὅτι μὲν γὰρ διδακτὸν αὐτὸ ἡγοῦνται καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἀπεδείξαμεν· διδακτοῦ δὲ ὄντος καὶ θεραπευτοῦ, τὰ μὲν ἄλλα ἄρα τοὺς υἱεῖς διδάσκονται, ἐφ' οἷς οὐκ ἔστι θάνατος ἡ ζημία, ἐὰν μὴ ἐπιστῶνται, ἐφ' ὧν δὲ ἥ τε ζημία θάνατος αὐτῶν τοῖς παισὶ καὶ φυγαὶ μὴ μαθοῦσι μηδὲ θερα- C πευθεῖσιν εἰς ἀρετήν, καὶ πρὸς τῷ θανάτῳ χρημάτων τε δημεύσεις καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ξυλλήβδην τῶν οἴκων ἀνα-

θάνατος ἡ ζημία] Bodl. Vind. Venet. S. Ambros. θ. ἢ ζημία. Male; v. annot. Dein libri omnes ἐφ' ὧν δέ, pro quo Stallbaum et rec. editor. de Heindorfia coniectura scrips. ἐφ' ᾧ δὲ. Sauppius vero nunc librorum scripturam vindicavit, cf. Stud. philol. p. 849 sq. Pro ἐπιστῶνται, quod exhibet Venet. Σ., vulgo ἐπίστωνται legitur. — Coislin. ἥ γε ζημία. v. annot.

ὡς θαυμασίως γίγνονται] 'vide, quam mire isti boni se habeant vel, quam mira istorum bonorum ratio evadat', videlicet ex hoc tuo iudicio. Adverbium θαυμασίως Schleiermacher. in θαυμάσιοι mutandum censuit eique nos etiam nuper assensi sumus. Fortasse tamen tolerari potest. Sauppius ad id defendendum hos locos attulit: Plutarch. mor. 127 A: ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες καὶ εἰσαύριον ἡδέως γίγνονται. 686 B: τοὺς παρὰ Πλ. δειπνήσαντας καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίγνεσθαι. Conf. O. Schneider ad Isocr. Panegyr. §. 5.

ἐφ' ὧν] Protagoras, ut vulgarem loquendi modum sequeretur, dicere debuit ἐφ' οἷς, v. Lys. or. 22, 5: πεποίηκε παρὰ τοὺς νόμους, ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία. Aeschin. or. 3, 250: ἐφ' οἷς ἐστιν ἐκ τῶν νόμων ζημία θάνατος. Sed quum ἐφ' οἷς bis deinceps positum sophistae molestum videretur, orationis variandae gratia, quod minus usitatum sed non minus graecum erat, dicere maluit. Conf. Isocr. or. 15, 20: καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων πραγμάτων ἐλεημονεστάτους ὁμολογεῖσθαι εἶναι .. ἐπὶ δὲ τοῖς ἀγῶσι τοῖς ἐνθάδε γιγνομένοις τἀναντία τῇ δόξῃ φαίνεσθαι πράττοντας; cf. supra p. 318 A et ad p. 324 C.

ἥ τε ζημία θάνατος — καὶ πρὸς τῷ θαν.] Vocula τε aptius collocata esset post θανατος, sed ista ἡ ζημία θάνατος, si sensum spectas, unam sane notionem efficiunt. Quamobrem τε primo adhaerescit vocabulo. Ceterum mirandum non est, quod in hac similibusqae locutionibus v. ζημία articulum praefixum habet. Significatur enim poena legibus constituta. Demosth. or. 19. 127: τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι κελεύει. Ibid. §. 331: ὃς θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι. Ibid. §. 286. al. *Stallb.*

καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν συλλήβδην—] 'et, ut uno verbo comprehendam, domorum eversiones'; ut Antiphontis domus eversa totumque genus infamatum est, v. de decem orat. I. p. 834. Non igitur Protagoras h. l. verbis ὡς (ἔπος) εἰπεῖν, de quibus v. p. 317 A, vim vocis ἀνατροπαί ut veritatem excedentis lenit, cf. de Leg. p. 728 A: πᾶς γὰρ ὅ τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος· ὡς δὲ εἰπεῖν συλλήβδην, ὃς ἅπερ ἂν νομοθέτης .. τάττῃ .. μὴ ἐθέλῃ ἐπιτηδεύειν .. οὐκ οἶδε .. ψυχὴν κακοσχημονέστατα διατιθείς.

τροπαί, ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδάσκονται, οὐδ' ἐπιμελοῦνται πᾶσαν ἐπιμέλειαν; Οἴεσθαί γε χρή, ὦ Σώκρατες.

Cap. XV. Ἐκ παίδων σμικρῶν ἀρξάμενοι μέχρι οὗπερ ἂν ζῶσι καὶ διδάσκουσι καὶ νουθετοῦσιν. ἐπειδὰν θᾶττον συνιῇ τις τὰ λεγόμενα, καὶ τροφὸς καὶ μήτηρ καὶ παιδαγωγὸς καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ περὶ τούτου διαμάχονται,
D ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσται ὁ παῖς, παρ' ἕκαστον καὶ ἔργον

Cap. XV. C. μέχρι οὗπερ ἂν ζ.] Sic codd. fere omnes. Vulgo μέχρις οὗπερ, sed μέχρις a Platonis usu videtur abhorruisse, v. Stallb. ad Sympos. c. XXIX. in. Aliter statuunt Lobeck. ad Phryn. p. 14. Krüger. ad Dionys. Hal. Hist. p. 108., qui tamen variarum lectionum apud Platonem rationem non subduxerunt.

θᾶττον συνιῇ τις] Sic Vat. pro vulg. συνίῃ. Bodl. accentu caret. v. Buttman. Gr. Ampl. T. I. p. 543. Krüger. Gr. 38. 1, 5.

D. ὅπως ὡς βέλτ.] Recent. editiones inde ab Hermanniana cum Bodl. Vind. Vat. Θ. r. ὡς omittunt. Male.

C. ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδ.] Prorsus eodem modo post ἄρα infertur δ' ἄρα Criton. p. 50 E: ἢ πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον —' πρὸς δὲ τὴν πατρίδα ἄρα καὶ τοὺς νόμους ἐξέσται σοι; De Republ. X. p. 600 D: ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα . . καὶ Πρόδικος . . φιλοῦνται, Ὅμηρον δ' ἄρα . . ῥαψῳδεῖν ἂν . . εἴων; Usurpatur haec ratio cum vi quadam et gravitate in conclusione a minore ad maius, quam dialectici vocant, quum id, quod secundo loco commemoratur, propter rei antea memoratae conditionem absurdum et ineptum videri significatur. Similia notavimus ad Apolog. Socr. p. 34 C. De repetito δέ v. Buttmann. ad Demosth. Midian. p. 155. *Stallb.*

Οἴεσθαί γε χρή] Saepe Plato hac formula usus est, ut Phaedon. p. 68 B. Criton. p. 53 C. 54 B.

Cap. XV. Est hoc caput admodum notabile, quippe ex quo puerorum educatio et institutio, quae apud Athenienses illa aetate vigebat, optime cognosci possit. Conf. Creuzer. Orat. de civitate Athenar. p. 21 et 57. L. Wiese, viri illustrissimi, commentat. quae inscripta est: In optima Platonis civitate qualis sit puerorum institutio (Premislav. 1834. 4) p. 8 sqq. Becker Charicl. I, 19—66. Cramer Histor. Educat. et Institut. I. p. 280 sqq.

Ἐκ παίδων σμικρῶν —] Protagoras ipse dicere solebat: φύσεως καὶ ἀσκήσεως διδασκαλία δεῖται, καὶ ἀπὸ νεότητος δὲ ἀρξαμένους δεῖ μανθάνειν. Cramer Anecd. Par. I. p. 171.

μέχρι οὗπερ ἂν ζῶσι] int. οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. De rep. 471 B: μέχρι τούτου ποιήσονται τὴν διαφοράν, μέχρι οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσι.. δοῦναι δίκην. De re optime Plato ipse de L. p. 729 C: παιδεία νέων διαφέρουσά ἐστιν οὐ τὸ νουθετεῖν, ἀλλ' ἅπερ ἂν ἄλλον νουθετῶν εἴποι τις, φαίνεσθαι ταῦτα αὐτὸν δρῶντα διὰ βίου.

ἐπειδὰν θᾶττον —] Imitatus est hunc locum conscriptor libri De rep. Lacedaemon. II. 1: ἐπειδὰν τάχιστα οἱ παῖδες τὰ λεγόμενα ξυνιῶσιν, εὐθὺς μὲν ἐπ' αὐτοῖς παιδαγωγοὺς θεράποντας ἐφιστᾶσιν, εὐθὺς δὲ πέμπουσιν εἰς διδασκάλων μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ.

D. ὅπως ὡς βέλτιστος —] Opus est ὡς, quod in filiis educandis nemo sanus eo spectat, ut omnes alios virtute superent, quae res apud veteres, ut Aristides

καὶ λόγον διδάσκοντες καὶ ἐνδεικνύμενοι, ὅτι τὸ μὲν δίκαιον, τὸ δὲ ἄδικον, καὶ τόδε μὲν καλόν, τόδε δὲ αἰσχρόν, καὶ τόδε μὲν ὅσιον, τόδε δὲ ἀνόσιον, καὶ τὰ μὲν ποίει, τὰ δὲ μὴ ποίει. καὶ ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται· εἰ δὲ μή, ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον εὐθύνουσιν ἀπειλαῖς καὶ πληγαῖς. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς διδασκάλων πέμποντες πολὺ μᾶλλον ἐντέλλονται ἐπιμελεῖσθαι εὐκοσμίας τῶν παίδων ἢ γραμμάτων τε καὶ κιθαρίσεως. οἱ δὲ διδάσκαλοι E *τούτων τε ἐπιμελοῦνται, καὶ ἐπειδὰν αὖ γράμματα μάθωσι καὶ μέλλωσι συνήσειν τὰ γεγραμμένα, ὥσπερ τότε τὴν φωνήν, παρατιθέασιν αὐτοῖς ἐπὶ τῶν βάθρων ἀναγιγνώ-*

τὰ μὲν ποίει, τὰ δὲ μή] Sic Bodl. et Vat. unde Bekker. assumpsit probantibus ceteris editor. praeter Stallb. qui vulg. *τάδε μὲν — τάδε δὲ* servavit.

sensit, ne periculo quidem vacua erat, sed ut quam optimi fiant et quantum per eorum indolem licet, virtute ornentur. Vel Persarum rex eunuchos, quibus corpus filii ab ortu recentis curandum tradebat, iussit *μηχανᾶσθαι, ὅπως ὅτι κάλλιστος ἔσται* (Alcib. I. p. 121 D). Conf. Euripid. Med. v. 289: *χρὴ δ' οὔποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ Παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.*

ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται] Intell. *εὖ ἔχει*, frequenti ellipsi. v. Gregor. Corinth. de Dialect. p. 47 sqq. et supra p. 311 D.

Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς διδ. πέμπ.] Omnis liberorum institutio quum in arbitrio parentum posita esset, ut nec quando pueri nec cui in disciplinam tradendi essent, publice praescriberetur, coniectura id perspici potest, quod Protagoras ipse paulo post dicit, puerum alium alio aetatis anno scholam frequentare coepisse; p. 326 C: *οἱ τούτων υἱεῖς πρωιαίτατα εἰς διδασκάλων τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι φοιτᾶν ὀψιαίτατα ἀπαλλάττονται.* Sed quoto aetatis anno rectissime id fieret, de ea re iam inter veteres magna erat dissensio. Plerique viri docti pueros septem annis minores litteris instituendos non putaverunt, quia illa demum aetas et intellectum disciplinarum capere et laborem pati posset, v. Quintil. Inst. Orat. I. 1, 15. Platoni vero ne ea quidem aetas animi excolendi studio matura visa est; quin ille pueros ad decimum usque aetatis annum ad corporis tantum exercitationes artesque incumbere voluit, ut decennales demum in scribendo et legendo exercerentur, v. de Leg. p. 809 E. — Publica cura eo tantum spectavit, ne quid in scholis contra honestatem fieret, v. Aeschin. or. 1, 9 sqq. Plat. de Leg. p. 804 E. Xenoph. Cyrop. 1. 2, 2. al.

ἐπειδὰν γράμματα μάθωσι] int. *γράψαι τε καὶ ἀναγνῶναι* (de Leg. p. 810 B). Solo ap. Lucian. Anach. 21: *γράμματα γράψασθαι καὶ τορῶς αὐτὰ ἐπιλέξασθαι διδάσκομεν.* — *ὥσπερ τότε.* quem admodum antea, v. Phaedr. p. 271 E. Gorg. p. 488 C. al.

ἐπὶ τῶν βάθρων] *βάθρα* sunt subsellia scholastica, v. ad p. 315 C. Commentarii instar est locus Legg. p. 810 E: *λέγω μέν, ὅτι ποιηταί τε ἡμῖν εἰσί τινες ἐπῶν ἑξαμέτρων πάμπολλοι καὶ τριμέτρων καὶ πάντων δὴ τῶν λεγομένων μέτρων, οἱ μὲν ἐπὶ σπουδήν, οἱ δὲ ἐπὶ γέλωτα ὡρμηκότες, ἐν οἷς φασι δεῖν — τοὺς ὀρθῶς παιδευομένους τῶν νέων τρέφειν καὶ διακορεῖς ποι-*

σκειν ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα καὶ ἐκμανθάνειν ἀναγ-
326 κάζουσιν, ἐν οἷς πολλαὶ μὲν νουθετήσεις ἔνεισι, πολλαὶ δὲ διέξοδοι καὶ ἔπαινοι καὶ ἐγκώμια παλαιῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ἵνα ὁ παῖς ζηλῶν μιμῆται καὶ ὀρέγηται τοιοῦτος γενέσθαι. οἵ τ' αὖ κιθαρισταὶ ἕτερα τοιαῦτα σωφροσύνης τε ἐπιμελοῦνται καὶ ὅπως ἂν οἱ νέοι μηδὲν κακουργῶσι. πρὸς δὲ τούτοις, ἐπειδὰν κιθαρίζειν μάθωσιν, ἄλλων αὖ ποιητῶν
B ἀγαθῶν ποιήματα διδάσκουσι, μελοποιῶν, εἰς τὰ κιθαρί-

εἰν, πολυηκόους τ' ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι ποιοῦντας καὶ πολυμαθεῖς, ὅλους ποιητὰς ἐκμανθάνοντας· οἱ δὲ ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλέξαντες καί τινας ὅλας ῥήσεις εἰς ταὐτὸ ξυναγαγόντες ἐκμανθάνειν φασὶ δεῖν εἰς μνήμην τιθεμένους, εἰ μέλλει τις ἀγαθὸς ἡμῖν καὶ σοφὸς ἐκ πολυπειρίας καὶ πολυμαθίας γενέσθαι. *Stallb.*

ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα] Phaedr. p. 278 C: Ὁμήρῳ καὶ εἴ τις ἄλλος αὖ ποίησιν ψιλὴν συντέθεικε. Grammatistae enim carmina musicis modis carentià tradiderunt, quibus in proximis lyrica opponuntur; v. de Leg. p. 810 B, ac plerique, ut par erat, Homeri maxime carmina tractabant, etsi erant qui illa ut nimis prisca fastidirent. Plutarch. Alcib. VII: ἐπέστη (Ἀλκιβιάδης) γραμματοδιδασκάλῳ καὶ βιβλίον ἤτησεν Ὁμηρικόν· εἰπόντος δὲ τοῦ διδασκάλου, μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου, κονδύλῳ καθικόμενος αὐτοῦ, παρῆλθεν. Ἑτέρου δὲ φήσαντος, ἔχειν Ὅμηρον ὑφ' αὑτοῦ διωρθωμένον· Εἶτ', ἔφη, γράμματα διδάσκεις . . καὶ οὐχὶ τοὺς νέους παιδεύεις. Praeter Homerum Hesiodus et Theognis in scholis usui erant, de illo v. Aeschin. or. 3, 73, de hoc Welcker Theogn. p. 72. Isocrat. 2, 43.

ἐκμανθάνειν] int. in scholis ipsis. Ratio qua in hac re usi sunt grammatistae memoratur Euthyd. p. 276 C: τί δέ, ὦ Κλεινία, ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα, οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς;

P. 326. *πολλαὶ δὲ διέξοδοι* —] *Διεξελθεῖν τῷ λόγῳ* est oratione persequi: quod saepenumero copiosae narrationis habet significationem. Itaque διέξοδοι sunt narrationes de virtutibus laudibusque virorum clarorum et illustrium. *Stallb.*

οἵ τ' αὖ κιθαρισταί —] De citharistarum munere et officio deque musica ab ingenuis adolescentibus mature discenda et exercenda v. Legg. p. 812 A. sqq. de Republ. III. p. 398 sqq. Aristotel. Polit. VIII. 5. Plutarch. de Music. T. V. P. II. p. 662 ed. Wyttenb. Aristoph. Nub. v. 966: εἶτ' αὖ (ὁ κιθαριστής) προμαθεῖν ᾆσμ' ἐδίδασκεν τὼ μηρὼ μὴ ξυνέχοντας, Ἢ Παλλάδα περσέπολιν δεινάν, ἢ Τηλέπορόν τι βόαμα, Ἐντειναμένους τὴν ἁρμονίαν, ἣν οἱ πατέρες παρέδωκαν. *Stallb.* Plato pueros tredecim annos natos ad musicam accedere et per tres deinceps annos fidibus discere vult de Leg. p. 809 E.

ἕτερα τοιαῦτα] tali itidem modo, v. ad p. 318 A et infra p. 344 D: καὶ γεωργὸν — ἀμήχανον ἂν θείη καὶ ἰατρὸν ταὐτὰ ταῦτα. *Stallb.*

οἱ νέοι] Aristot. Pol. VIII. 6: ἡ μὲν οὖν Ἀρχύτου πλαταγή ἐστι τοῖς νηπίοις ἁρμόττουσα τῶν παιδιῶν, ἡ δὲ παιδεία πλαταγὴ τοῖς μείζοσι τῶν νέων.

εἰς τὰ κιθαρίσματα ἐντείνοντες] citharoedicis modis includentes. Nam τόνος quum et ad vocum fidiumve cantum pertineat et ad versuum mensuram s.

σματα ἐντείνοντες, καὶ τοὺς ῥυθμούς τε καὶ τὰς ἁρμονίας ἀναγκάζουσιν οἰκειοῦσθαι ταῖς ψυχαῖς τῶν παίδων, ἵνα ἡμερώτεροί τε ὦσι, καὶ εὐρυθμότεροι καὶ εὐαρμοστότεροι γιγνόμενοι χρήσιμοι ὦσιν εἰς τὸ λέγειν τε καὶ πράττειν· πᾶς γὰρ ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου εὐρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δεῖται. ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις εἰς παιδοτρίβου πέμπουσιν, ἵνα τὰ σώματα βελτίω ἔχοντες ὑπηρετῶσι τῇ διανοίᾳ χρηστῇ οὔσῃ, καὶ μὴ ἀναγκάζωνται ἀποδειλιᾶν διὰ C τὴν πονηρίαν τῶν σωμάτων καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν

P. 326. B. ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις] Paris. E. et Flor. b. πρὸς τούτοις omittunt, probante Bekkero.

metrum, ἐντείνειν τι est aliquid vel musicis modis vel versu includere; hac significatione positum est Phaedon. p. 60 D: περὶ τῶν ποιημάτων ὧν πεποίηκας, ἐντείνας (sc. εἰς ἔπος s. εἰς μέτρον) τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους.. ἄλλοι τινές με ἤροντο.

ἀναγκάζουσιν οἰκειοῦσθαι ταῖς ψυχ.] Disciplinas honestas puerorum animis fletu impressas esse tradit Xenoph. Cyrop. II. 2, 14: κλαύμασι διδάσκαλοι παισὶν ἀγαθὰ μαθήματα μηχανῶνται, conf. Aristot. Pol. VIII. 5: οὐ παίζουσι μανθάνοντες· μετὰ λυπῆς γὰρ ἡ μάθησις. De sententia idem eodem capite extr. πολλοί φασι τῶν σοφῶν οἱ μὲν ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχήν, οἱ δ' ἔχειν ἁρμονίαν.

B. ἵνα ἡμερώτεροί τε ὦσι, καὶ εὐρ.] Quam praeclare veteres de vi et efficacia musices senserint, quum multi loci aliorum scriptorum testantur, tum Platonis verba de Republ. III. p. 401 D. E, ubi inter alia: καταδύεται, inquit, εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς ὅ τε ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία, καὶ ἐρρωμενέστατα ἅπτεται αὐτῆς φέροντα τὴν εὐσχημοσύνην, καὶ ποιεῖ εὐσχήμονα, ἐάν τις ὀρθῶς τραφῇ. *Stallb.*

πᾶς γὰρ ὁ βίος —] Aristides Quintil. de Music. I. p. 2: πᾶσα ἡλικία καὶ σύμπας βίος, ἅπασα δὲ πρᾶξις μουσικῇ μόνῃ τελέως ἂν κατακοσμηθείη. Cicero de Offic. I, 40: Sicut in fidibus aut in tibiis, — sic videndum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior et melior actionum quam sonorum concentus est. *Stallb.*

ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις] Aristoph. Plut. v. 1002: καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπε. De simili sermonis ubertate v. Lobeck. ad Phrynich. p. 754.

εἰς παιδοτρίβου πέμπ.] Pueri enim, postquam litterarum et artis musicae initia perceperant, paedotribarum disciplinae tradebantur, a quibus in palaestris artem gymnasticam docerentur. Plat. De Republ. III. p. 403 C: μετὰ δὴ μουσικὴν γυμναστικῇ θρεπτέοι οἱ νεανίαι. Alcibiad. I. p. 106 E Socrates ad Alcibiadem: ἔμαθες γὰρ σύ γε, κατὰ μνήμην ἐμήν, γράμματα καὶ κιθαρίζειν καὶ παλαίειν. Legg. VII. p. 813 A sqq. Crit. p. 50 D. Aristoph. Nubb. v. 973 item post citharistam mentionem magistri gymnastici facit. Ceterum Hesychius, Photius, alii, v. παιδοτρίβης per γυμναστής interpretantur. Haec fere *Stallb.* Dolendum est, quod Socrates hanc rem ut in vulgus notam leviter modo attigit apud Xenoph. Mem. III. 5, 22, ubi Pericli minori: οἶμαί σε, inquit, οὐδὲν ἧττον ἔχειν εἰπεῖν ὁπότε στρατηγεῖν ἢ ὁπότε παλαίειν ἤρξω μανθάνειν. Id vero dubium

ταῖς ἄλλαις πράξεσι. καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ μάλιστα δυνάμενοι μάλιστα· μάλιστα δὲ δύνανται οἱ πλουσιώτατοι, καὶ οἱ τούτων υἱεῖς πρωιαίτατα εἰς διδασκάλων τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι φοιτᾶν ὀψιαίτατα ἀπαλλάττονται. Ἐπειδὰν δὲ ἐκ διδασκάλων ἀπαλλαγῶσιν, ἡ πόλις αὖ τούς τε νόμους
D ἀναγκάζει μανθάνειν καὶ κατὰ τούτους ζῆν κατὰ παράδειγμα, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἐφ' αὑτῶν εἰκῇ πράττωσιν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ γραμματισταὶ τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων ὑπογράψαντες γραμμὰς τῇ γραφίδι οὕτω τὸ γραμματεῖον διδόασι καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν

C. οἱ μάλιστα δυν. μάλιστα] Libri οἱ (Bodl. οὐ) μάλιστα δυν. Alterum μάλιστα ex Heindorfii coniectura additum, qui recte: Quid, inquit, qui non possunt magis quam ceteri (μάλιστα), num facere negligunt prorsus? Hoc dicens Protagoras suam ipse argumentationem labefactasset.

κατὰ τούτους ζῆν κατὰ παράδειγμα] Elegans est coniectura Heindorfii: κατὰ τούτους ζῆν καθάπερ παράδειγμα, i. e. καθάπερ κατὰ παράδειγμα. Sed v. Hanow Exercitt. in Com. Graec. I. p. 140. Dobreus ad Aristoph. Plut. v. 314. Schaefer ad Lam. Bos. p. 782; cf. ann. ad p. 337 E.

D. τὸ γραμματεῖον διδόασι] V. γραμμάτιον, quod e Bodl. et Vat. Bekker. mutavit.

non videtur, quin pueri iisdem annis, quibus litteraturam et musicam docebantur, corporum etiam exercitationi in palaestra vacaverint. Eisdem autem artibus, quas a paedotriba didicerant, postea e pueris egressi in gymnasiis nullo docente operam dederunt.

C. πρωιαίτατα . . τῆς ἡλικίας] Poll. Onom. 1. 69: τὸ πρωιαίτατα καὶ ὀψιαίτατα οὐκ ἐπὶ ἡμέρας μέρους ἀλλ' ἐπὶ χρόνου λέγεται . . ὡς ἐπὶ τῶν τι πραττόντων πρὸ καιροῦ ἢ μετὰ καιρόν, πρωὶ τῆς ἡλικίας καὶ πρωιαίτερον καὶ πρωιαίτατα, ὀψὲ τῆς ἡλικίας, ὀψιαίτερον, ὀψιαίτατα, v. p. 310 C.

ἡ πόλις — ἀναγκάζει μανθάνειν] Apud Lacedaemonios quidem, quorum leges (ῥῆτραι) non scriptae essent, id factum est; sed de tali Atheniensium cura publica nihil, quod sciam, aliunde constat. Solo ipse apud Lucianum (Anachars. c. 22) Scythae illi hospiti dicit: ῥυθμίζομεν τὰς γνώμας (τῶν νέων), νόμους τε τοὺς κοινοὺς ἐκδιδάσκοντες, οἳ δημοσίᾳ πᾶσι πρόκεινται ἀναγιγνώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι. Andocid. or. I, 84: τοὺς κυρουμένους τῶν νόμων ἀναγράφειν εἰς τὸν τοῖχον . . σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ. Harpocrat. s. v. ὁ κάτωθεν νόμος. Poll. Onom. VIII. 128. Publice igitur illae leges propositae erant, ut disci possent; et discebantur, quia si cuius scientiam fugiebant, qui sui iuris esset, cum imperiti incommodo id factum est, v. Aeschin. or. 1, 18.

D. αὐτοὶ ἐφ' αὑτῶν εἰκῇ πρ.] ipsi per se, respicit Socratis verba αὐτοὶ περιιόντες νέμονται ὥσπερ ἄφετοι, ἐάν που αὐτόματοι περιτύχωσι τῇ ἀρετῇ p. 320 A. cf. p. 323 C.

ὑπογράψαντες γραμμάς] Hodie pueri ante quam singularum litterarum formae suis ac propriis ductibus lineatae iis imitandae proponuntur, variorum generum ductibus ac lineis formandis exercentur; talia lineamenta, quibus figurae litterarum

ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, ὣς δὲ καὶ ἡ πόλις νόμους ὑπογράψασα, ἀγαθῶν καὶ παλαιῶν νομοθετῶν εὑρήματα, κατὰ τούτους ἀναγκάζει καὶ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, ὃς δ' ἂν ἐκτὸς βαίνῃ τούτων, κολάζει· καὶ ὄνομα τῇ κολάσει ταύτῃ καὶ παρ' ὑμῖν καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ, ὡς εὐθυνούσης τῆς E δίκης, εὐθῦναι. Τοσαύτης οὖν τῆς ἐπιμελείας οὔσης περὶ ἀρετῆς ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, θαυμάζεις, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀπορεῖς, εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετή; Ἀλλ' οὐ χρὴ θαυμάζειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, εἰ μὴ διδακτόν.

Cap. XVI. Διὰ τί οὖν τῶν ἀγαθῶν πατέρων πολλοὶ υἱεῖς φαῦλοι γίγνονται; τοῦτο αὖ μάθε· οὐδὲν γὰρ θαυμαστόν, εἴπερ ἀληθῆ ἐγὼ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὅτι τούτου τοῦ πράγματος, τῆς ἀρετῆς, εἰ μέλλει πόλις εἶναι, 327 οὐδένα δεῖ ἰδιωτεύειν. Εἰ γὰρ δὴ ὃ λέγω οὕτως ἔχει —

E. τῆς δίκης, εὐθῦναι] Steph. εὐθύναι, pravo accentu. Bodl. εὐθύνη superscriptum habet, quod volebat restitutum Cornarius, recte adversante Heindorfio, qui pluralem numerum in formulis forensibus legitimum esse monuit ideoque non sine causa nunc positum.

praeformabantur, grammatistae praescripsisse videntur. Plerique interpretes γραμμάς intelligunt lineas eo consilio a magistris ductas, ut pueri directe s. ad lineam scriberent. Huic interpretationi obstant verba proxima γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, pro quibus dicendum fuisset γράφειν κατὰ γραμμήν vel ἐπὶ γραμμήν. Veteres varias rationes in scribendi arte tradenda secutos esse intelliges e Quintil. Inst. Or. lib. I. c. 1 Senec. epistol. 94. 51.

ὣς δὲ καὶ ἡ πόλις] — Ὣς pro οὕτως dictum ut p. 338 A: ὣς οὖν ποιήσετε. De rep. p. 530 D: ὡς πρὸς ἀστρονομίαν —, ὣς πρὸς ἐναρμόνιον φοράν. Thucyd. 3, 37: ὣς οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς ποιεῖν. v. Krüg. Gr. 25. 10, 11. Voculam δὲ in comparationibus sic positam copiose illustrant Heindorf. ad Phaedon. p. 72 C et Schaefer. Melett. Crit. Spec. I. p. 59.

ἐκτὸς βαίνῃ τούτων] De Leg. p. 697 B: τούτων ἂν ἐκτός τις βαίνῃ νομοθέτης. Ibid. p. 876 E: μή ποτε βαίνειν ἔξω τῆς δίκης. Eadem vi migrandi Plato posuit ἐκβαίνειν de rep. 338 E et ἐξέρχεσθαι de Leg. p. 644 B.

E. εὐθῦναι] correctiones. Tim. Lex. p. 125 interpretatur δίκαι κατὰ τῶν ἀρξάντων κακῶς, ubi v. Ruhnken. conf. Aristot. Pol. VI. 8 (1322 C. Bekk.): ἐπεὶ δὲ ἔνιαι τῶν ἀρχῶν . . διαχειρίζουσι πολλὰ τῶν κοινῶν, ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι τὴν ληψομένην λογισμὸν καὶ προσευθυνοῦσαν . . καλοῦσι δὲ τούτους οἱ μὲν εὐθύνους, οἱ δὲ λογιστάς, οἱ δὲ ἐξεταστάς, οἱ δὲ συνηγόρους.

Cap. XVI. τῶν ἀγαθῶν πατέρων — υἱεῖς φαῦλοι] Iam Homerus: παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται, οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους (Od. II. 276).

ἐν τοῖς ἔμπροσθεν] P. 323 A. — οὐδένα δεῖ ἰδιωτεύειν recte Heindorfius interpretatur: in ceteris quidem rebus alios esse δημιουργούς,

ἔχει δὲ μάλιστα πάντων οὕτως —, ἐνθυμήθητι ἄλλο τῶν ἐπιτηδευμάτων ὁτιοῦν καὶ μαθημάτων προελόμενος. εἰ μὴ οἷόν τ' ἦν πόλιν εἶναι, εἰ μὴ πάντες αὐληταὶ ἦμεν, ὁποῖός τις ἐδύνατο ἕκαστος, καὶ τοῦτο καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πᾶς πάντα καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐπέπληττε τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα, καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου, ὥσπερ νῦν τῶν δικαίων καὶ τῶν
B νομίμων οὐδεὶς φθονεῖ οὐδ' ἀποκρύπτεται ὥσπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων — λυσιτελεῖ γάρ, οἶμαι, ἡμῖν ἡ ἀλλήλων δικαιοσύνη καὶ ἀρετή· διὰ ταῦτα πᾶς παντὶ προθύμως λέγει καὶ διδάσκει καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα —

Cap. XVI. P. 327. καὶ τοῦτο καὶ ἰδίᾳ] καί ante ἰδίᾳ accessit e Bodl. Vat. Venetis, Florent. aliis. Mox pro ἐδίδασκε Bekkerus e solo Vatic. Θ διεδίδασκε dedit.

B. αὐλητὰς τοὺς υἱεῖς γίγνεσθαι] Vulgo γενέσθαι, quod ex plurimis optimisque libris mutatum.

alios ἰδιώτας; in iustitia nemini licere ἰδιώτῃ esse, sed unumquemque quasi δημιουργόν quendam esse oportere. Verba εἴπερ μέλλει πόλις εἶναι sic intelligas: siquidem civitas futura sit salva et incolumis; ut Criton. p. 50 B: ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε ἔτι ἐκείνην τὴν πόλιν εἶναι καὶ μὴ ἀνατετράφθαι. Proxima sic intelligas: Nam si, quod ego contendo, neminem debere virtutis minus gnarum aut imperitum esse, vere dictum est, ut est sane, rem tecum considera quovis alio studiorum et disciplinarum genere exempli causa adhibito. *Stallb.*

P. 327. ὁποῖός τις ἐδύνατο ἕκαστος] Intell. αὐλητὴς εἶναι.

καὶ ἐπέπληττε τὸν μὴ καλ.] Accusativus τὸν αὐλοῦντα e verbo ἐδίδασκε pendet, remotiore eo quidem, sed totius sententiae primario, et cum πάντα cohaeret. Rectissime enim Stallbaumius: Poterat, inquit, simpliciter dici: πᾶς πάντα ἐδίδασκε τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα. Quod quidem in mente habens scriptor interiectum istud καὶ ἐπέπληττε non respicit, sed casum participii superiori illi πάντα accommodat, v. ad Phaedon. p. 94 D et ann. ad p. 313 B. Similiter mox verba ὥσπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων cohaerent cum remotioribus τῶν δικαίων — — οὐδεὶς φθονεῖ, perinde ac si οὐδ' ἀποκρύπτεται non esset interiectum. Veram esse hanc interpretationem docent etiam verba καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου, quae more loquendi pervulgato ad πᾶς πάντα ἐδίδασκε referuntur. P. 320 B: μὴ φθονήσῃς, ἀλλ' ἐπίδειξον. Lachet. p. 200 B: διδάξω καὶ σέ, καὶ οὐ φθονήσω. Sympos. p. 223 A: ἀλλ' ἔασον, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ μειρακίῳ ὑπ' ἐμοῦ ἐπαινεθῆναι. Tim. p. 23 D: φθόνος οὐδείς, — ἀλλὰ σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ κ. τ. λ. Men. p. 71 D: εἰπὸν καὶ μὴ φθονήσῃς. al. v. Bernhardy De Syntax. Gr. p. 351.

B. διδάσκει καὶ τὰ δίκαια] καί rectius abesset et ex syllaba finali verbi διδάσκει videtur manasse. Referuntur haec ad superiora νῦν τῶν δικαίων καὶ τῶν νομίμων οὐδεὶς φθονεῖ.

εἰ οὖν οὕτω καὶ ἐν αὐλήσει πᾶσαν προθυμίαν καὶ ἀφθονίαν εἴχομεν ἀλλήλους διδάσκειν, οἴει ἄν τι, ἔφη, μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, τῶν ἀγαθῶν αὐλητῶν ἀγαθοὺς αὐλητὰς τοὺς υἱεῖς γίγνεσθαι ἢ τῶν φαύλων; οἶμαι μὲν οὔ, ἀλλὰ ὅτου ἔτυχεν ὁ υἱὸς εὐφυέστατος γενόμενος εἰς αὔλησιν, οὗτος C ἂν ἐλλόγιμος ηὐξήθη, ὅτου δὲ ἀφυής, ἀκλεής· καὶ πολλάκις μὲν ἀγαθοῦ αὐλητοῦ φαῦλος ἂν ἀπέβη, πολλάκις δ' ἂν φαύλου ἀγαθός. ἀλλ' οὖν αὐληταί γ' ἂν πάντες ἦσαν ἱκανοὶ ὡς πρὸς τοὺς ἰδιώτας καὶ μηδὲν αὐλήσεως ἐπαΐοντας. οὕτως οἴου καὶ νῦν, ὅστις σοι ἀδικώτατος φαίνεται ἄνθρωπος τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων, δί-

C. ἀλλ' οὖν — γ' ἂν] Libri omnes ἀλλ' οὖν — γοῦν. Correxit Nattmann de Plat. Prot. p. 12.

οὕτως οἴου καὶ] Haec librorum scriptura a Sauppio mutata est in οὕτως ᾤου κἂν, sed. v. ann.

εἰ οὖν οὕτω —] Parenthesi absoluta revertitur oratio unde digressa erat: cuius rei indicium facit οὖν, ut Euthydem. p. 290 B. C. Apol. Socr. p. 29 D. p. 40 D. Sympos. p. 201 D. al. *Stallb.*

οἴει ἄν τι, ἔφη, μᾶλλον] Exspectabas μᾶλλόν τι. Sed v. Xenoph. Cyrop. I, 6, 11: οἴει τι, ἔφη, ἧττον τοῦτο εἶναι αἰσχρόν.

C. οὗτος ἂν ἐλλόγιμος ηὐξήθη] i. e. οὗτος ἂν ηὐξήθη ὥστε ἐλλόγ. γίγνεσθαι. Frequens est haec verborum αὔξειν, αἴρειν, τελεῖν, παιδεύειν, διδάσκειν, al. constructio, quam grammatici appellant prolepsin adiectivi. Demosthen. or. 2, 5: παρακρουόμενος μέγας νῦν ηὐξήθη. Plat. de Republ. VIII. p. 565 C: ἕνα τινὰ ἀεὶ δῆμος εἴωθε . . τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν. Aeschyl. Agam. v. 761: μέγαν τελεσθέντα ὄλβον. Eurip. Heraclid. v. 575: δίδασκε σοφούς, redde sapientes, de quo genere loquendi consulas imprimis Bentlei. Epist. ad Mill. p. 18. Valcken. Diatrib. p. 205. Ahlmeyer de prolepsi poetica. Paderborn 1827. Meyer commentatio de epithetorum ornant. vi et natura. Eutin. 1837. Aen. Koch. Luc. Char. p. 52 sqq. *Stallb.* Comparativo usus est Plato de Leg. p. 681 A: τῶν οἰκήσεων μειζόνων αὐξανομένων. Thucyd. IV. 171: τοὺς λόγους μακροτέρους οὐ μηκυνοῦμεν. — Deinde ad ἀκλεής per zeugma intelligendum ἐγένετο.

ἀλλ' οὖν αὐληταί γ' ἂν π.] Frequens ἀλλ' οὖν — γε. Sophist. p. 254 C: ἀλλ' οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα. Aeschin. or. 3, 11: ἀλλ' οὖν προβάλλεταί γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης. al. Deinde ὡς πρὸς τοὺς ἰδ. est: si cum rudibus comparentur. *Stallb.*

οὕτως οἴου καὶ νῦν] H. e. quemadmodum credis (v. p. 327 B: οἴει ἄν τι μᾶλλον κτἑ et οἶμαι μὲν οὔ), si civitas stare non posset, nisi omnes cives essent tibicines, artem tibia canendi nemini defuturam, ita nunc quoque existima, quum, ut vidimus, iustitiam in civibus omnibus inesse oporteat, qui tibi videatur iniustissimus, eum praeditum esse iustitia atque adeo, si cum agrestibus comparetur, antistitem quendam eius virtutis esse. Itaque in verbis δίκαιον αὐτὸν εἶναι partic. ἄν, quam excidisse quidam arbitrati sunt, per sententiae rationem ne ferri quidem potest.

ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις] Stallbaumius semper sibi molesta fuisse dicit verba καὶ ἀνθρώποις, sed egregie illustrantur Isocratis loco or. II. 2, in quo orator

καιον αὐτὸν εἶναι καὶ δημιουργὸν τούτου τοῦ πράγματος, D εἰ δέοι αὐτὸν κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρώπους, οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ μήτε δικαστήρια μήτε νόμοι, μηδὲ ἀνάγκη μηδεμία διὰ παντὸς ἀναγκάζουσα ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες, οἷοί περ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. ἦ σφόδρα ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος, ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι,

D. *μισάνθρωποι*] C. F. Heinrichius hanc Pherecratis fabulam eandem fuisse ac Chironem et chorum e Centauris constitisse ratus in commentat., quae inscripta est: Demonstratio et restitutio loci corrupti e Platon. Protagora (Kiliae 1813. 4), ἡμιάνθρωποι coniecit, pro quo leniore mutatione μιξάνθρωποι scribendum censuit Jacobs. Anthol. Palat. III. 2. p. 800. Quas coniecturas reiecit Meineke Fragm. Com. Graec. I. p. 71 sqq. prolato loco Themist. or. 26. p. 323 C.

causas, cur tyranni in virtute comparanda civibus sint inferiores, has profert: τοὺς ἰδιώτας ἐστὶ πολλὰ τὰ παιδεύοντα, μάλιστα μὲν τὸ μὴ τρυφᾶν . . ἔπειθ' οἱ νόμοι . . ἔτι δ' ἡ παρρησία καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῖς ἀλλήλων ἁμαρτίαις κτέ. Eiusmodi admonitiones et coercitiones nulla lege constitutae hic sunt intelligendae, quibus solivagus homo non magis quam tyrannus corrigitur.

D. *ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες.*—] H. e. ἀλλ' οἳ εἶεν ἄγριοί τινες, sed quos *fingamus* feros esse et agrestes. Sic enim hic optativus explicandus. v. ad Remp. VIII. p. 549 A. *Stallb.*

οἷοί περ οὓς πέρυσι Φερεκράτης] Quales erant in fabula quam superiore anno docuit Pherecrates in certamine Lenaico. Ita haec explicuit Casaubonus ad Athen. lib. V. p. 218 D, ubi quo tempore fabula acta sit, his verbis proditur: ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος h. e. Ol. 89, 4, v. praefat. p. 23 Paucis reliquiis exceptis et haec fabula et ceterae Pherecratis, qui in veteris comoediae poetis nobiissimis numeratus est et ἀττικώτατος dicitur Athenaeo p. 268 κ intmrciderunt. Notum est metrum Pherecrateum, quo invento ipse videtur gloriari ap. Hephaest. p. 101; v. schol. Arist. Nub. v. 563. Meineke Fragm. Com. Graec. I, 68; II, 283,

ἐπὶ Ληναίῳ] Aristoph. Acharn. v. 504: Αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών, ubi scholiastes: εἰς τὰ Λήναια καθῆκε τὸ δρᾶμα, v. Demosth. or. 21, 10. Agebantur autem Bacchi Lenaei dies festi ac solemnes summa hieme, mense Gamelione, ut docet Proclus ad Hesiod. Op. et D. v. 506: τῷ Γαμηλιῶνι, καθ' ὃν καὶ τὰ Λήναια παρ' Ἀθηναίοις. Ἴωνες δὲ τοῦτον (τὸν μῆνα) οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσι. De Lenaeorum origine et celebratione v. Aug. Mommsen Heortologia p. 332 sqq.

ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τ. χορ. μισάνθρωποι] int. ἐγένοντο ἐν τοῖς τοιούτοις h. e. ἀγρίοις ἀνθρώποις. Longissime a vero aberrat opinio eorum, qui ἀγρίους ac μισανθρώπους eosdem esse arbitrantur. Hi enim inter homines educati et sub legibus aequo iure cum ceteris vivere docti propter civium pravitatem hominum coetus urbesque reliquerant, illi ab omni animi cultu semper remoti vel pessimo cive multo erant peiores. Aristoph. Lysistr. v. 812: οὗτος ἄρ' ὁ Τίμων ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς, ubi schol.: ἐπιεικὴς ἦν καὶ ἔφευγε τοὺς πο-

ἀγαπήσαις ἄν, εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ, καὶ
ἀνολοφύραι' ἂν ποθῶν τὴν τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων πονη-
ρίαν. νῦν δὲ τρυφᾷς, ὦ Σώκρατες, διότι πάντες διδάσκα- E
λοί εἰσιν ἀρετῆς, καθ' ὅσον δύνανται ἕκαστος, καὶ οὐδεὶς
σοι φαίνεται. εἶθ' ὥσπερ ἂν εἰ ζητοῖς, τίς διδάσκαλος τοῦ
ἑλληνίζειν, οὐδ' ἂν εἷς φανείη, οὐδέ γ' ἄν, οἶμαι, εἰ ζητοῖς, 328
τίς ἂν ἡμῖν διδάξειε τοὺς τῶν χειροτεχνῶν υἱεῖς αὐτὴν

E. *φαίνεται. εἶθ' ὥσπερ*] Sic cum libris omnibus Bekker. et Turicenses. Recentiores editores *φαίνεται εἶναι. ὥσπερ* de Heindorfii coniectura, quae placuit etiam Astio et Stallbaumio. Sed videntur Graeci particula *εἶτα* nonnunquam paulo liberius usi esse, ut a nostratibus partic. *nun* saepe usurpatur. Minus certe h. l. displicet quam *εἶναι*, quod post praegressum *εἰσί* plane redundat.

νηρούς. Illius similes erant Pisthetaerus et Euelpides, quos Aristophanes in Avibus vitam litium ac negotiorum plenam fugientes facit. Recte igitur Heindorfius: „Quantum, inquit, assequi coniectura queam, rem ita institutam fuisse opinor a Pherecrate, ut chorum facerent homines non suae tantum reipublicae, sed omnium omnino hominum osores, qui civitate sua relicta quum inter feros immanesque homines secessissent, mox resipiscentes illam, unde abierant, societatem hominum civilemque vitam requirerent. Quorum exemplo Protagoras Socratem dicit eiulaturum desiderio vel pravissimorum Athenis hominum.“ — Phrynondas et Eurybatus propter insignem morum pravitatem proverbio celebrati sunt. v. Suidas et Harpocrat. s. v. Aeschin. or. 3, 137 ibique schol. Et Eurybati famam ad ultimam graecae linguae memoriam servatam esse, e recenti voce *Ὑπερευρύβατος* apparet, qua *ὁ ὑπερβάλλων Εὐρύβατον πονηρίᾳ* significabatur, v. Bekker. Anecd. Gr. I. p. 67.

P. 328. *τίς ἂν ἡμῖν διδάξειε*] *ἡμῖν* ne quis sollicitet, conf. Krüger Gr. 48. 6. Structura verborum paullo impeditior propter anacoluthon. Nam post *οὐδέ γ' ἄν* inferri debebat deinde *ῥᾳδίως ἂν τούτων διδάσκαλος φανείη*. Quoniam autem plura interiecta sunt, mutata paullulum orationis forma haec adduntur: *οὐ ῥᾴδιον οἶμαι εἶναι — τούτων διδάσκαλον φανῆναι*. In quibus quod etiam negandi particula iterata est, id neminem, opinor, morabitur. Ad *καθ' ὅσον — ὄντες ὁμότεχνοι* liquet apud animum intelligendum esse *αὐτοὺς διδάσκειν*. Haec vero, *τούτους ἔτι τις ἂν διδάξειεν*, iterant praecedentia illa *τίς ἂν ἡμῖν διδάξειε*, interposito tamen *ἔτι*, praeterea, quod referendum ad verba *ἣν δὴ παρὰ τοῦ πατρὸς μεμαθήκασι*, quam iam a patre didicerunt. Itaque totum locum interpretamur sic: quemadmodum enim, si Graece loquendi magistrum quaeras, prorsus nullus apparuerit, neque etiam, opinor, si quaeras, quis nobis possit opificum filios eam ipsam artem docere, quam iam a patre acceperunt, quantum quidem per patrem eiusque amicos *ὁμοτέχνους* fieri id potuerat, hos, inquam, si quaeras, quis adhuc (in arte illa sua) docere possit, non facile arbitror futurum, ut quis horum magister exsistat s. prodeat; imperitorum au-

ταύτην τὴν τέχνην, ἣν δὴ παρὰ τοῦ πατρὸς μεμαθήκασι, καθ' ὅσον οἷός τ' ἦν ὁ πατὴρ καὶ οἱ τοῦ πατρὸς φίλοι ὄντες ὁμότεχνοι, τούτους ἔτι τίς ἂν διδάξειεν, οὐ ῥᾴδιον οἶμαι εἶναι, ὦ Σώκρατες, τούτων διδάσκαλον φανῆναι, τῶν δὲ ἀπείρων παντάπασι ῥᾴδιον, οὕτω δὲ ἀρετῆς καὶ τῶν
B ἄλλων πάντων. ἀλλὰ κἂν εἰ ὀλίγον ἔστι τις ὅστις διαφέρει ἡμῶν προβιβάσαι εἰς ἀρετήν, ἀγαπητόν. Ὧν δὴ ἐγὼ οἶμαι εἷς εἶναι, καὶ διαφερόντως ἂν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὀνῆσαί τινα πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἀξίως τοῦ μισθοῦ ὃν πράττομαι, καὶ ἔτι πλείονος, ὥστε καὶ αὐτῷ δοκεῖν τῷ μαθόντι. διὰ ταῦτα καὶ τὸν τρόπον τῆς πράξεως τοῦ μισθοῦ τοιοῦτον πεποίημαι. ἐπειδὰν γάρ τις παρ' ἐμοῦ μάθῃ, ἐὰν μὲν βούληται, ἀπέδωκεν ὃ ἐγὼ πράττομαι ἀργύ-

P. 328. B. ὀνῆσαι] Libri omnes νοῆσαι, quod emendavit Dobreus advers. II. p. 391.

ἀπέδωκεν] Libri ἀποδέδωκεν, quod Sauppius plane eiecit. De hac permutatione perfecti et aoristi v. ad p. 320 A et Stud. philolog. p. 852. Perfectum Heindorfius sic defendit, ut interpretetur: quando quis ex me didicit, ubi voluerit, iam numeravit. Sed nulla in tali perfecto conditio esse potest. Exempla vide ap. Krüger. Gr. 53. 3, 4.

tem facile est invenire magistrum: eadem etiam virtutis ceterarumque rerum omnium ratio est. *Stallb.*

ἀλλὰ κἂν εἰ ὀλίγον —] sed si quis est qui vel paullulum nobis in eo praestet, ut alios ad virtutem provehat: contenti esse debemus. De κἂν εἰ, quod aut cum indicativo aut cum optativo coniungitur, v. Stallbaum. ad Phaedon. p. 71 B. Sententiam illustrant Archidami verba ap. Thucyd. I, 84: πολὺ διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι ὅστις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται.

B. Ὧν δὴ ἐγὼ οἶμαι —] Ex his igitur me arbitror unum esse et praeter ceteros institutione mea aliquem, veluti Hippocratem, ad virtutem iuvare posse, idque sic, ut dignus sim ea mercede, quam exigo, adeoque etiam maiore, ita ut ipsi etiam discenti ita videatur. cf. Hipp. I. p. 281 B: ἱκανὸς εἶ παρὰ τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνων ἔτι πλείω ὠφελεῖν ὧν λαμβάνεις. Quum Protagoras h. l. de virtute tradenda disserat, νοῆσαι nullum hic habet locum; ὀνῆσαι eodem modo positum est de Rep. p. 600 D: εἴπερ οἷός τ' ἦν πρὸς ἀρετὴν ὀνῆσαι ἀνθρώπους.

τὸν τρόπον — τοιοῦτον πεπ.] Rem paulo aliter narrat Aristoteles Ethic. Nicom. IX. 1: (ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν) ὅτε γὰρ διδάξειεν ἁδήποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν, ὅσον δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον. Veriora reique naturae aptiora videntur esse, quae Plato h. l. de sophistae instituto tradidit, eum non omnes, sed eos tantum discipulos, qui pecuniam ab ipso constitutam solvere noluissent, iuratos disciplinas aestimare et quanti aestimassent, tantum solvere iussisse. Eum aliis etiam conditionibus docuisse argumento sunt ea, quae de eius lite cum Euathlo tradunt Apuleius Flor. IV. 18. et Gellius N. A. V. 10. Cum quibus consentit Diogenes Laertius, qui (IX. 59) Protagoram dicit a singulis discipulis institutionis

ριον· ἐὰν δὲ μή, ἐλθὼν εἰς ἱερὸν ὀμόσας, ὅσου ἂν φῇ ἄξια C
εἶναι τὰ μαθήματα, τοσοῦτον κατέθηκε.

Τοιοῦτόν σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ καὶ μῦθον καὶ λόγον εἴρηκα, ὡς διδακτὸν ἀρετή, καὶ Ἀθηναῖοι οὕτως ἡγοῦνται, καὶ ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν τῶν ἀγαθῶν πατέρων φαύλους υἱεῖς γίγνεσθαι καὶ τῶν φαύλων ἀγαθούς, ἐπεὶ καὶ οἱ Πολυκλείτου υἱεῖς, Παράλου καὶ Ξανθίππου τοῦδε ἡλικιῶται, οὐδὲν πρὸς τὸν πατέρα εἰσί, καὶ ἄλλοι ἄλλων δημιουργῶν. τῶνδε δὲ οὔπω ἄξιον τοῦτο κατηγορεῖν. ἔτι
γὰρ ἐν αὐτοῖς εἰσιν ἐλπίδες· νέοι γάρ. D

Cap. XVII. Πρωταγόρας μὲν τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐπιδειξάμενος ἀπεπαύσατο τοῦ λόγου. καὶ ἐγὼ ἐπὶ μὲν πολὺν χρόνον κεκηλημένος ἔτι πρὸς αὐτὸν ἔβλεπον ὡς ἐροῦντά τι, ἐπιθυμῶν ἀκούειν· ἐπεὶ δὲ δὴ ᾐσθόμην, ὅτι τῷ ὄντι πεπαυμένος εἴη, μόγις πως ἐμαυτὸν ὡσπερεὶ συναγείρας εἶπον, βλέψας πρὸς τὸν Ἱπποκράτη· Ὦ παῖ Ἀπολλοδώρου, ὥς χάριν σοι ἔχω, ὅτι προὔτρεψάς με ὧδε ἀφικέσθαι· πολ-

ὅσου ἂν φῇ ἄξια] Sic codd., nisi fallor, omnes. Vett. editt. ὅσου ἂν φησι ἄξια, quod frustra defendit Thiersch. Gr. p. 644. 8. ed. 3. Librarius, qui ι adscriptum pro ς habuerat, quum tertia persona verbi opus esset, φησι scripsit, hiatum minime curans.

C. πατέρων φ. υἱεῖς γίγνεσθαι] Sic longe plurimi codd. in iisque optimi. V. γενέσθαι.

Cap. XVII. D. ἐπεὶ δὲ δὴ ᾐσθόμ.] Sic. Bodl. et Vatican. pro vulg. ἐπειδὴ δὲ ᾐσθόμ.

pretium exegisse centenas minas (circ. 2250 imperiales), cf. Quint. Inst. Or. III. 1. 10.

ἐλθὼν εἰς ἱερὸν] Cicero pro Balb. c. 5: Athenis, aiunt, quum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset et testimonium dixisset et, ut mos Graecorum est, ad aras accederet etc.

C. τῶνδε δὲ οὔπω ἄξιον τοῦτο κατ.] hi vero (Paralus et Xanthippus) nondum commerentur huiusmodi reprehensionem, quum adhuc liceat bona de iis sperare propter iuventutem. Nam ἄξιόν ἐστιν est iustum est, decet. *Stallb.*

Cap. XVII. D. ἐπὶ μὲν πολὺν χρόνον κεκηλημένος] ad multum tempus delinitus usque eum intuebar. Neque enim cum Heindorfio haec, ἐπὶ μὲν π. χρόνον, traxerim ad seq. ἔβλεπον. Menex. p. 235 A: καὶ ἑκάστοτε ἕστηκα — κηλούμενος. Ibid. B: οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥστε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ. — ὡς ἐροῦντά τι, putans eum aliquid dicturum. *Stallb.*

ὧδε ἀφικέσθαι] Photius Lex. p. 658, 14 et Suidas s. v. Ὧδε haec habent: ὧδε οὐ μόνον τὸ οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνθάδε ὡς ἡμεῖς. . καὶ Πλάτων που κέχρηται ἀντὶ τοῦ δεῦρο καὶ ἐνθάδε. τὸ δὲ οὕτως ἐν τοῖς πλείστοις δηλοῖ. Huius Platonis loci

E λοῦ γὰρ ποιοῦμαι ἀκηκοέναι ἃ ἀκήκοα Πρωταγόρου. ἐγὼ γὰρ ἐν μὲν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἡγούμην οὐκ εἶναι ἀνθρωπίνην ἐπιμέλειαν, ᾗ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται· νῦν δὲ πέπεισμαι. πλὴν σμικρόν τί μοι ἐμποδών, ὃ δῆλον ὅτι Πρωταγόρας ῥᾳδίως ἐπεκδιδάξει, ἐπειδὴ καὶ τὰ πολλὰ ταῦτα ἐξεδίδαξε. καὶ γὰρ εἰ μέν τις περὶ αὐτῶν τούτων
329 συγγένοιτο ὁτῳοῦν τῶν δημηγόρων, τάχ' ἂν καὶ τοιούτους λόγους ἀκούσειεν ἢ Περικλέους ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἱκανῶν εἰπεῖν· εἰ δὲ ἐπανέροιτό τινά τι, ὥσπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρίνασθαι οὔτε αὐτοὶ ἐρέσθαι, ἀλλ' ἐάν τις καὶ σμικρὸν ἐπερωτήσῃ τι τῶν ῥηθέντων, ὥσπερ τὰ χαλκεῖα πληγέντα μακρὸν ἠχεῖ καὶ ἀποτείνει, ἐὰν μὴ ἐπιλά-

E. ᾗ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γ.] Sic Stallb. cum codd. optimis neque numero paucis. V. ᾗ ἀγαθοὶ οἱ ἀγ. Bodl. Vat. ᾗ ἀγαθὸν οἱ ἀγαθοί.

P. 329. βιβλία] Bodl. et Vat. βυβλία. Deinde δόλιχον Stephanus probantibus Meineke Fragm. Com. Graec. III. p. 366. Sauppe et Deuschle. Libri δολιχὸν.

immemor Meineke Fragm. Com. Graec. II. p. 47 levitatis Photium incusat negatque ὧδε apud bonos scriptores pro δεῦρο vel ἐνθάδε inveniri.

E. ᾗ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγν.] Hanc scripturam nos quoque vulgatae praeferimus; nullam enim videmus causam, cur praedicatum ἀγαθοί h. l. praeponatur, quod vi sua adeo non eminet, ut nullo sententiae detrimento vel omitti possit. v. ad p. 344 D. De sententia v. ad p. 319 B.

ἐπεκδιδάξει] Euthyphr. p. 7 A: ἀλλὰ σὺ δῆλον ὅτι ἐπεκδιδάξεις, ὡς ἔστιν ἀληθῆ ἃ λέγεις.

P. 329. ὥσπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσι — ἐρέσθαι] Saepius Socrates in hac quaestione, quam de virtutum coniunctione et conspiratione instituit, concionandi et colloquendi discrimen memorat et Protagoram, qui utriusque disputandi generis sit peritus, rogat, ut hoc velit uti i. e. ut longis orationibus missis breviter vel respondendo vel interrogando sermones secum conferat. Pro οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρ. οὔτε ἐρέσθαι breviter dici potuit οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι. Cratyl. p. 390 C: τὸν ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν; Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο. Male haec verba accipiunt, qui oratores quum interrogati sint omnino tacere arbitrentur; respondent illi, sed non ad ea quae ex iis quaesita erant neque ita, ut interrogantis intellectus rationem habeant, quapropter libris similes dicuntur, v. Phaedr. p. 275 D sqq., semperque longam rursus orationem ordiuntur.

μακρὸν ἠχεῖ] Neutrum eodem modo cum aliis verbis sonum quendam significantibus coniungitur; supra p. 310 B τῇ φωνῇ μέγα λέγων, p. 334 D μεῖζον φθέγγεσθαι. Euthyd. p. 305 B φθεγγόμενα καὶ βοῶντα μέγιστον τὰ σιδήρια λέγεται, ἐάν τις ἅψηται, et notum Homericum μακρὸν ἀΰτεῖν.

ἀποτείνει] Ad hoc verbum ex praecedentibus facile intelligas τὴν ἠχήν. Similiter sine casu et absolute positum Gorg. p. 458 B: καὶ νῦν ἴσως πόρρω ἀποτενοῦμεν, ἢν διαλεγώμεθα, i. e. μακρολογήσομεν. Verbum ἐπι-

βηταί τις, καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω σμικρὰ ἐρωτηθέντες δόλιχον κατατείνουσι τοῦ λόγου· Πρωταγόρας δὲ ὅδε ἱκανὸς B μὲν μακροὺς λόγους καὶ καλοὺς εἰπεῖν, ὡς αὐτὸ δηλοῖ, ἱκανὸς δὲ καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι κατὰ βραχὺ καὶ ἐρόμενος περιμεῖναί τε καὶ ἀποδέξασθαι τὴν ἀπόκρισιν, ἃ ὀλίγοις ἐστὶ παρεσκευασμένα. νῦν οὖν, ὦ Πρωταγόρα, σμικροῦ τινος ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν, εἴ μοι ἀποκρίναιο τόδε. τὴν ἀρετὴν φῂς διδακτὸν εἶναι, καὶ ἐγώ, εἴπερ ἄλλῳ

B. ὡς αὐτὸ δηλοῖ] αὐτὸ ex Par. E auctoribus Stephano et Hemsterhusio (Anecdot. T. I. p. 177) repositum. Ceteri libri ὡς αὐτὰ δηλοῖ. Deinde ἀποκρίνασθαι Vat. r et Vindob. praebent. Vulgo ἀποκρίνεσθαι.

ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν] Vindobb. cum Vat. r. εἰμι καὶ πάντ' ἔχειν.

εἴπερ ἄλλῳ τῳ ἀνθρ.] Bodl. Vat. ἄλλῳ τῶν ἀνθρ. Male.

λαμβάνεσθαι eleganter positum, quum et proprie de iis dicatur, qui vasa contrectant eoque sonum eorum reprimunt, et metaphorice significet prehendere (rationis reposcendae causa) et redarguere veluti Sympos. p. 214 E. Gorg. p. 469 C. al. Proxima καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω κ. τ. λ. referenda sunt ad ὥσπερ τὰ χ. πλ. μ. ἠχεῖ. Vulgaris loquendi consuetudo exigebat οὕτω καὶ οἱ ῥήτορες σμ., quod non vereor ne ex Paris. E. revocandum sit. De Rep. I. p. 354 B: ὥσπερ οἱ λίχνοι ἀπογεύονται, καὶ ἐγώ μοι δοκῶ οὕτως κ. τ. λ. IX. p. 585 A: ὥσπερ δὲ πρὸς τὸ μέλαν ἀποσκοποῦντες, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτως κ. τ. λ. Phaedr. p. 230 D. al. *Stallb.*

δόλιχον τοῦ λόγου] Ad vulgatam scripturam δολιχὸν τοῦ λόγου tuendam Astius plures locos attulit, quibus adiectivum cum genitivo substantivi eiusdem generis componitur, ut Xenoph. Cyrop. III. 2, 2: σκοπῶν κατενόει πολλὴν τῆς χώρας . . ἔρημον καὶ ἀργὸν οὖσαν, Aristoph. Acharn. v. 350: τῆς μαρίλης συχνήν. al., sed multo h. l. languidius est adiectivum quam substantivum δόλιχος, de quo v. ann. ad p. 335 E. Simili significatione hanc vocem posuit Epicrates: ἐπεὶ δὲ δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει, v. Meineke l. l. Studium oratoris cum cursoris contendit Eupolis in Periclis eloquentia describenda: ὁπότε παρέλθοι δ', ὥσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς, ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας (Schol. Aristoph. Ach. 530), et Strepsiades, ut centum stadiis dicendo omnes Graecos superet, apud Aristophanem (Nub. 430) exoptat; cf. Quint. Instit. Or. XI. 3: Flavius Virginius interrogavit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset.

B. ὡς αὐτὸ δηλοῖ] ut res ipsa docet. Frequens formula αὐτὸ δηλοῖ, αὐτὸ δείξει, αὐτὸ σημαίνει. Sed inusitatus est numerus pluralis αὐτά.

σμικροῦ τινος ἐνδ. εἰμ.] paullulum quid requiro, ut omnia habeam, si mihi ad hoc respondeas. Optativus post indicativum κατὰ τὸ νοούμενον infertur: nam haec: σμ. τ. ἐνδ. εἰμι, fere idem significant quod: νῦν οὖν πάντ' ἂν ἔχοιμι. *Stallb.*

εἴπερ ἄλλῳ τῳ ἀνθρώπων, καὶ σοὶ πείθομαι] Verbis πειθοίμην ἄν, quae vulgo post ἀνθρώπων adduntur, librarius quidam ellipsin prope constantem parum scite supplere conatus est. Infra p. 352 D: καὶ ἅμα, εἴπερ τῳ ἄλλῳ, αἰσχρόν ἐστι καὶ ἐμοί. de Leg. p. 667 A: προσέχων τούτῳ τὸν

C τῷ ἀνθρώπων, καὶ σοὶ πείθομαι. ὃ δ' ἐθαύμασά σου λέγοντος, τοῦτό μοι ἐν τῇ ψυχῇ ἀποπλήρωσον. ἔλεγες γάρ, ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ αὖ πολλαχοῦ ἐν τοῖς λόγοις ἐλέγετο ὑπὸ σοῦ ἡ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ ὁσιότης καὶ πάντα ταῦτα ὡς ἕν τι εἴη συλλήβδην, ἀρετή. ταῦτ' οὖν αὐτὰ δίελθέ μοι ἀκριβῶς τῷ λόγῳ, πότερον ἓν μέν τί ἐστιν ἡ ἀρετή, μόρια δὲ αὐτῆς ἐστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ ὁσιότης, ἢ ταῦτ' ἐστὶν ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον πάντα
D ὀνόματα τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς ὄντος. τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἔτι ἐπιποθῶ.

Cap. XVIII. Ἀλλὰ ῥάδιον τοῦτό γ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἀποκρίνασθαι, ὅτι ἑνὸς ὄντος, τῆς ἀρετῆς, μόριά ἐστιν ἃ ἐρωτᾷς. Πότερον, ἔφην, ὥσπερ προσώπου τὰ μόρια μόριά ἐστι, στόμα τε καὶ ῥὶς καὶ ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα, ἢ ὥσπερ τὰ τοῦ χρυσοῦ μόρια οὐδὲν διαφέρει τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων

ἀνθρώπων, καὶ] Post *ἀνθρώπων* libri omnes addunt *πειθοίμην ἄν*, quae verba recentior. edit. Heindorfio auctore cum proximis coniungunt et exstincto *πείθομαι* scribunt *ἀνθρώπων, πειθοίμην ἂν καὶ σοί*, sed v. Stud. philol. p. 853 sq.

ἐν τῇ ψυχῇ ἀποπλήρωσον] Verba *τῇ ψυχῇ* in Bodl. omissa sunt, spatio vacuo relicto.

ἔτι ἐπιποθῶ] Vat. r. *ποθῶ*. v. ad Remp. VI. p. 571 A.

Cap. XVIII. D. *τῶν ἑτέρων καὶ τοῦ ὅλου*] Sic Sauppius cum

νοῦν δρῶ τοῦτο, εἴπερ, ubi de elliptico usu voc. *εἴπερ* v. Stallbaum. Heindorfius autem, quum grammaticae consuleret, sententiam prorsus evertit, ut eius coniecturam plerisque editoribus probatam esse iure mireris. Socrates modo iis rationibus, quas Protagoras protulisset, sibi persuasum esse dixerat, virtutem doceri posse, v. p. 328 E: *ἡγούμην οὐκ εἶναι ἀνθρωπίνην ἐπιμέλειαν, ᾗ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, νῦν δὲ πέπεισμαι.* Hanc eandem sententiam nunc, postquam quid inter oratorem et dialecticum interesset exposuit, aliis verbis exprimit. Nec vero Socrates rem concessam denuo in dubitationem vocare potest, quae inconstantia vel inhumanitas ab eo maxime est aliena.

C. *ὃ δ' ἐθαύμασά σου λέγοντος*] Theaet. p. 161 B: *ὃ δὲ θαυμάζω τοῦ ἑταίρου σου.* Apolog. Socr. in.: *μάλιστα δὲ αὐτῶν ἓν ἐθαύμασα.* Men. p. 95 C: *καὶ Γοργίου μάλιστα ταῦτα ἄγαμαι.* De Rep. II. p. 376 A. 367 D. De quo genitivo v. Krüger Gr. 47. 10, 9. Proxima recte interpretatur Heindorfius: hoc, quod mancum est quasi in animo meo, plenum perfectumque redde.

πολλαχοῦ] v. p. 325 A et p. 323 E.

Cap. XVIII. D. *Πότερον, ἔφην, ὥσπερ προσώπου —*] Sententia haec est: Utrum illae formae et partes virtutis inter se natura et vi sua diversae sunt, quemadmodum partes corporis; an praeter magnitudinem aut parvitatem nihil habent, quo inter se differant? De *ἀλλ' ἢ* v. ad Phaedon. p. 81 B. *Stallb.*

καὶ τοῦ ὅλου, ἀλλ' ἢ μεγέθει καὶ σμικρότητι; Ἐκείνως μοι
φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὥσπερ τὰ τοῦ προσώπου μόρια ἔχει E
πρὸς τὸ ὅλον πρόσωπον. Πότερον οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ με-
ταλαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι τούτων τῶν τῆς ἀρετῆς μο-
ρίων οἱ μὲν ἄλλο, οἱ δὲ ἄλλο, ἢ ἀνάγκη, ἐάνπερ τις ἓν
λάβῃ, ἅπαντ' ἔχειν; Οὐδαμῶς, ἔφη, ἐπεὶ πολλοὶ ἀνδρεῖοί
εἰσιν, ἄδικοι δέ, καὶ δίκαιοι αὖ, σοφοὶ δὲ οὔ. Ἔστι γὰρ
οὖν καὶ ταῦτα μόρια τῆς ἀρετῆς, ἔφην ἐγώ, σοφία τε καὶ 330
ἀνδρεία; Πάντων μάλιστα δήπου, ἔφη· καὶ μέγιστόν γε ἡ
σοφία τῶν μορίων. Ἕκαστον δὲ αὐτῶν ἐστιν, ἦν δ' ἐγώ, ἄλλο,
τὸ δὲ ἄλλο; Ναί. Ἦ καὶ δύναμιν αὐτῶν ἕκαστον ἰδίαν ἔχει,
ὥσπερ τὰ τοῦ προσώπου; οὐκ ἔστιν ὀφθαλμὸς οἷον τὰ ὦτα,

Bodl. pr. m. et Vat. Vulgo *τῶν ἑτέρων ἀλλήλων καὶ τοῦ ὅλου*; sed apparet *ἀλλήλων* esse interpretamentum verborum *τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων*, recteque dici potuit aut *τὰ μόρια διαφέρει ἀλλήλων καὶ τοῦ ὅλου*, aut *τὰ μόρια διαφ. τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων καὶ τοῦ ὅλου*. Illo modo Socrates sententiam huius loci repetens p. 349 C bis locutus est.

E. *μεταλαμβάνουσιν — οἱ δὲ ἄλλο*] Quod Stephanus *ἄλλου* legendum censuit, fugit virum egregium ea verbi constructione loci sententiam plane perverti. Construuntur enim *μετέχειν, μεταδιδόναι, μεταλαμβάνειν*, aliaque id genus verba cum accusativo, ubi quis in societatem et possessionem alicuius rei, quae de pluribus una est, integrae atque plenae venire dicitur. Quod quid sibi velit, liceat exemplo aliquo declarare diligentius. Recte dicitur *μετέχω τῶν κτημάτων*, quia ipsum verbum *μετέχειν* significat etiam ab aliis bonorum partem possideri: unde fit, ut in hac similibusque sententiis constanti usu frequentetur casus secundus. Sed quando te partem dimidiam bonorum integram possidere significare volueris, non poteris aliter dicere nisi sic: *μετέχω τῶν κτημάτων τὸ ἥμισυ*: genitivus enim in tali sententia ineptus foret. *Stallb.* De proximis verbis Protagorae v. ad p. 323 E.

P. 330. *μέγιστόν γε ἡ σοφία*] Consentit Protagoras cum Socrate ceteras virtutes sapientia s. scientia contineri docente.

Ἕκαστον δὲ αὐτῶν — τὸ δὲ ἄλλο] H. e. *αὐτῶν δὲ ἕκαστον τὸ μὲν ἄλλο ἐστί, τὸ δὲ ἄλλο.* Phileb. p. 56 D: *πῇ ποτε διορισάμενος οὖν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην θείη τις ἂν ἀριθμητικήν*; h. e. *τὴν μὲν ἄλλην, τὴν δὲ ἀλλ.* Eodem modo p. 320 B et infra p. 331 B. p. 334 A. p. 343 E. p. 355 D. Sophist. p. 221 E. Politic. p. 291 E. de Rep. p. 451 E. v. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 329. Hermann. ad Viger. p. 699. Heusdius Specim. Crit. p. 76. *Stallb.*

οὐκ ἔστιν ὀφθαλμὸς] Illustrant haec verba *ὥσπερ τὰ τοῦ προσώπου*, ideoque *ἀσυνδέτως* addita sunt. In proximis Stallbaumius distinguendum censuit: *ἆρ' οὖν οὕτω καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς μόρια* (sc. *ἔχει*)· *οὐκ ἔστι τὸ ἕτερον οἷον τὸ ἕτερον*, et probat hanc verborum distinctionem Astius ad h. l., sed obstat formula *ἢ δῆλα δὴ ὅτι*, quae non nisi post interrogationem, ad quam nondum responsum est, infertur.

οὐδ' ἡ δύναμις αὐτοῦ ἡ αὐτή· οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδέν ἐστιν οἷον τὸ ἕτερον οὔτε κατὰ τὴν δύναμιν οὔτε κατὰ τὰ ἄλλα. ἆρ' οὖν οὕτω καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς μόρια οὐκ ἔστι τὸ
B ἕτερον οἷον τὸ ἕτερον, οὔτε αὐτὸ οὔτε ἡ δύναμις αὐτοῦ; ἢ δῆλα δή, ὅτι οὕτως ἔχει, εἴπερ τῷ παραδείγματί γε ἔοικεν; Ἀλλ' οὕτως, ἔφη, ἔχει, ὦ Σώκρατες. Καὶ ἐγὼ εἶπον· Οὐδὲν ἄρα ἐστὶ τῶν τῆς ἀρετῆς μορίων ἄλλο οἷον ἐπιστήμη, οὐδ' οἷον δικαιοσύνη, οὐδ' οἷον ἀνδρεία, οὐδ' οἷον σωφροσύνη, οὐδ' οἷον ὁσιότης. Οὐκ ἔφη. Φέρε δή, ἔφην ἐγώ, κοινῇ σκεψώμεθα, ποῖόν τι αὐτῶν ἐστιν ἕκαστον. πρῶτον μὲν τὸ τοιόνδε·
C ἡ δικαιοσύνη πρᾶγμά τί ἐστιν, ἢ οὐδὲν πρᾶγμα; ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ· τί δὲ σοί; Καὶ ἐμοί, ἔφη. Τί οὖν; εἴ τις ἔροιτο ἐμέ τε καὶ σέ, Ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, εἴπετον δή μοι, τοῦτο τὸ πρᾶγμα, ὃ ὠνομάσατε ἄρτι, ἡ δικαιοσύνη, αὐτὸ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν, ἢ ἄδικον; ἐγὼ μὲν ἂν αὐτῷ ἀποκριναίμην, ὅτι δίκαιον· σὺ δὲ τίν' ἂν ψῆφον θεῖο; τὴν

B. οὕτως, ἔφη, ἔχει, ὦ Σώκρατες] Verba ἔχει, ὦ Σώκρατες om. Bodl. Vat. et delevit Sauppius, v. ann.
μορίων ἄλλο οἷον ἐπιστήμη] Vind. μορίων ἀλλοῖον ἐπιστήμη οὐδ' οἷον κτἑ et in marg. οἷον ἐπιστήμη. ἐν ἄλλῳ δέ· μορίων ἀλλοίων.

οὔτε αὐτό] P. 333 A: ἀνόμοια καὶ αὐτὰ καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν. p. 360 E: τί ποτ' ἐστὶν αὐτὸ ἡ ἀρετή. Significat αὐτό in his rem ipsam per se et universe spectatam.

B. οὕτως, ἔφη, ἔχει, ὦ Σωκρ.] In exemplari, unde libri praestantissimi Bodleianus et Vaticanus descripti sunt, multi loci lectu difficillimi videntur fuisse (v. Stud. philol. p. 826), sed eam paginam, qua principium huius quaestionis de virtutis partibus continebatur, ceteris omnibus fuisse obscuriorem, id vel leviter Bekkeri commentaria critica inspicienti manifestum erit. Nam in utroque libro a pag. 329 C ad p. 330 C Platonis verba alia sunt mutilata, alia omissa spatio vacuo nunc relicto, nunc non relicto. Nihil igitur causae est, cur verba ἔχει, ὦ Σώκρατες, quae Protagorae personae optime conveniunt (cf. p. 329 D. 330 A. al.), exstinguamus.

πρῶτον μὲν τὸ τοιόνδε] Int. σκεψώμεθα.

C. Ὦ Πρωταγόρα τ. κ. Σώκρατες] E vulgari loquendi modo Socrates dicere debuit Ὦ Σώκρατες τ. κ. Πρωταγόρα, v. p. 311 D, 316 A. al., sed honoris causa Protagorae ut homini aetate multo antecedenti (v. p. 317 C) et usu ac doctrina praestanti priorem locum concedit. Eadem verborum collocatione Socrates infra p. 353 A usus est: ἔροιντ' ἂν ἡμᾶς Ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες.

αὐτὸ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν] num hoc ipsum est, quod nomen eius indicat, videlicet iustum. *Stallb.*

τίν' ἂν ψῆφον θεῖο; τὴν αὐτὴν ἐμοί] Ante τὴν αὐτήν intell. πότερον, usu frequenti, quem illustraverunt Heindorf. ad Gorg. p. 141. Astius ad Legg. p. 130. Hoogeveen. ad Viger. p. 409. *Stallb.*

αὐτὴν ἐμοί, ἢ ἄλλην; Τὴν αὐτήν, ἔφη. Ἔστιν ἄρα τοιοῦτον
ἡ δικαιοσύνη, οἷον δίκαιον εἶναι, φαίην ἂν ἔγωγε ἀποκρι- D
νόμενος τῷ ἐρωτῶντι. οὐκοῦν καὶ σύ; Ναί, ἔφη. Εἰ οὖν
μετὰ τοῦτο ἡμᾶς ἔροιτο· Οὐκοῦν καὶ ὁσιότητά τινά φατε
εἶναι; φαῖμεν ἄν, ὡς ἐγῷμαι. Ναί, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν φατε
καὶ τοῦτο πρᾶγμά τι εἶναι; φαῖμεν ἂν ἢ οὔ; Καὶ τοῦτο
συνέφη. Πότερον δὲ τοῦτο αὐτὸ τὸ πρᾶγμά φατε τοιοῦτον
πεφυκέναι, οἷον ἀνόσιον εἶναι, ἢ οἷον ὅσιον; ἀγανακτή-
σαιμ' ἂν ἔγωγ', ἔφην, τῷ ἐρωτήματι, καὶ εἴποιμ' ἄν Εὐ-
φήμει, ὦ ἄνθρωπε· σχολῇ μέντ' ἄν τι ἄλλο ὅσιον εἴη, εἰ E
μὴ αὐτή γε ἡ ὁσιότης ὅσιον ἔσται. τί δὲ σύ; οὐχ οὕτως ἂν
ἀποκρίναιο; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.

Cap. XIX. Εἰ οὖν μετὰ τοῦτ' εἴποι ἐρωτῶν ἡμᾶς, Πῶς
οὖν ὀλίγον πρότερον ἐλέγετε; ἆρ' οὐκ ὀρθῶς ὑμῶν κατή-
κουσα; ἐδόξατέ μοι φάναι τὰ τῆς ἀρετῆς μόρια εἶναι οὕ-
τως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, ὡς οὐκ εἶναι τὸ ἕτερον αὐτῶν
οἷον τὸ ἕτερον· εἴποιμ' ἂν ἔγωγε, ὅτι Τὰ μὲν ἄλλα ὀρθῶς
ἤκουσας, ὅτι δὲ καὶ ἐμὲ οἴει εἰπεῖν τοῦτο, παρήκουσας·
Πρωταγόρας γὰρ ὅδε ταῦτα ἀπεκρίνατο, ἐγὼ δὲ ἠρώτων. 331
εἰ οὖν εἴποι, Ἀληθῆ ὅδε λέγει, ὦ Πρωταγόρα; σὺ φῂς οὐκ
εἶναι τὸ ἕτερον μόριον οἷον τὸ ἕτερον τῶν τῆς ἀρετῆς; σὸς
οὗτος ὁ λόγος ἐστί; τί ἂν αὐτῷ ἀποκρίναιο; Ἀνάγκη, ἔφη,
ὦ Σώκρατες, ὁμολογεῖν. Τί οὖν, ὦ Πρωταγόρα, ἀποκρι-
νούμεθα αὐτῷ ταῦτα ὁμολογήσαντες, ἐὰν ἡμᾶς ἐπανέρηται,
Οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁσιότης οἷον δίκαιον εἶναι πρᾶγμα, οὐδὲ
δικαιοσύνη οἷον ὅσιον, ἀλλ' οἷον μὴ ὅσιον· ἡ δ' ὁσιότης
οἷον μὴ δίκαιον, ἀλλ' ἄδικον ἄρα, τὸ δὲ ἀνόσιον; τί αὐτῷ B

C. τοιοῦτον ἡ δικαιοσύνη] Sic Bekker. scripsit e codd. fere omnibus. Par. E et vett. editt. ἡ δ. τοιοῦτον.

D. ἔφην, τῷ ἐρωτ.] Vitiose ἔφη exhibent codd. praeter Ven. Ξ et Flor. b.

Cap. XIX. E. ὀλίγον πρότερον ἐλέγετε] V. ὀλίγῳ, quod ex libris optimis mutatum. In proximis τὰ inseruit Hirschig prob. Saup. Libri omnes φάναι τῆς ἀρ. μόρ.

P. 331. οἷον μὴ δίκαιον, ἀλλ' ἄδικον ἄρα] Pro ἀλλ' ἄδικον ἄρα, quod suppeditavit Paris. E et ex Ficini interpretatione re-

τοιοῦτον —, οἷον δίκαιον εἶναι] Sic mox: φατὲ τοιοῦτον πεφυκέναι, οἷον ἀνόσιον εἶναι, et p. 331 A: Οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁσιότης οἷον δίκαιον εἶναι πρᾶγμα, i. e. τοιοῦτον πρᾶγμα, οἷον δίκαιον εἶναι. Stallb.

Cap. XIX. E. ἐδόξατέ μοι φάναι] Exspectabas ἐδόξατε γάρ μοι φάναι. Sed v. p. 330 A.

ὡς οὐκ εἶναι] v. Krüger Gr. 65. 3, 4.

P. 331. B. ἀλλ' ἄδικον ἄρα, τὸ δὲ ἀνόσιον] H. e. ἀλλὰ τὸ

ἀποκρινούμεθα; ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸς ὑπέρ γε ἐμαυτοῦ φαίην ἂν καὶ τὴν δικαιοσύνην ὅσιον εἶναι καὶ τὴν ὁσιότητα δίκαιον· καὶ ὑπὲρ σοῦ δέ, εἴ με ἐῴης, ταὐτὰ ἂν ταῦτα ἀποκρινοίμην, ὅτι ἤτοι ταὐτόν ἐστι δικαιότης ὁσιότητι ἢ ὅτι ὁμοιότατον, καὶ μάλιστα πάντων ἥ τε δικαιοσύνη οἷον ὁσιότης καὶ ἡ ὁσιότης οἷον δικαιοσύνη. ἀλλ' ὅρα, εἰ διακωλύεις ἀποκρίνεσθαι, ἢ καὶ σοὶ συνδοκεῖ οὕτως. Οὐ πάνυ
C μοι δοκεῖ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἁπλοῦν εἶναι, ὥστε συγχωρῆσαι τήν τε δικαιοσύνην ὅσιον εἶναι καὶ τὴν ὁσιότητα δίκαιον, ἀλλά τί μοι δοκεῖ ἐν αὐτῷ διάφορον εἶναι. ἀλλὰ τί τοῦτο διαφέρει; ἔφη· εἰ γὰρ βούλει, ἔστω ἡμῖν καὶ δικαιοσύνη ὅσιον καὶ ὁσιότης δίκαιον. Μή μοι, ἦν δ' ἐγώ· οὐδὲν γὰρ δέομαι τὸ εἰ βούλει τοῦτο καὶ εἴ σοι

stituit iam Heindorfius, veteres editiones cum codd. ἀλλὰ δίκαιον ἄρα. Schleiermacher. scribi voluit ἀλλ' ἄδικον, τὸ δὲ αὖ ἀνόσιον (αὖ ὅσιον exhib. Ven. Σ).

B. ὅτι ἤτοι ταὐτόν ἐστι] Sic vett. editt. et codices optimi; alii ταὐτόν γέ ἐστι, quod recep. Stallbaum. et Turic. Libri Stobaei, qui Platonis verba ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸς — οἷον δικαιοσύνη affert Floril. 9. 36, ταὐτόν γ' ἐστί.

διακωλύεις ἀποκρίνεσθαι] V. ἀποκρίνασθαι. Praesens debetur Bodl. et Vat.

C. οὐδὲν γὰρ δέομαι] οὐδὲ Bodl. Vat.

μὲν ἄδικον ἄρα, τὸ δὲ ἀνόσιον. v. p. 330 A. Ficinus: iniusta igitur illa, haec profana. Hanc vitiosam argumentationem Protagoras aequiore animo tulit, quam Diotima, quae quum Socrates similiter concluderet: Οὐκ εὐφημήσεις, ἔφη, ἢ οἴει ὅ τι ἂν μὴ καλὸν ᾖ, ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι αἰσχρόν . . καὶ μὴ σοφόν, ἀμαθές; ἢ οὐκ ᾔσθησαι, ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; . . Μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε ὃ μὴ καλόν ἐστιν αἰσχρὸν εἶναι, μηδὲ ὃ μὴ ἀγαθόν, κακόν (Symp. 202 A); cf. praefat. p. 16.

ταὐτόν ἐστι δικαιότης ὁσιότητι] Gorg. p. 507 B: καὶ μὴν περὶ μὲν ἀνθρώπους τὰ προσήκοντα πράττων δίκαι' ἂν πράττοι, περὶ δὲ θεοὺς ὅσια. Plerumque Plato pietatem iustitiae subiungit, cuius rei causam exposuit in Euthyphrone p. 12 sqq., sed num eo tempore quo hunc dialogum scripsit, ipse quinque virtutes comprobaverit, id eo minus pro certo affirmari potest, quod p. 361 B pietas praetermissa est, de qua re v. praefat. p. 18. Nomen δικαιότης ad similitudinem τῆς ὁσιότητος formatum legitur etiam Gorg p. 508 A. Eadem de causa Cicero desiderationem pro desiderio posuit Cat. Mai. XIV. 47: non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo, sed ne desideratio quidem.

καὶ μάλιστα πάντων — δικαιοσύνη] Haec verba quamquam Stobaeus iam invenit, tamen valde suspecta sunt, nec ita possunt defendi, ut iis Protagorae dictionem p. 330 A irrideri statuamus, v. p. 333 B.

C. ἀλλὰ τί τοῦτο διαφέρει] sed quid hoc nostra interest? h. e. sed nil refert, hoc an illud statuamus. *Stallb.*

Μή μοι, ἦν δ' ἐγώ] V. p. 318 B.

δοκεῖ ἐλέγχεσθαι, ἀλλ' ἐμέ τε καὶ σέ. τὸ δ' ἐμέ τε καὶ
σέ τοῦτο λέγω, οἰόμενος οὕτω τὸν λόγον βέλτιστ' ἂν ἐλέγ-
χεσθαι, εἴ τις τὸ εἰ ἀφέλοι αὐτοῦ. Ἀλλὰ μέντοι, ἦ δ' ὅς, D
προσέοικέ τι δικαιοσύνη ὁσιότητι· καὶ γὰρ ὁτιοῦν ὁτῳοῦν
ἀμηγέπῃ προσέοικε. τὸ γὰρ λευκὸν τῷ μέλανι ἔστιν ὅπῃ
προσέοικε, καὶ τὸ σκληρὸν τῷ μαλακῷ, καὶ τἆλλα ἃ δοκεῖ
ἐναντιώτατα εἶναι ἀλλήλοις. καὶ ἃ τότε ἔφαμεν ἄλλην
δύναμιν ἔχειν καὶ οὐκ εἶναι τὸ ἕτερον οἷον τὸ ἕτερον, τὰ
τοῦ προσώπου μόρια, ἀμηγέπῃ προσέοικε καὶ ἔστι τὸ ἕτε-
ρον οἷον τὸ ἕτερον. ὥστε τούτῳ γε τῷ τρόπῳ κἂν ταῦτα E
ἐλέγχοις, εἰ βούλοιο, ὡς ἅπαντά ἐστιν ὅμοια ἀλλήλοις.
ἀλλ' οὐχὶ τὰ ὅμοιόν τι ἔχοντα ὅμοια δίκαιον καλεῖν, οὐδὲ
τὰ ἀνόμοιόν τι ἔχοντα ἀνόμοια, κἂν πάνυ σμικρὸν ἔχῃ τὸ
ὅμοιον. Καὶ ἐγὼ θαυμάσας εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἦ γὰρ οὕτω
σοι τὸ δίκαιον καὶ τὸ ὅσιον πρὸς ἄλληλα ἔχει, ὥστε ὅμοιόν

D. ἔστιν ὅπῃ προσέοικε] Sic Coisl. Venet. Σ. ex corr.; alii libri ὃ μή. Verum iam Schleiermacherus coniectura assecutus erat.

E. ἔχῃ τὸ ὅμοιον] Bodl. ἔχει. Sauppius τὸ ὅμοιον delevit auctore Hennebergero (Adnott. ad Plat. aliquot locos p. 5), sed v. ann.

τὸ δ' ἐμέ τ. κ. σὲ τοῦτο] Haec me et te dico quum arbitrer, ita orationem rectissime explorari posse, si quis illud 'si' ex ea tollat; cf. p. 333 C. Sententiam Stallbaumius bene sic aperuit: Non cupio explorare id quod *sumimus*, etiam si verum illud esse persuasum non habeamus; sed veram nostram sententiam et mentem (*τὸ ἐμέ τε καὶ σέ*) cupio cognoscere et explorare. Puto autem me ita hoc optime facere posse, si quis conditionis arbitrium (*τὸ εἰ*) plane removeat atque tollat. Perperam Cornarius pro *ἐλέγχεσθαι* voluit *λέγεσθαι* scribi.

D. *ἀμηγέπῃ προσέοικε*] una certe aliqua ratione simile est.

E. *κἂν ταῦτα ἐλέγχοις*] int. *τὰ τοῦ προσώπου μόρια*. Nam sententia haec est: ista quidem ratione, si volueris, etiam has faciei partes omnes inter se similes esse efficies et coges.

κἂν πάνυ σμικρὸν ἔχῃ τὸ ὅμοιον] H. e. *κἂν τὸ ὅμοιον, ὃ ἔχει, πάνυ σμικρὸν ᾖ*. Frequens genus hoc breviloquentiae. Ficinus haec sic interpretatus est: si exiguum quiddam habent simile et dissimile. Videtur igitur in libro suo habuisse, quod de coniectura Schleiermacheri in ordinem verborum recepit Heindorfius: *ἔχῃ τὸ ἀνόμοιον ἢ τὸ ὅμοιον*. Neque tamen invitis libris quidquam mutandum censeo. Quum enim haec: *οὐδὲ τὰ ἀνόμοιόν τι ἔχοντα ἀνόμοια*, quasi obiter addita sint illustrationis gratia, quidni potuerit nunc *τὸ ὅμοιον* solum commemorari? Itaque ipse Schleiermacherus postea de veritate illius emendationis dubitavit. v. eius annot. p. 409. *Stallb.* Eodem modo oratio formata est p. 345 C. confirmantque hanc interpretationem Socratis verba proxima *ὥστε ὅμοιόν τι σμ. ἔ. ἀλλ.* 'ut exiguam quandam inter se habeant similitudinem'; conf. p. 356 A.

τι σμικρὸν ἔχειν ἀλλήλοις; Οὐ πάνυ, ἔφη, οὕτως, οὐ μέν-
332 *τοι οὐδὲ αὖ ὡς σύ μοι δοκεῖς οἴεσθαι. Ἀλλὰ μήν, ἔφην*
ἐγώ, ἐπειδὴ δυσχερῶς δοκεῖς μοι ἔχειν πρὸς τοῦτο, τοῦτο
μὲν ἐάσωμεν, τόδε δὲ ἄλλο ὧν ἔλεγες ἐπισκεψώμεθα.

Cap. XX. *Ἀφροσύνην τι καλεῖς; Ἔφη. Τούτῳ τῷ*
πράγματι οὐ πᾶν τοὐναντίον ἐστὶν ἡ σοφία; Ἔμοιγε δοκεῖ,
ἔφη. Πότερον δὲ ὅταν πράττωσιν ἄνθρωποι ὀρθῶς τε καὶ
ὠφελίμως, τότε σωφρονεῖν σοι δοκοῦσιν οὕτω πράττοντες,
B *ἢ τοὐναντίον; Σωφρονεῖν, ἔφη. Οὐκοῦν σωφροσύνῃ σω-*

Cap. XX. P. 332. *Ἀφροσύνην τι καλεῖς; Ἔφη. Τούτῳ τῷ πρ.*] Codd. fere omnes et editt. veteres *Ἀφροσύνην τί καλεῖς ἔφην τούτῳ τῷ πράγματι, οὐ — ἡ σοφία;* Recte Bodl. *ἔφη.* Pro *οὐ* Stephanus bene correxit *οὐ*.

ἢ τοὐναντίον] Libri omnes *ἢ εἰ τοὐναντίον ἔπραττον.* emendavit Stallbaum., cuius vide annotationem.

οὐ μέντοι οὐδὲ αὖ ὡς σύ μ.] Referas *οὐ* ad verbum primarium vel universam sententiam: *οὐδὲ* ad *οὕτως*, quod in voc. *ὡς* continetur. Homer. Iliad. IV, v. 512: *οὐ μὰν οὐδ' Ἀχιλεὺς — μάρναται.* Ibid. V, 22: *οὐδὲ γὰρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν,* ubi Eustathius p. 6. ed. Lips.: *τὰ τοιαῦτα,* inquit, *περιττὴν ἔχουσι τὴν μίαν ἀπόφασιν κατὰ Ἀττικὴν συνήθειαν. ἔστι δὲ τῶν δύο ἀρνήσεων ἡ μὲν μία τοῦ ῥηματικοῦ πράγματος, ἡ ἑτέρα δὲ τοῦ προσώπου, ἵνα λέγῃ, ὅτι οὐδὲ ὑπεξέφυγεν ἂν οὐδὲ αὐτός, καὶ ἐνδείκνυται τὴν παντελῆ ἄρνησιν τοῦ πράγματος.* Iliad. VI, 130. Plat. Phaedr. p. 278 E: *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν.* Alcib. I. p. 107 A: *οὐδὲ μὴν οὐδὲ κτέ.* Thucyd. I, 132: *ἀλλ' οὐδ' ὣς οὐδὲ τῶν Εἱλώτων μηνυταῖς τισι πιστεύσαντες ἠξίωσαν Stallb.*

Cap. XX. P. 332. *Ἀφροσύνην τι καλεῖς; Ἔφη.*] Infra p. 332. D: *τὸ δὲ ἐναντίως πραττόμενον ὑπὸ ἐναντίων πράττεσθαι; Ἔφη,* ubi deinceps pro *Ἔφη* infertur *Συνεχώρει.* Ceterum et in hac demonstratione et in ea quae subsequitur, Socrate scaptiosis rationibus agit plurimumque adiuvatur duplici significatione vocabuli *σωφροσύνης.* Nam quum sanitas animi, quae propria est illius vocis significatio, et probe intelligendo et recte agendo cernatur, *σωφροσύνην* h. l. modo prudentiam modo temperantiam intelligit.

ἢ τοὐναντίον] Librorum scripturam *ἢ εἰ τοὐναντίον ἔπραττον* corruptam esse quis est quin primo statim obtutu videat? Neque enim imperfecto cum *εἰ* iuncto in his locus est, neque congruit quod respondetur *σωφρονεῖν* cum superioribus, quae exigunt potius *οὐκ, ἀλλ' οὕτω πράττοντες* vel *οὕτω πράττοντες.* Itaque *εἰ — ἔπραττον* ex inepta scioli alicuius interpretatione in ordinem verborum invectum suspicor. Nam quum *ἢ τοὐναντίον* idem sit quod *ἢ μὴ σωφρονεῖν*, recte respondetur *Σωφρονεῖν.* Mirum tamen in codicibus nullum erroris vestigium conspicuum esse. Ficinus totum locum sic interpretatur: *So.* Utrum quum recte et frugaliter homines agunt, tunc ita operantes temperanter agere tibi videntur? an quum contra operantur? *Prot.* Temperanter agere videntur mihi, quum frugaliter recteque agunt. Postrema de suo videtur adiecisse, ut sententiam probabilem e verbis eliceret. Defendit loci integritatem Bernhardy Syntax. p. 373., sed defendit sic,

*φρονοῦσιν; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν οἱ μὴ ὀρθῶς πράττοντες
ἀφρόνως πράττουσι, καὶ οὐ σωφρονοῦσιν οὕτω πράττοντες;
Συνδοκεῖ μοι, ἔφη. Τοὐναντίον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀφρόνως
πράττειν τῷ σωφρόνως. Ἔφη. Οὐκοῦν τὰ μὲν ἀφρόνως
πραττόμενα ἀφροσύνῃ πράττεται, τὰ δὲ σωφρόνως σωφρο-
σύνῃ; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν εἴ τι ἰσχύϊ πράττεται, ἰσχυρῶς
πράττεται, καὶ εἴ τι ἀσθενείᾳ, ἀσθενῶς; Ἐδόκει. Καὶ εἴ τι
μετὰ τάχους, ταχέως, καὶ εἴ τι μετὰ βραδυτῆτος, βραδέως;* C
*Ἔφη. Καὶ εἴ τι δὴ ὡσαύτως πράττεται, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πράτ-
τεται, καὶ εἴ τι ἐναντίως, ὑπὸ τοῦ ἐναντίου; Συνέφη. Φέρε
δή, ἦν δ' ἐγώ, ἔστι τι καλόν; Συνεχώρει. Τούτῳ ἔστι τι
ἐναντίον πλὴν τὸ αἰσχρόν; Οὐκ ἔστι. Τί δέ; ἔστι τι ἀγα-
θόν; Ἔστι. Τούτῳ ἔστι τι ἐναντίον πλὴν τὸ κακόν; Οὐκ
ἔστι. Τί δέ; ἔστι τι ὀξὺ ἐν φωνῇ; Ἔφη. Τούτῳ μὴ ἔστι τι
ἐναντίον ἄλλο πλὴν τὸ βαρύ; Οὐκ ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ'
ἐγώ, ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν ἐναντίων ἓν μόνον ἐστὶν ἐναντίον
καὶ οὐ πολλά; Συνωμολόγει. Ἴθι δή, ἦν δ' ἐγώ, ἀναλο-* D
*γισώμεθα τὰ ὡμολογημένα ἡμῖν. ὡμολογήκαμεν ἓν ἑνὶ μό-
νον ἐναντίον εἶναι, πλείω δὲ μή; Ὡμολογήκαμεν. Τὸ δὲ
ἐναντίως πραττόμενον ὑπὸ ἐναντίων πράττεσθαι; Ἔφη.
Ὡμολογήκαμεν δὲ ἐναντίως πράττεσθαι ὃ ἂν ἀφρόνως
πράττηται τῷ σωφρόνως πραττομένῳ; Ἔφη. Τὸ δὲ σω-
ρόνως πραττόμενον ὑπὸ σωφροσύνης πράττεσθαι, τὸ δὲ
ἀφρόνως ὑπὸ ἀφροσύνης; Συνεχώρει. Οὐκοῦν εἴπερ ἐναν-* E
*τίως πράττεται, ὑπὸ ἐναντίου πράττοιτ' ἄν; Ναί. Πράττε-
ται δὲ τὸ μὲν ὑπὸ σωφροσύνης, τὸ δὲ ὑπὸ ἀφροσύνης;
Ναί. Ἐναντίως; Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὑπὸ ἐναντίων ὄντων;
Ναί. Ἐναντίον ἄρ' ἐστὶν ἀφροσύνη σωφροσύνῃ; Φαίνεται.
Μέμνησαι οὖν, ὅτι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὡμολόγηται ἡμῖν
ἀφροσύνη σοφίᾳ ἐναντίον εἶναι; Συνωμολόγει. Ἓν δὲ ἑνὶ
μόνον ἐναντίον εἶναι; Φημί. Πότερον οὖν, ὦ Πρωταγόρα,*

E. *ἀφροσύνη σωφροσύνῃ;*] Sic Flor. b. in quo *σωφροσύνη* scriptum, iota, quod subscribitur, de more neglecto. Reliqui libri habent *σωφροσύνης*. Sed quanquam *ἐναντίον* interdum cum genitivo construitur, tamen h. l. dativus per ipsam concinnitatis rationem requiritur. Ponitur enim etiam in proximis constanter casus tertius.

ut vix cuiquam satisfacturus videatur. Nam *εἰ τοὐναντίον ἔπραττον* interpretatur de conatu: wenn sie das Gegentheil thun wollten. *Stallb.*

C. *ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ*] per eandem rationem.

D. *ἀναλογισώμεθα τὰ ὡμ.*] rationem ineamus eorum, quae a nobis concessa sunt.

333 *λύσωμεν τῶν λόγων; τὸ ἓν ἑνὶ μόνον ἐναντίον εἶναι, ἢ
ἐκεῖνον, ἐν ᾧ ἐλέγετο ἕτερον εἶναι σωφροσύνης σοφία, μό-
ριον δὲ ἑκάτερον ἀρετῆς, καὶ πρὸς τῷ ἕτερον εἶναι καὶ ἀνό-
μοια καὶ αὐτὰ καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν, ὥσπερ τὰ τοῦ προσ-
ώπου μόρια; πότερον οὖν δὴ λύσωμεν; οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι
ἀμφότεροι οὐ πάνυ μουσικῶς λέγονται· οὐ γὰρ συνᾴδουσιν
οὐδὲ συναρμόττουσιν ἀλλήλοις. πῶς γὰρ ἂν συνᾴδοιεν,*
B *εἴπερ γε ἀνάγκη ἑνὶ μὲν ἓν μόνον ἐναντίον εἶναι, πλείοσι
δὲ μή, τῇ δὲ ἀφροσύνῃ, ἑνὶ ὄντι, σοφία ἐναντία καὶ σω-
φροσύνη αὖ φαίνεται. ἦ γάρ, ὦ Πρωταγόρα; ἔφην ἐγώ. ἢ
ἄλλως πως; Ὡμολόγησε καὶ μάλ' ἀκόντως. Οὐκοῦν ἓν ἂν
εἴη ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ σοφία; τὸ δὲ πρότερον αὖ ἐφάνη
ἡμῖν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ὁσιότης σχεδόν τι ταὐτὸν ὄν. Ἴθι
δή, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Πρωταγόρα, μὴ ἀποκάμωμεν, ἀλλὰ καὶ*

P. 333. *λύσωμεν τῶν λόγ.*] Et h. l. et paulo post Vat. r *λύσομεν*, quod Astius vulgatae lectioni censet praeferendum.

P. 333. *λύσωμεν τῶν λόγων*] Gorg. p. 480 E: *οὐκοῦν ἢ κἀκεῖνα λυτέον, ἢ τάδε ἀνάγκη συμβαίνειν;* Mox haec interrogatio cum vi iteratur.

τὸ ἓν ἑνὶ — εἶναι] Ante haec verba Plato omisit, utpote ex praecedentibus facile intelligendum, *λύσωμεν τοῦτον (τὸν λόγον)*. Phaedon. p. 94 A: *εἰ ὀρθὴ ἡ ὑπόθεσις ἦν τὸ ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι.*

καὶ πρὸς τῷ ἕτερον εἶναι] et praeterquam quod diversum sit, etiam etc. Leg. VI. p. 622 D: *πρὸς τῷ γελοῖα εἶναι καὶ θυμὸν ἀνεγεῖραι πολλοῖς* Sympos. p. 195 C: *νέος μὲν οὖν ἐστι· πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλός.* De Rep. I. p. 337 D. III. p. 408 D. V. p. 463 A. al. *Stallb.*

οὐ — μουσικῶς] non — convenienter, cf. Aeschyl. Agam. v. 767: *κάρτ' ἀπομούσως . . οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων.* De Leg. p. 729 A: *ἡ τῶν νέων ἀκολάκευτος οὐσία . . πασῶν μουσικωτάτη τε καὶ ἀρίστη· ξυμφωνοῦσα γὰρ καὶ ξυναρμόττουσα εἰς ἅπαντα ἄλυπον τὸν βίον ἀπεργάζεται.*

οὐ γὰρ συνᾴδουσιν —] Gorg. p. 461 A: *ἡγησάμενος οὐ συνᾴδειν τὰ λεγόμενα.* Theaet. p. 175 E: *οὐδέ γ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντας.* Sophist. p. 261 D. al. Ceterum Heindorfius: In his lenem agnosco sophistae irrisionem, qui supra p. 326 B *πάντα τὸν βίον εὐρυθμίας καὶ εὐαρμοστίας δεῖσθαι* dixisset. *Stallb.*

B. *ἐναντίον εἶναι, πλείοσι δὲ μή*] Argumentationis ratio *πλείω δὲ μή* requirit, quamquam res eodem redit; nam si unum unius est contrarium, neque plurium contrarium est unum, neque unius contraria sunt plura. Deinde ad *ἦ γάρ;* quae interrogatio ad universam sententiam superiorem referenda est, commode intelligas *οὕτως ἔχει*, sc. *οὐ συνᾴδειν τοὺς λόγους τούτους.*

τὸ δὲ πρότερον αὖ ἐφ.] P. 331 A. B.

μὴ ἀποκάμωμεν] Isocrates orator quum ad praesentem utilitatem omnia referret nec intelligeret, quo tales quaestiones, quales Socrates hic invito Protagora persequitur, spectarent, eas tanquam nugas despicatui habet or. 10, 1: *εἰσί τινες οἳ . . καταγεγηράκασι . . διεξιόντες ὡς ἀνδρία καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη ταὐτόν ἐστι, καὶ φύσει μὲν οὐδὲν*

τὰ λοιπὰ διασκεψώμεθα. ἆρά τίς σοι δοκεῖ ἀδικῶν ἄνθρωπος σωφρονεῖν, ὅτι ἀδικεῖ; Αἰσχυνοίμην ἂν ἔγωγ', ἔφη, C ὦ Σώκρατες, τοῦτο ὁμολογεῖν· ἐπεὶ πολλοί γέ φασι τῶν ἀνθρώπων. Πότερον οὖν πρὸς ἐκείνους τὸν λόγον ποιήσομαι, ἔφην, ἢ πρὸς σέ; Εἰ βούλει, ἔφη, πρὸς τοῦτον πρῶτον τὸν λόγον διαλέχθητι τὸν τῶν πολλῶν. Ἀλλ' οὐδέν μοι διαφέρει, ἐὰν μόνον σύ γε ἀποκρίνῃ, εἴτ' οὖν δοκεῖ σοι ταῦτα, εἴτε μή. τὸν γὰρ λόγον ἔγωγε μάλιστα ἐξετάζω, συμβαίνει μέντοι ἴσως καὶ ἐμὲ τὸν ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἀποκρινόμενον ἐξετάζεσθαι.

Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐκαλλωπίζετο ἡμῖν ὁ Πρωταγόρας· D τὸν γὰρ λόγον ᾐτιᾶτο δυσχερῆ εἶναι· ἔπειτα μέντοι συνεχώρησεν ἀποκρίνεσθαι.

Cap. XXI. Ἴθι δή, ἔφην ἐγώ, ἐξ ἀρχῆς μοι ἀπόκριναι. δοκοῦσί τινές σοι σωφρονεῖν ἀδικοῦντες; Ἔστω, ἔφη. Τὸ δὲ σωφρονεῖν λέγεις εὖ φρονεῖν; Ἔφη. Τὸ δ' εὖ φρονεῖν

B. ἆρά τίς σοι δοκεῖ] Sic dedit Bekker. e Vat. et ex corr. Coisl. Vulg. ἆρά τί σοι δ. quod servaverat Stallbaum, sed cf. init. c. XXI.

C. τὸν λόγ. ποιήσομαι] Heindorfius maluit ποιήσωμαι eumque secutus est Deuschle, sed v. Hermann. ad Viger. p. 742. Deinde ante τῶν πολλῶν articulum τὸν perperam om. Stephan.

Cap. XXI. D. φρονεῖν εὖ βουλεύεσθαι] Perperam vett. editt. βούλεσθαι, quod ex codd. fere omnibus emendatum.

αὐτῶν ἔχομεν, μία δ' ἐπιστήμη καθ' ἁπάντων ἐστίν.

C. ἐπεὶ πολλοί γέ φασι τ. ἀνθρ.] *Ego* quidem, inquit, pudore prohiberer, quominus hoc affirmarem: quanquam *multi* sane sunt qui illud confirment. Itaque haec πολλοί γέ φασι liquet referri ad ἔγωγε. Neque opus est, ut cum Heindorfio scribamus οἱ πολλοί γέ φ., licet deinde sequatur τὸν λόγον τὸν τῶν πολλῶν. Hic enim οἱ πολλοί sunt multi illi, quos modo dicebam. *Stallb.*

εἴτ' οὖν δοκεῖ σοι ταῦτα] Videlicet illa, quae vulgo placent. Proxima sic intelligas: Nam τὸν λόγον, h. e. ea quae dicuntur, nunc maxime exploro: quanquam accidat fortasse, ut, dum de his opinionibus disseramus, ipsi quoque exploremur, hoc est nostra ipsorum sententia eliciatur. *Stallb.*

D. τὸν λόγον ᾐτιᾶτο δυσχερῆ εἶν.] Non tractatu difficile dicit Protagoras argumentum, sed molestum s. iniucundum; talis enim quaestio sophistae et ipsa per se minuta videbatur nec illi loco apta. Demosth. or. 20, 113: ἐπειδάν τις κακουργῶν ἐπὶ μὴ προσήκοντα πράγματα τοὺς λόγους μεταφέρῃ, δυσχερεῖς ἀνάγκη φαίνεσθαι. Diserte hic Protagoras ipse confirmat, quod in eo Socrates p. 332 A sibi visus erat observasse.

Cap. XXI. Totum hoc caput accurate tractavimus in Stud. philol. p. 826—834.

σωφρονεῖν ἀδικοῦντες] Isocr. or. 15, 242: οὗτοι μὲν

*εὖ βουλεύεσθαι, ὅτι ἀδικοῦσιν; Ἔστω, ἔφη. Πότερον, ἦν
δ᾽ ἐγώ, εἰ εὖ πράττουσιν ἀδικοῦντες, ἢ εἰ κακῶς; Εἰ εὖ.
Λέγεις οὖν ἀγαθὰ ἄττα εἶναι; Λέγω. Ἆρ᾽ οὖν, ἦν δ᾽ ἐγώ,
E ταῦτ᾽ ἐστὶν ἀγαθά, ἅ ἐστιν ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις; Καὶ
ναὶ μὰ Δί᾽, ἔφη, κἂν μὴ τοῖς ἀνθρώποις ὠφέλιμα ᾖ, ἔγωγε
καλῶ ἀγαθά. Καί μοι ἐδόκει ὁ Πρωταγόρας ἤδη τετραχύν-
θαι τε καὶ ἀγωνιᾶν καὶ παρατετάχθαι πρὸς τὸ ἀποκρίνε-
σθαι. ἐπειδὴ οὖν ἑώρων αὐτὸν οὕτως ἔχοντα, εὐλαβούμενος
334 ἠρέμα ἠρόμην. Πότερον, ἦν δ᾽ ἐγώ, λέγεις, ὦ Πρωταγόρα,
ἃ μηδενὶ ἀνθρώπων ὠφέλιμά ἐστιν, ἢ ἃ μηδὲ τὸ παράπαν
ὠφέλιμα; καὶ τὰ τοιαῦτα σὺ ἀγαθὰ καλεῖς; Οὐδαμῶς, ἔφη·
ἀλλ᾽ ἔγωγε πολλὰ οἶδ᾽, ἃ ἀνθρώποις μὲν ἀνωφελῆ ἐστι,
καὶ σιτία καὶ ποτὰ καὶ φάρμακα καὶ ἄλλα μυρία, τὰ δέ γε
ὠφέλιμα· τὰ δὲ ἀνθρώποις μὲν οὐδέτερα, ἵπποις δέ· τὰ
δὲ βουσὶ μόνον, τὰ δὲ κυσί, τὰ δέ γε τούτων μὲν οὐδενί,
δένδροις δέ, τὰ δὲ τοῦ δένδρου ταῖς μὲν ῥίζαις ἀγαθά,
B ταῖς δὲ βλάσταις πονηρά, οἷον καὶ ἡ κόπρος πάντων τῶν*

(*οἱ συκοφάνται*) *σωφρονοῦσιν ἀναιρεῖν ζητοῦντες ἁπάσας τὰς τοιαύτας διατριβάς, ἐν αἷς ἡγοῦνται βελτίους γενομένους χαλεπωτέρους ἔσεσθαι ταῖς αὑτῶν πονηρίαις καὶ συκοφαντίαις.*

E. *ἀγαθὰ — ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις*] Socrati ipsi placuisse, quod utile esset idem esse bonum, Xenophon prodidit Mem. IV. 6, 8: *ἄλλο ἄν τι φαίης ἀγαθὸν εἶναι ἢ τὸ ὠφέλιμον; Οὐκ ἔγωγ᾽, ἔφη. Τὸ ἄρα ὠφέλιμον ἀγαθόν ἐστιν ὅτῳ ἂν ὠφέλιμον ᾖ.* v. Gorg. p. 499 C. Cicer. de off. III. 3, 11. Sed h. l. verba *τοῖς ἀνθρώποις* adversarii causa adiecit, qui quidem *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι* statuit (v. Theaet. p. 152 A. Cratyl. p. 385 E), Protagoras autem sermonem alio flectendi cupidus haec ipsa verba carpit.

ἀγωνιᾶν καὶ παρατετάχθαι] *ἀγωνιᾶν* h. l. vi desiderativa positum esse et significare 'certare velle' ex verbo *παρατετάχθαι* apparet, quod est 'in procinctu constitisse'.

ἠρέμα ἠρόμην] De Leg. p. 629 A: *δεῖ δὲ οὐδὲν σκληρῶς ἡμᾶς αὐτοῖς διαμάχεσθαι τὰ νῦν, ἀλλ᾽ ἠρέμα ἀνερωτᾶν, ὡς μάλιστα περὶ ταῦτα ἡμῶν τε καὶ ἐκείνων σπουδαζόντων.*

P. 334. *καὶ τὰ τοιαῦτα — καλεῖς;*] Respondet ad haec Protagoras, bona ut sint utilia, ita hominum utilitate non esse definienda.

πολλὰ οἶδ᾽, ἃ —] Ad *πολλά* ex praecedentibus intelligendum voc. *ἀγαθά*. Proximis verbis *ἃ ἀνθρώποις μὲν ἀνωφελῆ ἐστι* tacite opponuntur *ἀγαθὰ μέντοι*. Voc. *ἀνωφελές* hic et in seqq. est 'noxium', ut Xenoph. Hellen. I. 7, 28. Mem. II. 6, 4. Eodem modo dicitur lat. inutile.

τὰ δέ γε ὠφέλιμα] alia (bona) sane — ut tu dicis — utilia. Oratio similiter formata p. 320 B, v. ad p. 330 A.

ἀνθρώποις μὲν οὐδέτερα] Conf. p. 351 D: *ἔστι μὲν ἃ τῶν ἡδέων οὐκ ἔστιν ἀγαθά . . ἔστι δ᾽ ἃ ἔστι, καὶ τρίτον ἃ οὐδέτερα, οὔτε κακὰ οὔτ᾽ ἀγαθά.*

ἵπποις δέ] int. *ἀγαθά*. Eadem est ratio sequentium dativorum, quod inde sciri potest, quia ultimo (*ταῖς ῥίζαις*) voc. *ἀγαθά* adiectum est.

accedunt et Socrates, quamvis in illo carmine Simonideo multum studii posuerit (πάνυ μοι τυγχάνει μεμεληκὸς τοῦ ᾄσματος p. 339 B), cum haesitatione poetae patrocinium suscipit. Non igitur sine causa Simonides, qui εἶναι et γενέσθαι primus subtiliter et argute distinxisset, Prodici doctrinae auctor fuisse dicitur p. 341 A.

C. *ἀλλὰ τοῦτ', ἔμμεναι*] Sc. ἐσθλόν.

καὶ ἴσως ἂν φαίη Πρόδ.] Ex proximis interpretationibus prior ipsa per se non inepta est nec facile quis reliqui carminis ignarus aliter verba accipere potuit, sed posteriore Prodicus iusto magis irrideтur, v. ad p. 337 A.

D. *καθ' Ἡσίοδον*] Hesiodi versus leguntur Opp. et Dier. v. 287 sqq.: Τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι Ῥηϊδίως· λείη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν, Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι, Ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα. Laudantur de Republ. II. p. 364 C. D. Leg. IV. p. 718 E, ut taceam alios aliorum scriptorum locos. *Stallb.*

χαλεπήν] int. κτᾶσθαι. — ἐκτῆσθαι referendum ad ῥηϊδίην, v. p. 340 E: εἰ οὕτω φαῦλόν τί φησιν εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐκτῆσθαι. Ceterum Plato et ἐκτῆσθαι et

Cap. XXVII. *Ὁ μὲν οὖν Πρόδικος ἀκούσας ταῦτα ἐπῄνεσέ με· ὁ δὲ Πρωταγόρας, Τὸ ἐπανόρθωμά σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, μεῖζον ἁμάρτημα ἔχει ἢ ὃ ἐπανορθοῖς. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Κακὸν ἄρα μοι εἴργασται, ὡς ἔοικεν, ὦ Πρωτα-* E
γόρα, καὶ εἰμί τις γελοῖος ἰατρός· ἰώμενος μεῖζον τὸ νόσημα ποιῶ. Ἀλλ' οὕτως ἔχει, ἔφη. Πῶς δή; ἦν δ' ἐγώ. Πολλὴ ἄν, ἔφη, ἀμαθία εἴη τοῦ ποιητοῦ, εἰ οὕτω φαῦλόν τί φησιν εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐκτῆσθαι, ὅ ἐστι πάντων χαλεπώτατον, ὡς ἅπασι δοκεῖ ἀνθρώποις. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Νὴ τὸν Δία, εἰς καιρόν γε παρατετύχηκεν ἡμῖν ἐν τοῖς λόγοις Πρόδικος ὅδε. κινδυνεύει γάρ τοι, ὦ Πρωταγόρα, ἡ Προδίκου σοφία θεία τις εἶναι πάλαι, ἤτοι ἀπὸ Σιμωνίδου ἀρξαμένη, 341
ἢ καὶ ἔτι παλαιοτέρα. σὺ δὲ ἄλλων πολλῶν ἔμπειρος ὢν ταύτης ἄπειρος εἶναι φαίνει, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ἔμπειρος διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι Προδίκου τουτουΐ. καὶ νῦν μοι δοκεῖς

Cap. XXVII. E. *ἐν τοῖς λόγοις*] *ἐν* om. Ven. Σ. Par. C. Barber. al.

κεκτῆσθαι usurpat; memorabilis locus est Theaet. p. 198 D: *πρὶν ἐκτῆσθαι τοῦ κεκτῆσθαι ἕνεκα*, sed fallitur Eustathius quum formam hanc Platoni frequentatam atticam esse docet ad Il. II. 272. 30: *τὸ ἐκτῆσθαι Ἀττικόν ἐστι.* Nam semel invenitur apud Aeschylum Prom. 792 *ἐκτημέναι* et in quibusdam libris Thucyd. II. 62,4 *προσεκτημένα*, v. Schneider ad remp. p. 464 D et Krüger Gr. 28. 10, 4.

Cap. XXVII. *Τὸ ἐπανόρθωμα — ἢ ὃ ἐπανορθοῖς*] Sententia haec est: Correctio tua maiore etiam premitur incommodo quam quod corrigis, i. e. quam sententia, quam corrigere studes et emendare. *Stallb.* De voc. *ἐπανόρθωμα* eique affinibus v. Lobeck ad Phryn. p. 250.

E. *εἰ οὕτω φαῦλον* —] si re vera dicat, id quod tu quidem ais, v. p. 336 C et Stallbaum. ad Apol. p. 25 B. *φαῦλον* h. e. *ῥάδιον* (cf. cap. 26 extr.) oppositum est voci *χαλεπόν*. utrumque contraria de causa proxime abest a significatione vocabuli *κακόν*.

εἰς καιρόν] opportune, ut Xenoph. Cyrop. III, 1, 8. Alibi *εἰς καλόν* dicitur, ut Symp. p. 174 E, ubi v. ann. *Stallb.*

πάλαι] iam inde antiquitus. De voc. *θεῖος* v. ad p. 315 E.

ἤτοι ἀπὸ Σιμ. —] Respicit ad p. 316 D, ubi Protagoras dixerat sophisticen iam a Simonide, Homero, aliis, esse factitatam. Itaque *εἰρωνικῶς* etiam Prodici artem verborum discrimina indagandi ad remotissima illa tempora refert. *Stallb.*

P. 341. *οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ἔμπειρος*] int. *εἰμί*. 'ego vero peritus sum, quum huius Prodici fuerim discipulus.' *οὐχ ὥσπερ* in talibus breviloquentia quadam poni loco particulae adversativae, id docte, ut solet, demonstravit Heindorfius et ad h. l. et ad Gorg. p. 522 A: *τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει τέμνων τε καὶ κάων . . οὐχ ὥσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς.* v. Symp. 179 E. Prodici autem discipulum Socrates etiam alibi se profitetur, ut Men. p. 96 D. Cratyl. p. 384 C. Charmid. p. 163 D.

οὐ μανθάνειν, ὅτι καὶ τὸ χαλεπὸν τοῦτο ἴσως οὐχ οὕτω Σιμωνίδης ὑπελάμβανεν, ὥσπερ σὺ ὑπολαμβάνεις, ἀλλ' ὥσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ Πρόδικός με ούτοσὶ νουθετεῖ ἑκάστοτε, ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σὲ ἢ ἄλλον τινὰ λέγω, ὅτι Πρω-
B ταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ, ἐρωτᾷ, εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τἀγαθὰ δεινὰ καλῶν — τὸ γὰρ δεινόν, φησί, κακόν ἐστιν· οὐδεὶς γοῦν λέγει ἑκάστοτε, δεινοῦ πλούτου, οὐδὲ δεινῆς εἰρήνης, οὐδὲ δεινῆς ὑγιείας, ἀλλὰ δεινῆς νόσου καὶ δεινοῦ πολέμου καὶ δεινῆς πενίας, ὡς τοῦ δεινοῦ κακοῦ ὄντος — ἴσως οὖν καὶ τὸ χαλεπὸν αὖ οἱ Κεῖοι καὶ ὁ Σιμωνίδης ἢ κακὸν ὑπολαμβάνουσιν ἢ ἄλλο τι, ὃ σὺ οὐ μανθάνεις. ἐρώμεθα οὖν Πρόδικον· δίκαιον γὰρ τὴν Σιμωνίδου φωνὴν τοῦτον ἐρωτᾶν. τί ἔλεγεν, ὦ Πρόδικε, τὸ
C χαλεπὸν Σιμωνίδης; Κακόν, ἔφη. Διὰ ταῦτ' ἄρα καὶ μέμφεται, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Πρόδικε, τὸν Πιττακὸν λέγοντα Χα-

P. 341. *ὑπελάμβανεν, ὥσπερ σύ*] Sic codd. fere omnes. Vulgo *ὑπέλαβεν*, quod retinuit Bekkerus.

ὅτι καὶ τὸ χαλεπὸν τοῦτο] istuc verbum *χαλεπόν*.

ὅταν ἐπαινῶν — ἐρωτᾷ, εἰ οὐκ αἰσχύνομαι] Continent haec verba interpretationem praecedentium: *ὥσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ — νουθετεῖ ἑκάστοτε*, ideoque de more addita sunt *ἀσυνδέτως*. Germanice haec ita reddas: Sondern so wie Prodikus mich immer schilt wegen des *Furchtbaren*, *nemlich* wenn ich dich oder einen anderen lobend sage, „Protagoras ist doch gar ein weiser und furchtbarer Mann", wie er dann fragt, ob ich etc. *Stallb.*

Πρωτ. σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν] Proprium hoc sophistis fuisse nomen multi loci testantur. Itaque *δεινοὶ καὶ σοφοί* passim iunguntur, velut Theaet. p. 154 D. p. 173 B al. Ex quo apparet haec cum faceta irrisione dicta esse. *Stallb.*

B. *λέγει ἑκάστοτε*] quotiescunque ita fert occasio; quoties harum rerum mentio fit. — *δεινοῦ πλούτου* genitivus exclamationis, ut de Rep. p. 509 C: *Ἄπολλον, δαιμονίας ὑπερβολῆς.* Euthyd. p. 303 A: *ὦ Πόσειδον, δεινῶν λόγων.* Aristoph. Nub. v. 818: *τῆς μωρίας τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί.* Ponitur hic genitivus plerumque sine *φεῦ*, *ὦ* similive exclamandi vocula, nec articulus additur nisi simplici substantivo.

ἴσως οὖν καὶ τὸ χαλεπόν] Continent haec apodosin praecedentibus illis *ὥσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ κ. τ. λ.* respondentem. Quae tamen propter longiorem parenthesin liberiore orationis conformatione annectitur. Nam severior ratio exigebat fere hanc structuram: *οὕτως ἴσως καὶ τὸ χαλεπὸν οἱ Κεῖοι καὶ ὁ Σιμωνίδης ἢ κακὸν ὑπολ. κ. τ. λ.* Ceterum *οὖν* etiam hoc loco post parenthesin ita illatum est, ut abruptum sermonis filum resumatur. v. ad Sympos. p. 201 D. — *τὴν Σιμωνίδου φωνήν*, i. e. dialectum. Phaedon. p. 62 A: *καὶ ὁ Κέβης — Ἴττω Ζεύς ἔφη, τῇ αὑτοῦ φωνῇ εἰπών.* *Stallb.*

λεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, ὥσπερ ἂν εἰ ἤκουεν αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ἐστὶ κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Ἀλλὰ τί οἴει, ἔφη, λέγειν, ὦ Σώκρατες, Σιμωνίδην ἄλλο ἢ τοῦτο, καὶ ὀνειδίζειν τῷ Πιττακῷ, ὅτι τὰ ὀνόματα οὐκ ἠπίστατο ὀρθῶς διαιρεῖν, ἅτε Λέσβιος ὢν καὶ ἐν φωνῇ βαρβάρῳ τεθραμμένος; Ἀκούεις δή, ἔφην ἐγώ, ὦ Πρωταγόρα, Προδίκου τοῦδε· D
ἔχεις τι πρὸς ταῦτα λέγειν; Καὶ ὁ Πρωταγόρας, Πολλοῦ γε δεῖ, ἔφη, οὕτως ἔχειν, ὦ Πρόδικε· ἀλλ' ἐγὼ εὖ οἶδ', ὅτι καὶ Σιμωνίδης τὸ χαλεπὸν ἔλεγεν ὅπερ ἡμεῖς οἱ ἄλλοι, οὐ τὸ κακόν, ἀλλ' ὃ ἂν μὴ ῥᾴδιον ᾖ, ἀλλὰ διὰ πολλῶν πραγμάτων γίγνηται. Ἀλλὰ καὶ ἐγὼ οἶμαι, ἔφην, ὦ Πρωταγόρα, τοῦτο λέγειν Σιμωνίδην, καὶ Πρόδικόν γε τόνδε

C. εἰ ἤκουεν] Vat. r. εἰ ἤκουσεν.

C. ὥσπερ ἂν εἰ ἤκουεν] H. e. ὥσπερ ἂν ἐμέμφετο, εἰ ἤκουεν.

ἅτε Λέσβιος ὢν καὶ ἐν φων. β. τεθρ.] Dialecto Aeolica, qua illarum regionum incolae loquebantur, melicorum principes Alcaeus et Sappho scripserant nec eam Simonides ipse aspernatus erat, cf. p. 346 D. E. sed Prodicus unam linguam Atticam pro Graeca habet, qua qui a pueris locuti erant, iis aliae omnes dialecti agreste quiddam aut peregrinum sonare videbantur. Ita ut iudicaretur, inde maxime factum est, quod iam illo tempore in Graecia omnes homines docti Attice loquebantur; ut apud Calliam Protagoras et Hippias non minus quam Prodicus et Socrates ea lingua usi esse putandi sunt, cf. Steinthal Gesch. d. Sprachwiss. b. d. Gr. u. R. p. 401.

D. εὖ οἶδ', ὅτι καὶ Σιμ.] Nimirum Simonides initio carminis, quum diceret ἄνδρ' ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπόν, eam notionem voci χαλεπόν subiecerat. Quare Socrates sua sponte in Protagorae partem transiens eius causam alio argumento et eo quidem graviore defendit.

οὐ τὸ κακόν, ἀλλ' ὃ ἂν —] Poterat etiam dicere καὶ οὐ τὸ κακόν. P. 337 C: μάλιστ' ἂν οὕτως εὐφραινοίμεθα, οὐχ ἡδοίμεθα, ubi paulo ante: μάλιστ' ἂν οὕτως — εὐδοκιμοῖτε καὶ οὐκ ἐπαινοῖσθε. Ceterum ἀλλά exiguo intervallo saepius repetitum. ut Phaedon. p. 63 E. Sympos. p. 211 E, ubi v. annot. *Stallb.*

Ἀλλὰ καὶ ἐγὼ οἶμαι —] Petulans propemodum haec sophistarum irrisio est. Qui quum in suis de verborum differentia disputationibus illa de vocabulo δεινοῦ, quae Socrates memorabat in superioribus, serio tradidisset, atque item χαλεπόν a Simonide κακόν dici ex animi sententia affirmasset, tamen lusisse nunc dicitur eamque sententiam nonnisi eo consilio proposuisse, ut videret, an Protagoras suam opinionem idoneis argumentis defendere posset. In verbis καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειρᾶσθαι facile quempiam offenderit istud δοκεῖν post οἶμαι illatum. Sed similiter Phaedon. p. 60 C: ὥσπερ οὖν καὶ αὐτῷ μοι ἔοικεν —, ἥκειν δὴ φαίνεται, ubi v. annot. Phileb. p. 32 C: ἐν γὰρ τούτοις οἶμαι, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, εἰλικρινέσι τε ἑκατέροις γιγνομένοις, ὡς δοκεῖ, καὶ ἀμίκτοις — ἐμφανὲς ἔσεσθαι. Neque corruptum puto locum Lysiae Orat. 30, 9: ἔτι δέ, οἶμαι, θαυμαστὸν νομίζω

εἰδέναι, ἀλλὰ παίζειν καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειρᾶσθαι, εἰ οἷός
E τ' ἔσει τῷ σαυτοῦ λόγῳ βοηθεῖν· ἐπεὶ ὅτι γε Σιμωνίδης οὐ λέγει τὸ χαλεπὸν κακόν, μέγα τεκμήριόν ἐστιν εὐθὺς τὸ μετὰ τοῦτο ῥῆμα· λέγει γάρ, ὅτι

θεὸς ἂν μόνος τοῦτ' ἔχοι γέρας,

οὐ δήπου τοῦτό γε λέγων, κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, εἴπερ τὸν θεόν φησι μόνον τοῦτο ἂν ἔχειν καὶ τῷ θεῷ τοῦτο γέρας ἀπένειμε μόνῳ· ἀκόλαστον γὰρ ἄν τινα λέγοι Σιμωνίδην Πρόδικος καὶ οὐδαμῶς Κεῖον. ἀλλ' ἅ μοι δοκεῖ δια-
342 νοεῖσθαι Σιμωνίδης ἐν τούτῳ τῷ ᾄσματι ἐθέλω σοι εἰπεῖν, εἰ βούλει λαβεῖν μου πεῖραν ὅπως ἔχω, ὃ σὺ λέγεις τοῦτο,

D. *καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειρᾶσθαι*] Ald. Bas. 1. *δοκεῖ*. Recte ceteri libri. v. annot.

E. *τοῦτο ἔχοι γέρας*] Vett. editt. *ἔχοι τοῦτο γέρας*, quod e Bodl. Vind. Vat. Paris. Ξ. Coisl., aliis, mutatum.

ἔμμεναι, εἴπερ] Libri omnes *ἔμμεναι, εἶτα*. Locum tractavi in Stud. phil. p. 855 sq.

Σιμωνίδην Πρόδικος] Sic Vat. Bodl. Reliqui libri *ὁ Πρόδικος*.

P. 342. *ὃ σὺ λέγεις τοῦτο, περὶ ἐπῶν*] Vulgo distinguunt *ὃ σὺ λέγεις, τοῦτο π. ἐπ.* Recte dicitur *ὅπως ἔχω περὶ ἐπῶν*.

Νικόμαχον ἑτέροις ἀδικοῦσι μνησικακεῖν ἀξιοῦν κτέ. Stallb.

E. **εἴπερ τὸν θεόν φησι — ἔχειν καὶ — ἀπένειμε**] Ad vulgatam scripturam *εἶτα* Stallbaum. annotavit: In talibus locis *εἶτα* indicat id, quod secundo loco commemoretur, superioribus repugnare, ideoque per 'tamen' reddendum est, ut p. 343 C: *εἰ βουλόμενος λέγειν, ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπόν, ἔπειτα ἐνέβαλε τὸ μέν.* Sed ita loci difficultas non tollitur. Alii *οὐ δήπου* coniungendum dicunt cum *φησὶ καὶ ἀπένειμε*, quod neque per grammaticam neque per sententiae rationem licet. *εἴπερ* facile in *εἶτα* mutari potuit, quod syllabae *τα* et *περ* litteris *τ* et *π* supra *ει* scriptis indicari solebant. Argumentatio Socratis haec est: Pittaci vocem *χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι* proxime excipiunt Simonidis verba *θεὸς ἂν μόνος τοῦτ' ἔχοι γέρας*. Quod igitur Simonides deum vult habere praecipuum, id Pittaci dicto subesse oportet. Atqui mali Simonides, ut Ceus, deo nihil tribuere potuit, ergo in Pittaci dicto *χαλεπόν* non intellexit malum. *λέγων* in verbis *οὐ δήπου τοῦτό γε λέγων* est 'intelligens' vel 'interpretans', non 'dicens'; Pittacus enim *κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι* dixisse dicitur.

ἀκόλαστον γὰρ ἄν τινα — οὐδαμῶς Κεῖον] Ceorum civitatem claram fuisse ob morum probitatem, severitatem institutorum, reipublicae administrationem, docuit Boeckh. in Min. et Legg. p. 109. Conf. Plat. Legg. p. 638 E. Aristoph. Ran. v. 970. Fragm. Menandri p. 237 ed. Meinek. et Broendsted. Reisen u. Untersuchungen in Griechenland. Erstes Buch. p. 66. coll. p. 97. Itaque *Κεῖος* recte opponitur nunc *ἀκολάστῳ*. *Stallb.*

P. 342. **ὅπως ἔχω, ὃ σὺ λέγεις τοῦτο, περὶ ἐπῶν**] quomodo me habeam *περὶ ἐπῶν*, *ut tu istuc appellas*. Respicit ad verba Protagorae p. 338 E: *ἡγοῦμαι — ἐγὼ ἀνδρὶ παιδείας*

περὶ ἐπῶν· ἐὰν δὲ βούλῃ, σοῦ ἀκούσομαι. Ὁ μὲν οὖν Πρωταγόρας ἀκούσας μου ταῦτα λέγοντος, Εἰ σὺ βούλει, ἔφη, ὦ Σώκρατες· ὁ δὲ Πρόδικός τε καὶ ὁ Ἱππίας ἐκελευέτην πάνυ, καὶ οἱ ἄλλοι.

Cap. XXVIII. Ἐγὼ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἅ γέ μοι δοκεῖ περὶ τοῦ ᾄσματος τούτου, πειράσομαι ὑμῖν διεξελθεῖν. Φιλοσοφία γάρ ἐστι παλαιοτάτη τε καὶ πλείστη τῶν Ἑλλήνων ἐν Κρήτῃ τε καὶ ἐν Λακεδαίμονι, καὶ σοφισταὶ πλεῖστοι γῆς ἐκεῖ εἰσιν. ἀλλ' ἐξαρνοῦνται καὶ σχηματίζονται B ἀμαθεῖς εἶναι, ἵνα μὴ κατάδηλοι ὦσιν, ὅτι σοφίᾳ τῶν Ἑλλήνων περίεισιν, ὥσπερ οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε τοὺς σοφιστάς, ἀλλὰ δοκῶσι τῷ μάχεσθαι καὶ ἀνδρείᾳ περιεῖναι, ἡγούμενοι, εἰ γνωσθεῖεν ᾧ περίεισι, πάντας τοῦτο ἀσκή-

Cap. XXVIII. ἅ γέ μοι δοκεῖ] V. ἅ γέ μοι δοκεῖ mutavit Bekkerus invitis libris omnibus in ἅ γ' ἐμοὶ δοκεῖ. Quod nollem factum. Neque enim pronomen in his τόνωσιν habet, falluntur que qui ubique ἐμοὶ δοκεῖ scribendum arbitrantur. v. Fritsch. Quaest. Lucian. p. 26 sq. et Stallbaum. ad Apol. Socr. p. 19 E. Criton. p. 45 D. Cratyl. p. 417 D. 404 E. al.

B. γνωσθεῖεν ᾧ περίεισι] Certa haec est Heusdi emendatio.

μέγιστον μέρος εἶναι περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι. *Stallb.*

Εἰ σὺ βούλει] int. εἰπέ μοι ἅ σοι δοκεῖ διανοεῖσθαι Σιμωνίδης.

Cap. XXVIII. Φιλοσοφία γάρ ἐστι παλαιοτάτη —] Contenderat Protagoras p. 316 D sophisticen iam ab Homero, Simonide, aliis veterum, esse factitatam, sed eos omnes, ut effugerent multitudinis invidiam, hanc artem suam callide aliis nominibus, quae magis viderentur honesta, praetexere solitos esse. Itaque Socrates, ut est callidus εἴρων, probata illa sophistae sententia, idem de Cretensibus et Lacedaemoniis indicat, quos ait arte sophistica, iam antiquitus ab iis tractata, ceteris Graecis multum praestare, sed illam sollertiam suam sedulo occultare. Est autem haec irrisio tanto elegantior, quod Lacedaemonios inprimis a litterarum studiis alienissimos fuisse constat. Praeterea etiam observandum est salsa cum ironia acutam breviloquentiam tribui veteribus illis, quos Socrates vocat, sophistis; ita enim notatur μακρολογία illa, quam Protagoras, Hippias, Prodicus, Gorgias, alii, studiose sectabantur, quo facilius audientium animos delinirent sibique conciliarent. *Stallb.* De genitivis τῶν Ἑλλήνων et γῆς cum πλείστη et πλεῖστοι, non cum ἐκεῖ connectendis v. Krüger Gr. 47. 28, 7.

σχηματίζονται recte interpretatur Timaeus Gloss. p. 245. προσποιοῦνται ἢ συντάττονται. v. Phaedr. p. 255 A.

B. ὥσπερ οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε τοὺς σοφιστάς] Notetur attractio subiecti, quod pronomini relativo accommodatum est. Etenim vulgaris ratio exigebat: ὥσπερ οἱ σοφισταί (ἐξαρνοῦνται καὶ σχηματίζονται ἀμαθεῖς εἶναι), οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε. Phaedon. p. 66 E: καὶ τότε — ἡμῖν ἔσται οὗ ἐπιθυμοῦμεν, — φρονήσεως. v. ad Apolog. p. 41 A. Perperam Stephanus τούς delendum putabat. *Stallb.*

*σειν. νῦν δὲ ἀποκρυψάμενοι ἐκεῖνο ἐξηπατήκασι τοὺς ἐν
ταῖς πόλεσι λακωνίζοντας, καὶ οἱ μὲν ὦτά τε κατάγνυνται
C μιμούμενοι αὐτούς, καὶ ἱμάντας περιειλίττονται καὶ φιλο-
γυμναστοῦσι καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν, ὡς δὴ τού-
τοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμονίους· οἱ δὲ
Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρ' αὑτοῖς
ξυγγενέσθαι σοφισταῖς καὶ ἤδη ἄχθωνται λάθρα ξυγγιγνό-
μενοι, ξενηλασίας ποιούμενοι τῶν τε λακωνιζόντων τούτων
καὶ ἐάν τις ἄλλος ξένος ὢν ἐπιδημήσῃ, συγγίγνονται τοῖς
σοφισταῖς λανθάνοντες τοὺς ξένους, καὶ αὐτοὶ οὐδένα ἐῶσι
D τῶν νέων εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ἐξιέναι, ὥσπερ οὐδὲ Κρῆτες,*

Vett. editt. *ὅπερ εἰσί*. Cod. Bodl. *οι* (sic) *περίεισιν*, unde vera lectio emergit. Dein Bodl. Vat. Θr. post *ἀσκήσειν* addunt *τὴν σοφίαν*, quod receperunt Hermann et Sauppe. Sed meo iudicio nimis languidum est et ei obstat in sequentibus *ἐκεῖνο*. Non comparari potest p. 313 A.
C. *τοῖς παρ' αὑτοῖς*] Sauppius em., vulgo *τοῖς παρ' αὐτοῖς*.

ἐν ταῖς πόλεσι] int. *ταῖς δημοκρατουμέναις*, cf. Xenoph. Cyrop. VIII. 2. 28. Insanum hoc studium mores Lacedaemoniorum imitandi notavit philosophus etiam Gorg. p. 515 E, ubi *τοὺς τὰ ὦτα κατεαγότας* memorat. Heindorf. ad verba *ὦτά τε κατάγνυνται* apte contulit Theocrit. XXII, 45: *σκληραῖσι τεθλαγμένος οὔατα πυγμαῖς*. Praeterea de his legendus Ottfr. Müller Histor. Gentium Graecar. T. II. P. II. p. 8 sqq.

ἱμάντας recte Heindorf. intellexit caestus, h. e. lora bubula, quibus pugiles manus illigabant, quo vehementiores inferrent ictus.

C. *βραχείας ἀναβολὰς*] h. e. *τρίβωνας*, v. ad p. 335 D. Thucyd. I, 6, 3: *μετρίᾳ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο.* Iidem, ut narrat Plutarchus Lyc. c. 16, ab aetatis anno duodecimo *ἄνευ χιτῶνος διετέλουν ἓν ἱμάτιον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες*; conf. (Xenoph.) de Rep. Laced. II. 4.

ὡς δὴ τούτ. κρατοῦντας] quasi vero his superent. *δὴ*, ut saepe, cum ironia dictum. De accusativo absoluto v. Krüger Gr. 56. 9, 10 et Stallbaum ad Phaedon. p. 109 D. de Rep. p. 345 E. 426 B. Theaet. 157 B. Haec Platonis verba tangit, opinor, Aristoteles Pol. VIII. 4: *τοὺς Λάκωνας ἴσμεν, ἕως αὐτοὶ προσήδρευον ταῖς φιλοπονίαις, ὑπερέχοντας τῶν ἄλλων .. καὶ διέφερον τῷ μόνον μὴ πρὸς ἀσκοῦντας ἀσκεῖν.*

ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην —] quando volunt *libero* cum sophistis suis versari. De v. *ἀνέδην*, quod etiam hic est sans gêne, sans façon, vid. ad Gorg. p. 494 E. *Stallb.*

ξενηλασίας ποιούμ.] Thucyd. I. 144, 2: *ἢν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι μήτε ἡμῶν μήτε τῶν ἡμετέρων ξυμμάχων*, ubi v. intpp. Perizon. ad Aelian. V. H. XIII. 16. 7. Hermann. Antiquitat. Graec. 27, 14.

καὶ αὐτοὶ οὐδένα ἐῶσι — ἐξιέναι] Plutarch. Lycurg. c. 27: *οὐδ' ἀποδημεῖν ἔδωκε (Λυκοῦργος) τοῖς βουλομένοις καὶ πλανᾶσθαι ξενικὰ συνάγοντας ἤθη καὶ μιμήματα βίων ἀπαιδεύτων καὶ πολιτευμάτων διαφοράν.* Cum his Plutarcheis convenit Isocr. II, 18, ubi narrat apud Lacedaemonios *μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν.* Omnes cives

ἵνα μὴ ἀπομανθάνωσιν ἃ αὐτοὶ διδάσκουσιν. εἰσὶ δὲ ἐν ταύ-
ταις ταῖς πόλεσιν οὐ μόνον ἄνδρες ἐπὶ παιδεύσει μέγα φρο-
νοῦντες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. Γνοίητε δ' ἄν, ὅτι ἐγὼ ταῦτα
ἀληθῆ λέγω, καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς φιλοσοφίαν καὶ λόγους
ἄριστα πεπαίδευνται, ὧδε. εἰ γὰρ ἐθέλει τις Λακεδαιμονίων
τῷ φαυλοτάτῳ συγγενέσθαι, τὰ μὲν πολλὰ ἐν τοῖς λόγοις
εὑρήσει αὐτὸν φαῦλόν τινα φαινόμενον, ἔπειτα, ὅπου ἂν E
τύχῃ τῶν λεγομένων, ἐνέβαλε ῥῆμα ἄξιον λόγου βραχὺ
καὶ συνεστραμμένον, ὥσπερ δεινὸς ἀκοντιστής, ὥστε φαί-
νεσθαι τὸν προσδιαλεγόμενον παιδὸς μηδὲν βελτίω. Τοῦτο
οὖν αὐτὸ καὶ τῶν νῦν εἰσιν οἳ κατανενοήκασι καὶ τῶν πά-
λαι, ὅτι τὸ λακωνίζειν πολὺ μᾶλλόν ἐστι φιλοσοφεῖν ἢ
φιλογυμναστεῖν, εἰδότες, ὅτι τοιαῦτα οἷόν τ' εἶναι ῥήματα
φθέγγεσθαι τελέως πεπαιδευμένου ἐστὶν ἀνθρώπου. τούτων 343

E. *ὅπου ἂν τύχῃ τ. λ.*] Sic codd. fere omnes pro vulg. *τύχοι*, quod nunc ineptum.

a Lycurgo vetitos fuisse peregrinare Aristoteles ap. Harpocrat. p. 159 testatur. v. C. F. Hermann Antiq. Graec. 27. 13. De eodem Cretensium instituto quamquam ab aliis scriptoribus nulla fit mentio, tamen eo minus dubitandum, quod et illorum leges Lacedaemoniis simillimae erant, et veteres omnino peregrinationem patriis moribus damnum afferre existimabant. v. Aristot. Pol. VII, 5, 3.

D. *ἀλλὰ καὶ γυναῖκες*] Nam etiam mulieres Spartanae prae ceteris constantia et fortitudine animi excellebant; id quod testantur apophthegmata illa Lacaenarum. v. Cicero Tuscul. I, 42, 102. et Plutarch. Moral. p. 1217 sqq. *Stallb.*

εἰ γὰρ ἐθέλει τίς] V. p. 324 A.

E. *ἐνέβαλε ῥῆμα ἄξιον λόγου*] Acutam illam Laconum breviloquentiam laudat Plato Legg. I. p. 642 E. Theaet. p. 130 C. Aliorum scriptorum locos exhibuit Meurs. Miscell. Lacon. III, 3. — Acute dicta apte cum telis comparantur: de quo usu loquendi v. ad Sympos. p. 219 B. — Tribuit vero Laconibus *τὸ βραχὺ καὶ συνεστραμμένον*, breve illud atque contortum verborum sententiarumque acumen notans, quod in Laconismis admiramur. Nam *συστρέφειν* apud rhetores Graecos rotunditati et brevitati elocutionis iisque virtutibus significandis, quae ex utraque oriuntur, inservire docta disputatione demonstravit I. C. T. Ernesti Lexic. Technolog. Graec. Rhetor. p. 335. — Egregie porro utitur aoristo *ἐνέβαλε*, ut promptam paratamque responsionem significet, quae veluti telum aliquod e vestigio emittitur. Quoniam enim hoc tempus actionem ipsam et per se spectatam significat, factum est, ut saepenumero poneretur de re cito et veluti uno temporis puncto peracta. v. ad Phaedon. p. 84 D. Cum proximis apte contulit Heindorfius Theaet. p. 177 B: *ἡ ῥητορικὴ ἐκείνων πάντως ἀπομαραίνεται, ὥστε παίδων μηδὲν δοκεῖν διαφέρειν. Stallb.*

P. 343. *τούτων ἦν*] H. e. ex iis qui antiquo tempore Laconum disciplinam recte intellexerunt et secuti sunt, erant septem illi sapientes.

ἦν καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Πιττακὸς ὁ Μυτιληναῖος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεύς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεύς, καὶ ἕβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο Λακεδαιμόνιος Χίλων. οὗτοι πάντες ζηλωταὶ καὶ ἐρασταὶ καὶ μαθηταὶ ἦσαν τῆς Λακεδαιμονίων παιδείας, καὶ καταμάθοι ἄν τις αὐτῶν τὴν σοφίαν τοιαύτην οὖσαν, ῥήματα βραχέα ἀξιομνημόνευτα ἑκάστῳ εἰρη-
B μένα. οὗτοι καὶ κοινῇ ξυνελθόντες ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι εἰς τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς, γράψαντες ταῦτα, ἃ δὴ πάντες ὑμνοῦσι, γνῶθι σαυτόν, καὶ μηδὲν ἄγαν.

P. 343. *Πιττακὸς ὁ Μυτιληναῖος*] Sic Bodl. Vat. Vindob. tum hic, tum in proximis. Vulgo scribebatur *Μιτυληναῖος*. v. intpp. ad Liv. XXVII, 21.

εἰρημένα. οὗτοι] Hermann. scripsit *εἰρημένα ἃ οὗτοι* prob. Sauppio Deuschle *εἰρημένα, ὅτι οὗτοι*, pro quo fortasse scribere voluit *εἰρημένα, ὅτι* — sine *οὗτοι* — quod non plane ineptum esset. Sed nulla mutatione opus est. v. ann.

Θαλῆς ὁ Μιλήσιος —] De dictis illustrioribus septem Graeciae sapientum scripsit librum peculiarem I. Fr. Buddeus. Hal. Sax. 1699. 4. v. etiam Menag. ad Diog. Laert. I, 41. In numerum eorum refertur vulgo Periander Corinthius, qui quum tyrannide occupata (v. ad p. 339 C) sapientis nomine indignus videretur, eius loco a Platone hic commemoratur Myson ὁ *Χηνεύς*. Diog. Laert. I, 106: *Μύσων Στρύμονος, ὥς φησι Σωσικράτης Ἑρμίππου παρατιθέμενος, τὸ γένος Χηνεύς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς ἢ Λακωνικῆς, σὺν τοῖς ἑπτὰ καταριθμεῖται*. Ibid. §. 108: *μέμνηται αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ ἀντὶ Περιάνδρου θεὶς αὐτόν*. cf. Stephan. Byzant. s. v. *Ἤτεια*. Patria hominis incerta; illud tamen apparet, a Platone quidem eum non habitum esse Lacedaemonium: alioquin parum commode adderentur haec: *καὶ ἕβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο Λακεδαιμόνιος Χίλων*. Ceterum Heindorfius ante *Λακεδαιμόνιος* desiderabat ὁ articulum. Haec fere *Stallb.*

ζηλωταὶ καὶ ἐρασταὶ —] *πάντα ταῦτα*, inquit Socrates in Menone (p. 75 E), *ταὐτόν τι λέγω· ἴσως δ' ἂν ἡμῖν Πρόδικος διαφέροιτο*.

καὶ καταμάθοι ἄν τις] et perspici id potest ab eo, qui illorum philosophiam accuratius consideret. — *τοιαύτην*. perspicuitatis causa Socrates addit verba *ῥήματα βραχέα* — *εἰρημένα*. — *οὗτοι καὶ* — hi breviloquentiae studio etiam Lacedaemonios superaverunt.

B. *κοινῇ ξυνελθόντες*] Socrates omnia illa dicta pervulgata uno eodemque tempore, quo sapientes illi Delphos convenissent, templi foribus ita inscripta esse fingit, ut quod quisque cogitatione optimum invenisset, id deo consecrasset. Pausan. X. 26: *οὗτοι οὖν οἱ ἄνδρες ἀφικόμενοι εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι τὰ ᾀδόμενα γνῶθι σαυτόν, καὶ μηδὲν ἄγαν*. — *ἀνατιθέναι* dici constat de donariis, quae e parietibus templorum suspenduntur: cuiusmodi donaria dicuntur *ἀναθήματα*. v. Thom. M. s. v. *ἀναθεῖναι*.

γνῶθι σαυτόν] Clemens Alex. Strom. I. 14. p. 351: *τὸ γνῶθι σαυτὸν οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι.. Ἀριστοτέλης δὲ τῆς Πυθίας*. Aristoteles igitur dictum illud acutissimum ad Apollinis

Τοῦ δὴ ἕνεκα ταῦτα λέγω; Ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἦν τῶν παλαιῶν τῆς φιλοσοφίας, βραχυλογία τις Λακωνική. καὶ δὴ καὶ τοῦ Πιττακοῦ ἰδίᾳ περιεφέρετο τοῦτο τὸ ῥῆμα ἐγκωμιαζόμενον ὑπὸ τῶν σοφῶν, τὸ χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. ὁ οὖν Σιμωνίδης, ἅτε φιλότιμος ὢν ἐπὶ σοφίᾳ, ἔγνω, C ὅτι, εἰ καθέλοι τοῦτο τὸ ῥῆμα ὥσπερ εὐδοκιμοῦντα ἀθλη-

Delphici cultus initia retulit. Stob. Floril. 21, 26: πρὸ Χίλωνος ἦν ἔτι ἀνάγραπτον (τὸ γνῶθι σαυτόν) ἐν τῷ ἱδρυθέντι νεῷ μετὰ τὸν πέτρινόν τε καὶ χαλκοῦν, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας εἴρηκε, cf. Bernays Aristotel. Dialog. p. 97. Ab Aristotelis sententia non multum abhorrent, quae Critias personatus exponit Charmid. p. 164 D sqq. Apollinis praeceptum dicit Cicero de Leg. I. 22, 58: huius praecepti tanta vis et tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico deo tribueretur, cf. Tusc. I. 22, 52. Iuvenal. 11, 27: e coelo descendit γνῶθι σεαυτόν, Figendum et memori tractandum pectore. De hoc reliquisque dictis brevissimis, sed plurimum ponderis habentibus Senec. epist. 94: Haec cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubitare aut interrogare; adeo etiam sine ratione ipsa veritas ducit. v. Themist. or. 26. p. 317 A. Diog. Laert. I, 41.

Τοῦ δὴ — λέγω;] Saepenumero apud Platonem huiusmodi interrogationes orationis animandae gratia inferri docebunt quae diximus ad Gorg. p. 453 C. *Stallb.*

τῶν παλαιῶν τῆς φιλοσοφίας] Observes ordinem verborum. Opponit enim εἰρωνικῶς veterum sapientiam, quae cum breviloquentia erat coniuncta, sophistarum rationi, qui solebant δημηγορεῖν καὶ μακρολογεῖν, ideoque τῶν παλαιῶν primo loco collocavit. Neque enim in talibus perinde est, hoc an alio modo verba collocentur. De qua re hac occasione oblata paucis explicare iuvat. Itaque quadruplex esse potest istius generis nominum substantivorum coniunctio, quae magnopere cavendum est, ne vi et usu suo nihil discrepare putetur. Ac primum quidem dici potest: ἡ τῶν παλαιῶν σοφία. Quo modo Graeci loqui solent, quum utriusque nominis ea est coniunctio, ut neutrum vi sua prae altero emineat, sed alterum cum altero in unam quasi coeat notionem. Unde fit, ut lingua Germanica saepenumero compositis utatur nominibus, quum istiusmodi verborum comprehensio diligenter exprimenda est. Veluti ἡ τοῦ πολέμου τύχη Germanice reddas: das Kriegsgeschick; ἡ τῶν πολεμίων γῆ, das Feindesland etc. Prorsus alia ratio est, quum dicitur ἡ σοφία τῶν παλαιῶν. Hoc enim modo qui loquitur, is priorem verborum partem sono acuit atque sapientiam veterum distinguit ab alia quadam re [veterum], quam non vult cum illa confundi aut permutari. Contraria huic ratio est, quum dicitur τῶν παλαιῶν ἡ σοφία. Nam ita τοῖς παλαιοῖς opponimus alios, quorum sapientia sit alia, ideoque priori parti verborum inter se iunctorum maiorem vim tribuimus quam posteriori. Denique articulo iterato dicitur: ἡ σοφία ἡ τῶν παλαιῶν, quod fit, quum nomen nomini per appositionem adiicitur. Atque haec quidem verborum coniunctio constans est et legitima; quanquam fieri interdum potest, ut secunda atque tertia ratio propter rhetoricam aliquam verborum collocationem immutetur. Nos de grammatica ratione haec intelligi volumus, qualis obtinet, quum nulla extrinsecus accedit causa inversi vel invertendi simplicis verborum ordinis. *Stallb.* v. Krüg. Gr. 50. 8, 11.

C. εἰ καθέλοι τοῦτο τὸ

τὴν καὶ περιγένοιτο αὐτοῦ, αὐτὸς εὐδοκιμήσει ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις. εἰς τοῦτο οὖν τὸ ῥῆμα καὶ τούτου ἕνεκα τούτῳ ἐπιβουλεύων κολοῦσαι αὐτὸ ἅπαν τὸ ᾆσμα πεποίηκεν, ὥς μοι φαίνεται.

Cap. XXIX. Ἐπισκεψώμεθα δὴ αὐτὸ κοινῇ ἅπαντες, εἰ ἄρα ἐγὼ ἀληθῆ λέγω. Εὐθὺς γὰρ τὸ πρῶτον τοῦ ᾄσματος
D μανικὸν ἂν φανείη, εἰ βουλόμενος λέγειν, ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπόν, ἔπειτα ἐνέβαλε τὸ μέν. τοῦτο γὰρ οὐδὲ πρὸς ἕνα λόγον φαίνεται ἐμβεβλῆσθαι, ἐὰν μή τις ὑπολάβῃ πρὸς τὸ τοῦ Πιττακοῦ ῥῆμα ὥσπερ ἐρίζοντα

C. αὐτὸς εὐδοκιμήσει ἐν τοῖς τ.] Vett. editt. εὐδοκιμήσειε τοῖς τ. ἀνθρ. Soloece. Correxit Heindorfius, cuius rationem firmarunt codd. Bodl. et Vat.

Cap. XXIX. C. αὐτὸ κοινῇ ἅπαντες] V. πάντες, contra fidem librorum fere omnium. Heindorf. coni. ἐπισκεψώμεθα δέ, quo non opus. Deinde Bodl. Vat. r. al. habent ἐνεβάλετο μὲν pro ἐνέβαλε τὸ μέν.

ῥῆμα] si prostravisset hoc dictum. Nam καθαιρεῖν est violenter deiicere, humi prosternere. Aeschyl. Agam. v. 389: λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν· τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ. Similiter p. 344 C: τίνα οὖν ἀμήχανος συμφορὰ καθαιρεῖ; Ibid. D. E. *Stallb.*

ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις] Ficinus locum vertit: 'cognovit, si proverbium id refelleret convinceretque tanquam insignem certatorem, fore ut ipse illustris ab omnibus haberetur.' Non interpretatus est τότε nec apte id in hunc locum quadrat.

τούτου ἕνεκα] ut sapientiae famam consequeretur refutato Pittaci dicto. Deinde ἐπιβουλεύειν est insidiose studere, quo significatu hoc verbum cum infinitivo iunctum legitur etiam Sympos. p. 203 B: ἡ οὖν Πενία ἐπιβουλεύουσα —παιδίον ποιήσασθαι. Lys. or. 13, 12: ἐπιβουλεύοντες καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν. Idem. or. 4, 42. Demosth. or. 21, 16 et 88. Xenoph. Sympos. IV, 52: αἰσθάνομαι γάρ τινας ἐπιβουλεύοντας διαφθεῖραι αὐτόν. Anabas. V, 6, 29: αὐτὸς ἐπεβούλευε διαβάλλειν με. *Stallb.*

τούτῳ — κολοῦσαι αὐτό] hoc (carmine) deprimere illud (dictum). κολούειν, quod proprie significat mutilare, amputare, h. l. elevandi vel affligendi vi positum est.

Cap. XXIX. D. ἔπειτα ἐνέβαλε τὸ μέν] P. 339 B: ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν. Socrates haec dicit: Particula μέν indicat, sententiam non ipsam per se capiendam esse, sed ei aut planis verbis aut cogitatione a scriptore alteram esse oppositam. Itaque Simonidis animo, quum primum versum carminis componeret, Pittaci dictum obversatum esse statuendum est.

οὐδὲ πρὸς ἕνα λόγον] Fortius hoc dictum quam πρὸς οὐδένα λόγον, ut significet prorsus inepte. De οὐδὲ εἷς v. ad Gorg. p. 512 E. Dictionem illustrabunt haec. Phileb. p. 33 B: τοῦτο μὲν ἔτι εἰσαῦθις ἐπισκεψώμεθα, ἐὰν πρὸς λόγον τι ᾖ. Ibid. p. 42 E: οὐδὲν πρὸς λόγον, ὦ Πρώταρχε, ὃ σὺ νῦν ἤρου τὸ ἐρώτημα. Ibid. p. 18 D: τί πρὸς ἔπος αὖ ταῦτ' ἐστι; Protagor. p. 344 A: οὕτω φαίνεται πρὸς λόγον τὸ μὲν ἐμβεβλημένον, ubi hic locus respicitur. P. 351 E: ἐὰν μὲν πρὸς λόγον δοκῇ εἶναι τὸ σκέμμα. Alcib. II. p. 147 B. al. *Stallb.*

λέγειν τὸν Σιμωνίδην· λέγοντος τοῦ Πιττακοῦ, ὅτι Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, ἀμφισβητοῦντα εἰπεῖν, ὅτι Οὔκ, ἀλλὰ γενέσθαι μὲν χαλεπὸν ἄνδρα ἀγαθόν ἐστιν, ὦ Πιττακέ, ὡς ἀληθῶς, — οὐκ ἀληθείᾳ ἀγαθόν, οὐκ ἐπὶ τούτῳ λέγει τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἄρα ὄντων τινῶν τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς E *ἀγαθῶν, τῶν δὲ ἀγαθῶν μέν, οὐ μέντοι ἀληθῶς· εὔηθες γὰρ τοῦτό γε φαναίη ἂν καὶ οὐ Σιμωνίδου· ἀλλ' ὑπερβατὸν δεῖ θεῖναι ἐν τῷ ᾄσματι τὸ ἀλαθέως, οὑτωσί πως ὑπειπόντα τὸ τοῦ Πιττακοῦ, ὥσπερ ἂν εἰ θείημεν αὐτὸν*

D. *ὦ Πιττακέ, ὡς ἀληθῶς*] V. *ὦ Π. καὶ ὡς ἀληθῶς*. Recte Bodl. Vat. Vind. Venet. Θ. et r. Coisl. *καί* om.
E. *ἐν τῷ ᾄσματι τὸ ἀλαθέως*] Vett. editt. perperam *ἀληθέως*, quod ex codd. optimis mutatum. Idem error in proximis erat.

λέγοντος τοῦ Π. — ἀμφισβητοῦντα εἰπεῖν] Ante *λέγοντος* ne quis cum Cornario *καί* inserendum opinetur, vere observavit Heindorfius haec per epexegesin addi verbis *ἐρίζοντα λέγειν*, comparans illa p. 348 A: *τοὺς τοιούτους μοι δοκεῖ χρῆναι μᾶλλον μιμεῖσθαι ἐμέ τε καὶ σέ, καταθεμένους — τοὺς λόγους ποιεῖσθαι*. Conf. praeterea ad p. 330 A. p. 352 A et quae alibi de hac enuntiatorum appositione diximus. Mox ad *οὐκ* intelligendum esse liquet *ἐσθλὸν ἔμμεναι χαλεπόν*. Gorg. p. 477 A: *κακίαν ἄλλην τινὰ ἐνορᾷς ἢ πενίαν*; Pol. *Οὔκ, ἀλλὰ πενίαν*. Ibid. p. 448 D: *ἀλλὰ σὺ εἰ βούλει, ἐροῦ αὐτόν*. Socr. *Οὔκ. — ἀλλὰ πολὺ ἂν ἥδιον σέ*. Theaet. p. 149 E: *τῆς αὐτῆς ἢ ἄλλης οἴει τέχνης εἶναι* —; Theaet. *Οὔκ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς*. De Rep. III. p. 405 C. Parm. p. 128 A. Lach. p. 195 A. Phaed. p. 236 D. Xenoph. Mem. II, 6, 12: *ἄλλας δέ τινας οἶσθα ἐπῳδάς*; *Οὔκ, ἀλλ' ἤκουσα κτέ*. *Stallb.* Verbo *ἀμφισβητεῖν* Socrates hic usus est contra Prodici doctrinam p. 337 B propositam.

οὐκ ἐπὶ τούτῳ λ. τ. ἀλήθειαν] Simonides, inquit, adverbium *ἀλαθέως* non cum *ἀγαθόν* coniungi voluit, sed addidit ad *χαλεπόν*. In eadem sententia Protagoras quoque videtur fuisse, quum supra p. 339 D Simonidea sic proferret: *χαλεπὸν εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι ἀληθείᾳ*. At poeta eum, quem infra *πανάμωμον ἄνθρωπον* dicit, hic *ἀλαθέως ἀγαθόν* dixit.

E. *ὡς ἄρα ὄντων τινῶν τῶν μὲν*—] quasi (ex bonis) alii vere boni sint, alii boni quidem, sed non vere, v. p. 349 E. Krüger Gr. 51. 16, 4.

ὑπερβατὸν δεῖ θεῖναι—] traiectum putare oportet *τὸ ἀλαθέως*. Elocutionis figuram *ὑπερβατοῦ* ad orationis numerum conformandum omnes scriptores veteres frequentaverunt; sed artis vocabulum hic primum invenitur. Latine dicitur verborum vel transgressio vel traiectio i. e. transpositio de suo loco in alienum. Alieno igitur loco adv. *ἀλαθέως* collocatum esse dicit, quo verbo poetam, si iustum verborum ordinem sequi voluisset, comprehensionem clausurum fuisse Socrates censuit. Itaque paulo inferius p. 344 A *ὀρθῶς* (h. e. non *ὑπερβατῶς*) *ἐπ' ἐσχάτῳ κείμενον* est 'recte a nobis — non a poeta — in fine positum est'.

οὑτωσί πως ὑπειπόντα] Recte Heindorfius: sic fere illud Pittaci apud animum intelligentem, quasi ipse loquatur Pittacus, Simoni-

λέγοντα τὸν Πιττακὸν καὶ Σιμωνίδην ἀποκρινόμενον, εἰ-
πόντα· Ὦ ἄνθρωποι, χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, τὸν δὲ ἀπο-
344 κρινόμενον, ὅτι Ὦ Πιττακέ, οὐκ ἀληθῆ λέγεις· οὐ γὰρ εἶ-
ναι, ἀλλὰ γενέσθαι μέν ἐστιν ἄνδρα ἀγαθὸν χερσί τε καὶ
ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον, χαλε-
πὸν ἀλαθέως. οὕτω φαίνεται πρὸς λόγον τὸ μ έ ν ἐμβεβλη-
μένον καὶ τὸ ἀ λ α θ έ ω ς ὀρθῶς ἐπ' ἐσχάτῳ κείμενον. καὶ
τὰ ἐπιόντα πάντα τούτῳ μαρτυρεῖ, ὅτι οὕτως εἴρηται.
πολλὰ μὲν γάρ ἔστι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῷ ᾄσματι
B εἰρημένων ἀποδεῖξαι, ὡς εὖ πεποίηται· πάνυ γὰρ χαριέν-
τως καὶ μεμελημένως ἔχει· ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη αὐτὸ οὕτω
διελθεῖν. ἀλλὰ τὸν τύπον αὐτοῦ τὸν ὅλον διεξέλθωμεν καὶ
τὴν βούλησιν, ὅτι παντὸς μᾶλλον ἔλεγχός ἐστι τοῦ Πιττα-
κείου ῥήματος διὰ παντὸς τοῦ ᾄσματος.

Cap. XXX. *Λέγει γὰρ μετὰ τοῦτο ὀλίγα διελθών, ὡς
ἂν εἰ λέγοι λόγον, ὅτι γενέσθαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν χαλε-
πὸν ἀλαθέως, οἷόν τε μέντοι ἐπί γε χρόνον τινά· γενόμε-
C νον δὲ διαμένειν ἐν ταύτῃ τῇ ἕξει καὶ εἶναι ἄνδρα ἀγαθόν,
ὡς σὺ λέγεις, ὦ Πιττακέ, ἀδύνατον καὶ οὐκ ἀνθρώπειον,
ἀλλὰ θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας,

ἄνδρα δ' οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι,
ὃν ἂν ἀμήχανος συμφορὰ καθέλῃ.

P. 344. *οὕτω φαίνεται πρὸς λόγον*] Post *φαίνεται* in omnibus libris legitur *τὸ*, quod cum recent. edit. delevimus. Iam Heindorf. delendum aut in *τοι* mutandum censuit.

des respondeat. Verbum *ὑπειπεῖν* significat ita interpretari, ut de tuo aliquid subiicias, sive loquendo sive cogitando. — Mox ante *εἰπόντα* intelligendum *τὸν μέν*, non cum Stephano inferciendum. v. ad p. 330 A.

P. 344. *καὶ τὰ ἐπιόντα πάντα*] P. 345 C: *καὶ τὰ ἐπιόντα γε τοῦ ᾄσματος ἔτι μᾶλλον δηλοῖ.*

B. *ἀλλὰ τὸν τύπον αὐτοῦ τὸν ὅλον δ. κ. τ. βούλησιν*] *Τύπος* quum proprie dicatur de adumbratione imaginum, a philosophis usurpatur saepenumero de universa descriptione ac definitione orationis, disputationis, carminis alicuius, quae singulorum verborum et argumentorum subtilius examen aspernatur, et eorum summam paucis complectitur. Plat. De Rep. VI. p. 491 C, ubi v. ann. Aristotel. Ethic. Nicom. I, 11: *καθ' ὅλου δὲ καὶ τύπῳ λεχθὲν τάχ' ἂν ἴσως ἔχοι.* Platonica dedi ad Phileb. p. 202. Itaque vult summam et consilium totius carminis Simonidei breviter indicare, in singulorum verborum interpretatione non diutius morari. *Stallb.*

Cap. XXX. C. *καὶ οὐκ ἀνθρώπειον*] Socrates nunc, quae ad Protagorae reprehensionem reiiciendam supra p. 340 B inchoaverat, persequitur et Pittaci vo-

τίνα οὖν ἀμήχανος συμφορὰ καθαιρεῖ ἐν πλοίου ἀρχῇ; δῆλον ὅτι οὐ τὸν ἰδιώτην· ὁ μὲν γὰρ ἰδιώτης ἀεὶ καθήρηται. ὥσπερ οὖν οὐ τὸν κείμενόν τις ἂν καταβάλοι, ἀλλὰ τὸν μὲν ἑστῶτά ποτε καταβάλοι ἄν τις, ὥστε κείμενον ποιῆσαι, τὸν δὲ κείμενον οὔ, οὕτω καὶ τὸν εὐμήχανον ὄντα D ποτὲ ἀμήχανος ἂν συμφορὰ καθέλοι, τὸν δὲ ἀεὶ ἀμήχανον ὄντα οὔ· καὶ τὸν κυβερνήτην μέγας χειμὼν ἐπιπεσὼν ἀμήχανον ἂν ποιήσειε, καὶ γεωργὸν χαλεπὴ ὥρα ἐπελθοῦσα ἀμήχανον ἂν θείη, καὶ ἰατρὸν ταὐτὰ ταῦτα. τῷ μὲν γὰρ ἐσθλῷ ἐγχωρεῖ κακῷ γενέσθαι, ὥσπερ καὶ παρ' ἄλλου ποιητοῦ μαρτυρεῖται τοῦ εἰπόντος

αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τοτὲ μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός·

τῷ δὲ κακῷ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι, ἀλλ' ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη. E ὥστε τὸν μὲν εὐμήχανον καὶ σοφὸν καὶ ἀγαθὸν ἐπειδὰν

cem a Simonidis longe diversam esse ostendit. Quemadmodum autem hic poeta bonum esse neminem nisi deum defendit ex eaque re potissimum causa, cur huius carminis interpretatio dialogo inserta sit, repetenda est, sic sapientiam in uno deo reperiri priore iam tempore Pythagoras perspexerat, v. Diog. Laert. I, 12: φιλοσοφίαν πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον . . μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον ἀλλ' ἢ θεόν. Pertinet huc etiam locus Aristotel. Metaph. I, 2, ubi vera ac perfecta scientia ab homine aliena dicitur, ὥστε κατὰ Σιμωνίδην θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας, ἄνδρα δ' οὐκ ἄξιον μὴ οὐ ζητεῖν τὴν καθ' αὑτὸν ἐπιστήμην.

D. τὸν δὲ κείμενον οὔ] Ne quis haec temere inculcata opinetur, quum praecedat ὥσπερ οὐ τὸν κείμενόν τις ἂν καταβάλοι, eodem modo Gorg. p. 521 D. E: οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους οὓς λέγω ἑκάστοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον.

χαλεπὴ ὥρα ἐπελθοῦσα —] Ἐπέρχεσθαι, ἐπιπίπτειν et ἐπιπέμπεσθαι dicuntur de malis et calamitatibus, quae subito incidunt vel immittuntur. — ἀμήχανον ἂν θείη, i. e. ποιήσειε, Supra p. 326 A. Xenoph. Cyrop. IV, 6, 2: ὥσπερ ἂν εὐδαίμονα πατέρα παῖς τιμῶν τιθείη. Imprimis ab Homero ceterisque poetis hic usus verbi frequentatus. Unde Athenaeus XI. p. 501 C: τὸ ποιῆσαι θεῖναι πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐλέγετο. — καὶ ἰατρὸν ταὐτὰ ταῦτα, pariterque medicum. v. ad p. 326 A et Sympos. p. 178 E. *Stallb.*

παρ' ἄλλου ποιητοῦ] Versus incerti gnomici, qui laudatur etiam Xenoph. Mem. I, 2, 20. Mox ἄλλοτε δ' post τοτὲ μέν illatum usu haud infrequenti. v. Viger. p. 792. Ceterum de virtute idem sentiebat Protagoras p. 340 E, quam partam facile servari posse Hesiodus voluerat; cf. Diog. Laert. VI. 105: ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν ἀρετὴν διδακτὴν εἶναι, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀναπόβλητον ὑπάρχειν.

τῷ δὲ κακῷ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι] Intelligendum κακῷ, non inferendum, quod volebat Stephanus Menon. p. 89 A: εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο, sc. ἀγαθοί. Eurip. Hecub. v. 781: νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα, sc. θεούς. Nam ita haec recte nobis videmur explicasse ad Euthyphron. p. 3 B. *Stallb.*

ἀμήχανος συμφορὰ καθέλῃ, οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι· σὺ δὲ φῄς, ὦ Πιττακέ, χαλεπὸν ἐσθλόν ἔμμεναι· τὸ δ' ἔστι γενέσθαι μὲν χαλεπόν, δυνατὸν δὲ ἐσθλόν, ἔμμεναι δὲ ἀδύνατον.

πράξας μὲν γὰρ εὖ πᾶς ἀνὴρ ἀγαθός,
κακὸς δ' εἰ κακῶς.

345 τίς οὖν εἰς γράμματα ἀγαθὴ πρᾶξίς ἐστι, καὶ τίς ἄνδρα ἀγαθὸν ποιεῖ εἰς γράμματα; δῆλον ὅτι ἡ τούτων μάθησις. τίς δὲ εὐπραγία ἀγαθὸν ἰατρὸν ποιεῖ; δῆλον ὅτι ἡ τῶν καμνόντων τῆς θεραπείας μάθησις. κακὸς δὲ κακῶς. τίς οὖν ἂν κακὸς ἰατρὸς γένοιτο; δῆλον ὅτι ᾧ πρῶτον μὲν ὑπάρχει ἰατρῷ εἶναι, ἔπειτα ἀγαθῷ ἰατρῷ. οὗτος γὰρ ἂν καὶ κακὸς γένοιτο, ἡμεῖς δὲ οἱ ἰατρικῆς ἰδιῶται οὐκ ἄν ποτε γενοίμεθα κακῶς πράξαντες οὔτε ἰατροὶ οὔτε τέκτονες οὔτε ἄλλο

Cap. XXX. E. μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι] Sic codd. plerique pro vulg. εἶναι.

τὸ δ' ἐστὶ γενέσθαι μ. —] Sic Bodl. Vind. Coisl. Vulgo: τὸ δ' ἐστὶ γενέσθαι μὲν χαλεπόν, δυνατὸν δέ· ἐσθλὸν δ' ἔμμεναι ἀδύνατον, sensu fere eodem. Schneidewino auctore (coniect. crit. p. 152) Hermann. et Sauppius ἐσθλόν exstinxerunt.

E. τὸ δ' ἔστι γενέσθαι μὲν χ.] In his τὸ δέ, pro quo interdum plenius dicitur τὸ δὲ ἀληθές, ut de Rep. p. 443 D. Tim. p. 86 D, seorsum ab aliis accipiendum et interpretandum est 'imo s. quin imo', qua vi haec formula saepe a Platone posita est, ut Apol. p. 23 A, de Leg. 642 A, de Rep. 340 D, quibus locis Stallbaum. hunc usum illustravit. Haec igitur Socrates dicit: imo, ut evadat quis bonus, etsi difficile est, tamen fieri potest; ut sit (i. e. semper maneat), fieri non potest.

πράξας μὲν γὰρ εὖ — εἰ κακῶς] Haec quoque Simonidea esse primus docuit Schleiermacherus. Quippe si essent Socratis verba, proxima disputatio non haberet quorsum commode referretur. Accedit quod mox haec inferuntur: ὥστε καὶ τοῦτο τοῦ ᾄσματος πρὸς τοῦτο τείνει, ὅτι εἶναι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν οὐχ οἷόν τε διατελοῦντα ἀγαθόν κτἑ., quae omnem de hac causa tollunt dubitationem. Vocula εἰ ante κακῶς interponitur ut si praecessisset εἰ μὲν γὰρ ἔπραξε. Neque necesse est, ut in proximis, ubi Socrates haec suo more, h. e. oratione pedestri, iterat, εἰ ante κακῶς intrudatur. *Stallb.* Simonides, qui omnem hominem fortunae obnoxium esse voluit, ut neminem in insigni calamitate versantem bonum esse posse diceret, ad sententiam suam probandam ambiguitate locutionum εὖ πράσσειν et κακῶς πράσσειν multum adiuvatur; εὖ πράξας, inquit, bonus est; utrum vero intelligendus sit is, recte qui fecerit, an is qui nulla calamitate afflictus (v. p. 344 C) bona usus sit fortuna, ea omnibus communis est existimatio. Illud Socrati placuit, qui ut fortunae in virtute locus relinqueretur nullus, de suo addidit, una scientia recte factum niti i. e. recte facere neminem nisi scientia praeditum, prave neminem nisi scientia destitutum.

P. 345. οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων] H. e. neque in ulla alia huiusmodi arte.

οὐδὲν τῶν τοιούτων· ὅστις δὲ μὴ ἰατρὸς ἂν γένοιτο κακῶς B
*πράξας, δῆλον ὅτι οὐδὲ κακὸς ἰατρός. οὕτω καὶ ὁ μὲν ἀγα-
θὸς ἀνὴρ γένοιτ' ἄν ποτε καὶ κακὸς ἢ ὑπὸ χρόνου ἢ ὑπὸ
νόσου ἢ ὑπὸ ἄλλου τινὸς περιπτώματος — αὕτη γὰρ μόνη
ἐστὶ κακὴ πρᾶξις, ἐπιστήμης στερηθῆναι —, ὁ δὲ κακὸς
ἀνὴρ οὐκ ἄν ποτε γένοιτο κακός· ἔστι γὰρ ἀεί· ἀλλ' εἰ
μέλλει κακὸς γενέσθαι, δεῖ αὐτὸν πρότερον ἀγαθὸν γενέ-
σθαι. ὥστε καὶ τοῦτο τοῦ ᾄσματος πρὸς τοῦτο τείνει, ὅτι
εἶναι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν οὐχ οἷόν τε διατελοῦντα ἀγαθόν,* C
*γενέσθαι δὲ ἀγαθὸν οἷόν τε, καὶ κακόν γε τὸν αὐτὸν τοῦ-
τον· ἐπὶ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστοί εἰσιν οὓς ἂν οἱ
θεοὶ φιλῶσι.*

Cap. XXXI. *Ταῦτά τε οὖν πάντα πρὸς τὸν Πιττακὸν εἴρηται, καὶ τὰ ἐπιόντα γε τοῦ ᾄσματος ἔτι μᾶλλον δηλοῖ. φησὶ γάρ·*

Τοὔνεκεν οὔ ποτ' ἐγὼ τὸ μὴ γενέσθαι δυνατὸν
διζήμενος κενεὰν ἐς ἄπρακτον ἐλπίδα μοῖραν αἰῶνος
βαλέω,
πανάμωμον ἄνθρωπον, εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύ-
μεθα χθονός·
ἔπειθ' ὑμῖν εὑρὼν ἀπαγγελέω,

P. 345. C. *διατελοῦντα ἀγαθὸν*] *ἀγαθόν* Sauppio suspectum videtur, sed dictum est pro *ἀγαθὸν ὄντα*, v. ann.

Cap. XXXI. *κενεὰν ἐς ἄπρ.*] V. *εἰς*, quod ex plurimis optimisque libris emendatum. Deinde vulg. *εὐρυέδους* e Bodl. Vat. mutavimus, ut iam Stephanus voluit.

ἔπειθ' ὑμῖν εὑρὼν] Vix haec integra sunt, pro *ἔπειθ'* Bergk

Proxima sic intelligas: quod si vero quis non potest ut medicus *κακῶς πράττειν*, nec malus medicus fieri potest. *Stallb.*

B. *πρὸς τοῦτο τείνει*] ad hoc probandum et demonstrandum refertur; eo spectat, ut doceatur. Unde fit ut deinde addi possit *ὅτι — οὐχ οἷόν τε κτέ.* *Stallb.*

C. *διατελοῦντα ἀγαθόν*] Quum saepe simpliciter dicatur *διατελεῖ ἀγαθός* pro *διατελεῖ ἀγαθὸς ὤν* (v. Krüger Gr. 56. 5, 4), nihil est quod in his verbis reprehendi possit. Referuntur haec ad superiora p. 344 B: *γενόμενον* (*ἄνδρα ἀγαθὸν*) *διαμένειν ἐν ταύτῃ τῇ ἕξει καὶ εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν . . ἀδύνατον.*

ἐπὶ πλεῖστον] int. *ἀγαθοὶ γίγνονται.* Supra dixerat *γενέσθαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν χαλεπόν, οἷόν τε μέντοι ἐπί γε χρόνον τινά.* Ad tempus igitur quivis homo bonus fieri potest, sed diutissime (v. p. 328 D) fiunt, quos dii amant. Facile autem illud *ἀγαθοὶ γίγνονται* subaudiri potest, quod in proxime praecedentibus verba *καὶ κακόν γε .. τοῦτον* obiter addita et interiecta sunt, v. ad p. 331 E. Haec autem quomodo apud Simonidem cum ceteris connexa fuerint, hodie nescitur.

Cap. XXXI. *Τοὔνεκεν οὔ*

D φησίν. οὕτω σφόδρα καὶ δι' ὅλου τοῦ ᾄσματος ἐπεξέρχεται τῷ τοῦ Πιττακοῦ ῥήματι.

πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ φιλέω
ἑκὼν ὅστις ἕρδη
μηδὲν αἰσχρόν· ἀνάγκῃ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

καὶ τοῦτ' ἐστὶ πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο εἰρημένον. οὐ γὰρ οὕτως ἀπαίδευτος ἦν Σιμωνίδης, ὥστε τούτους φάναι ἐπαινεῖν, ὃς ἂν ἑκὼν μηδὲν κακὸν ποιῇ, ὡς ὄντων τινῶν, οἳ ἑκόντες κακὰ ποιοῦσιν. ἐγὼ γὰρ σχεδόν τι οἶμαι τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἡγεῖται οὐδένα ἀνθρώπων

(Poet. melic. p. 871) ἐπί θ' vel ἐπὶ δ' scribi vult. Nobis negatio aliqua, veluti οὔποθ', requiri videtur. v. ad p. 346 D.

D. πάντας δὲ ἐπαίνημι] V. ἐπαινοῖμι. Bodl. Vat. ἐπαίνημιν. Alii ἐπαινῆμιν. Venet. Σ. ἐπαίνημι, quod iam Stephanus restituendum vidit.

ποτ' ἐγὼ τ. μ. γ. —] Quocirca nunquam ego, id quod fieri non potest quaerens, frustra in irritam spem aevi partem proiiciam, quaerens virum plane integrum inter nos, latae quicunque frugibus vescimur terrae: tum vobis, quum invenero, indicabo. Voc. κενεάν pertinet ad μοῖραν αἰῶνος, et dictum est per prolepsin, ut sit: ὥστε κενεὰν εἶναι, h. e. frustra. De hac prolepsi v. ad Tim. p. 72 D et supra ad p. 327 C. Istud πανάμωμον ἄνθρωπον per appositionem additum est illis: τὸ μὴ γενέσθαι δυνατόν.—Verba εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός ob oculos habuit Horat. Od. II, 14, 10: Quicunque terrae munere vescimur, iudice Valckenario ad Eurip. Hippolyt. v. 131, qui plura in hanc sententiam collegit. — ἔπειθ' ὑμῖν εὑρὼν h. e. εὑρὼν ἔπειθ' ὑμῖν. ἔπειτα sic participio praemissum illustravit Hermann. ad Aristoph. Nubb. v. 857. *Stallb.* Conf. Pind. Nem. VII. 55: τυχεῖν ἕν' ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἅπασαν ἀνελόμενον· οὐκ ἔχω εἰπεῖν, τίνι τοῦτο Μοῖρα τέλος ἔμπεδον ὤρεξε.

D. ἐπεξέρχεται — ῥήματι] dictum — persequitur et quasi hostiliter aggreditur.

πάντας δὲ ἐπαίνημι — ὅστις ἕρδῃ] Sic ὅστις et ὃς ἂν saepe ad pluralem numerum referuntur. Mox: ὥστε τούτους φάναι ἐπαινεῖν, ὃς ἂν ἑκὼν μηδὲν κακὸν ποιῇ. P. 345 E: οὐχ ὃς ἂν μὴ κακὰ ποιῇ ἑκών, τούτων φησὶν ἐπαινέτης εἶναι, ubi vulgo τούτου edebatur. De Republ. VIII. p. 566 D: ἀσπάζεται πάντας, ᾧ ἂν περιτυγχάνῃ. Ibid. IV. p. 426 B. Sed plurima huius generis exempla congesserunt Heindorfius ad h. l. et Astius ad Legg. p. 63. — ὅστις ἕρδῃ dictum pro vulg. ὅστις ἂν ἕρδῃ. Solent enim relativa apud poetas cum coniunctivo construi omissa ἂν particula. v. ad Gorg. p. 484 E. *Stallb.*

ἀνάγκῃ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται] Simonidis hoc dictum, quod ab Diogene Laert. I, 77 Pittaco tribuitur, in proverbium abiit. v. Legg. V. p. 741 A. VII. p. 818. C. D. Rittershus. ad Oppian. Cyneget. p. 223. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Del. v. 122. Stanlei. ad Aeschyl. Prom. 105 A. Meineke ad Menandr. et Philem. Fragm. p. 367. Zenob. I, 85. Schol. Ruhnken. p. 230. *Stallb.*

οὐδένα ἀνθρώπων ἑκόν-

ἑκόντα ἐξαμαρτάνειν, οὐδὲ αἰσχρά τε καὶ κακὰ ἑκόντα ἐρ- E
γάζεσθαι, ἀλλ' εὖ ἴσασιν, ὅτι πάντες οἱ τὰ αἰσχρὰ καὶ
κακὰ ποιοῦντες ἄκοντες ποιοῦσι. καὶ δὴ καὶ ὁ Σιμωνίδης
οὐχ ὃς ἂν μὴ κακὰ ποιῇ ἑκών, τούτων φησὶν ἐπαινέτης
εἶναι, ἀλλὰ περὶ ἑαυτοῦ λέγει τοῦτο τὸ ἑκών. ἡγεῖτο γὰρ
ἄνδρα καλὸν κἀγαθὸν πολλάκις αὑτὸν ἐπαναγκάζειν φίλον
τινὶ γίγνεσθαι καὶ ἐπαινέτην, οἷον ἀνδρὶ πολλάκις συμβῆ- 346
ναι μητέρα ἢ πατέρα ἀλλόκοτον ἢ πατρίδα ἢ ἄλλο τι τῶν
τοιούτων. τοὺς μὲν οὖν πονηρούς, ὅταν τοιοῦτόν τι αὐτοῖς
συμβῇ, ὥσπερ ἀσμένους ὁρᾶν καὶ ψέγοντας ἐπιδεικνύναι
καὶ κατηγορεῖν τὴν πονηρίαν τῶν γονέων ἢ πατρίδος, ἵνα
αὐτοῖς ἀμελοῦσιν αὐτῶν μὴ ἐγκαλῶσιν οἱ ἄνθρωποι μηδ'
ὀνειδίζωσιν, ὅτι ἀμελοῦσιν, ὥστε ἔτι μᾶλλον ψέγειν τε B
αὐτοὺς καὶ ἔχθρας ἑκουσίους πρὸς ταῖς ἀναγκαίαις προσ-

E. *τούτων φησὶν ἐπαιν.*] Sic Bodl. Vat. Venet. Σ. Pariss. B. C. E. Flor. a. b. c. o. Ambr. Angel. Barberin. Palat. et a. pr. m. Coisl., a sec. man. Venet. Ξ. Vulgat. *τούτου* servavit Bekkerus. Paullo ante vett. editt. *ὃς ἂν μὴ τὰ κακά*. Articulum Venet. ΞΣ. recte omittunt.

P. 346. *καὶ ἐπαινέτην*] Post haec in vett. editt. et in codicibus omnibus leguntur verba *φιλεῖν καὶ ἐπαινεῖν*, quibus quis interpretatus est *φίλον γίγνεσθαι καὶ ἐπαινέτην*. Delenda esse iam vidit Grouius, interpres Germ. (a. 1783) p. 483.

ὅταν τοιοῦτόν τι αὐτ.] V. *τι τοιοῦτον*. Illud Bodl. Vat. Vind. exhibent.

B. *πρὸς ταῖς ἀναγκαίαις προστ.*] Codd. omnes *ἀνάγκαις*, corr. Heusdius Specim. crit. p. 73. Proxima verba *καὶ ἐπαινεῖν ἀναγκάζεσθαι* in vitii suspicionem vocat Sauppius.

τα —] Celebratissima haec Socratis sententia est, neminem sua sponte esse malum, sed quicunque improbe faciat, eius animum ignorantia esse obscuratum; res infra p. 352 C accuratius disseritur, cf. de Leg. p. 731 C. Gorg. p. 509 E. Hipp. I. p. 296 C. Aptissime Sauppius Epicharmum laudavit, apud quem Hercules: *Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ ἀνάγκᾳ ταῦτα πάντα ποιέω· οἴομαι δ', οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄκων μάκαρ.* Quibus verbis etsi externam tantum conditionem ac fortunam, qua Hercules utebatur, significasse videtur, tamen acrioris vir ingenii ut ad animum haec transferret, moveri potuit.

